UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Lukianu Hapanta

Zwinger, Jakob

Basileæ, [1619]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1415

Visual Library

C. Clausen.
Chalf. 1828.

J. G. Clausen

1790

D 1
4044a

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ
ΑΠΑΝΤΑ.

LVCIANI SAMOSATENSIS Opera,

quæ quidem extant, omnia, Græcè & Latinè, in quatuor Tomos diuisa:

VNA CVM

GILBERTI COGNATI,

ET

IOANNIS SAMBVCI

Annotationibus vtilissimis:

narratione item

de Vita & Scriptis Authoris

IACOBI ZVINGERI:

Adiectis suo loco Tractatuum elenchis, & rerum ac verborum Indicibus.

Editio nitidissima.

Cum Cæsareæ Maj. gratia & priuilegio.

BASILEAE,

PER SEBASTIANVM HENRICPETRI.

GYMNASIUM IN ELBERFELD

Excellentiß. & Clariß.

Viro,

D. IACOBO ZVINGERO,
magni illius Theodori F.

Medico & Philosopho experientißimo
acutißimóque:

Nec non in inclyta

BASILIENSIVM ACADEMIA
linguæ Græcæ summa cum laude
Professori,

LVCIANI SAMOSATENI
Opera Græcè & Latinè
omnia,

Iam denuò diligentißimè repurgata, &
SCHOLIIS *augmentata,*

Domino & fautori suo plurimùm
colendo,

Obseruantiæ & amicitiæ
monumentum

D. D. D.

HVLDERICVS FRÖLICH
Plavens. Poëta Laureatus.

MARCVS HOPPERVS
BASILIENSIS
Lectori S.

LVCIANVS, pueris & fœminibus notus, qui etiam grauem Criticorum censuram iam aliquoties sustinuit : vicit, euasit, nostra nihil amplius commendatione opus habet. Sed nouæ istius editionis rationem quî reddamus, officij fortasse nostri fuerit. Sunt itaque duo maximè, quæ nobis commendatam eam reddere debent: nempe noua hæc Operis totius partitio, & erudita illa quæ Dialogis plerisque primùm nunc accedunt, Commentaria. Partiendò quidem illud secuti sumus consilium, quum enim talis sit author Lucianus, qui ob Græcæ dictionis elegantiam, puritatem, proprietatem, facilitatem, obque rerum, historiarum, exemplorum λοιῶ ποιητικῶν μύθων ὕλην illam admirandam proponi in Scholis consueuerit atque adeò circunferendus adolescentibus sit : in vnum verò congestus volumen (præsertim hac forma, qua maior aliqua circunferendis libris apta non est) in magnitudinem non tam deformem, quàm etiam

intolerabilem excreſceret : placuit in Tomos aliquot iuſtæ magnitudinis eum diuidere, qui numero quatuor euasêre: & ſic quidem, vt quantum fieri potuit, ſinguli Tomi omnis generis Dialogos complecterentur, Deorum videlicet, Marinorum, Mortuorum, & aliorum: ita verò, vt Primus caſtiores, Secundus grauiores, reliqui duo impuriores καὶ τὸς νόθους continerent. Quam tamen rationem ſi non adamuſsim vbique obſeruatam deprehenderis, non id abſque conſilio factum putabis. At de nouis illis Annotationibus, puta GILBERTI COGNATI, ſingulis propè Dialogis ſubnexis, minus multa fortaſſe mihi dicenda ſunt, quòd ipſius authoris ea de re Præfatio hîc ſequatur. Verùm quia modeſtia & verecundia rem propriam iactare & verbis adornare vetant: ne, quod in prouerbio eſt, alicui obijciatur, σαυτὸν ἐπαινεῖς ὥσπερ ἀσυδάμας: ideo candoris mei & gratitudinis fore duxi, vt de viri illius, GILBERTI inquam noſtri laudibus, quas cumulatiſsimas meretur, nihil diſsimulem: vnde colligere facilè quilibet poterit, non friuolas, nec leuis momenti eſſe poſſe tanti viri lucubrationes, qui profectò natus eſt ad honeſta literarum ſtudia iuuanda: domi, foris, & vbique hæc cura, hoc ſtudium eius eſt, vt boni cuiuſcunque generis authores deliteſcentes eruantur, vindicentur, illuſtrentur, inque publicum edantur: id quod nunc cum Luciano quoque fieri procurauit. Interea tamen & ſuas ſub-

inde,

inde, clauſtris retectis, in apertum Muſas produ-
cit: quemadmodum videre eſt in laudatiſsimis il-
lis operibus eius, quæ ſuperiori anno in tres
Tomos digeſta prodiêre, in quibus penè nullam
totius Encyclopædiæ partem intactam reliquit.
Quid dicam de eius humanitate, prudentia, maxi-
ma illa rerum experientia, incomparabili erudi-
tione, & alijs quibus præditus eſt virtutibus?
Aegris, ſi opus ſit, ſalutariter conſulit: mole cau-
ſarum oppreſſos, conſilijs ſuis prudenter iuuat: af-
flictas conſcientias piè conſolatur, Scripturæ arca-
na explicat: vt trium illarum Facultatum, Medi-
cinæ, Iuriſprudentiæ, & Sacroſanctæ Theolo-
giæ peritiſsimum eum dicas: & ſic (quæ citra
adulationem dixero) omnibus fit omnia: idque
(quod maximum eſt) tam humaniter, amanter,
& propenſo admodum animo facit. Quas ſanè
dotes, qui in homine non admiretur, veneretur
atque collaudet, quis non dicat inuidia eum tor-
queri? Hæc ideo etiam refero, candide Lector,
vt cuius viri ſtudio & opera illuſtratus tibi Lucia-
nus veniat, intelligas: eius profectò, qui de autho-
ribus, boni an mali ſint, iudicare poteſt: vt eò mi-
nus videlicet legere eum vereare. Vale: Ba-
ſileę, Anno Virginei partus
1563. Cal. Martij.

GILBERTVS COGNATVS
NOZERENVS,

Eximio atq; iuris vtriusq; prudentissimo viro, Domino Ioanni de Plana, illustriss. Principis ANNÆ à Lotharingia Consiliario,

S. P. D.

N tibi, præstantiß. atq; Iurisprudentiß. D Ioannes de Plana, damus hoc tempore nostras in aliquot Luciani locos Annotationes: quas summo studio ac labore, fide etiam optima, quum hîc mecum esses, adscripsimus. Eas si in eam partem à nobis prolatas acceperis, in quam accipere æquũ est (neque enim quidquam præter studiosorum vtilitatem hac in re quæsiuimus) breui eadem fide plura etiam daturi sumus. Quòd verò orationem meam, qua ille à quorundam calumnijs propè ex tempore defensus est, tam amanter expetis: facis tu quidem rem amori in me tuo, & benuolentiæ consentaneam. Id tamen hisce diebus non expecta. Nam quum ob temporis angustias ad dicendum processerim, paucitate locorum atque imaginibus quibusdam contensus, vnde typus erat, ac velut ὕλη, eorum quæ à me erant dicenda, ex signatis quibusdam locis, quibus orationis lumina, si qua fortè intercurrerent, astruerentur.

rentur. Cætera, quæ pauca sanè fuerunt, extemporalitas suppeditauit. Verùm quando ita tibi placere video, vt intelligas nihil à me tibi, cui plurimùm debeo, honestè negari posse, nec debere: dabo operam, quantum in me erit, vt quàm primùm fieri poterit, ad te veniat, ac fortasse pleniore habitu, quàm inter agendum sit visa. Tempus enim aut studium aliquid adijciet. Tu interim quid de ijs sentias, indicabis. Quod vt facias, te etiam atque etiam rogo. Vale: Cognati, tui obseruantißimi, memor. Omnes mei, vnà cum Frontino, saluere te plurimùm iubet, & gaudere. Nozerethi, pridie Cal. Ianuarij, Anno Christiano M.D.LXIII.

LVCIANI ELOGIVM,

per Gilbertum Cognatum Nozerenum.

LVcianus natus ex Samosata Syriæ ciuitate, non longè ab Euphrate fluuio sita, floruit (vti putant) Traiani Cæsaris fermè temporibus, atq; sub Adriani imperio, qui anno Christi 120. regnare cœpit, pleraq; scripsit. Non minùs elegans, quàm facetus scriptor. In Somnio autem suo generis, educationis, ac studiorum suorum rationes, tum quomodo statuariæ initiatus fuerit, exponit. Adolescens in Gallia (vt ex Hercule coniecturam facere licet) & alijs in locis, Rhetoricam publicè professus est. Iuuenis apud Antiochiam etiam, Syriæ vrbem, in foro causas egit: sed cùm eas res illi non admodum feliciter succederet, desserta Rhetorica, & iudiciali foro, animum ad scribendum appulit: Pyrrhonios philosophos imitatus, qui nihil adfirmant, sed omnia in vtranq; partem ambigua in medium relinquunt: id quod indicat eius Epigramma, suis præmissum scriptis. Sed si quisquam fuit vnquam qui Horatianum præceptum impleuerit, miscueritq; vtile dulci, hoc est, voluptatem cum vtilitate coniunxerit: cunctorum certè calculis, Lucianum hoc in primis præstitisse comprobatur. Priscæ autem Comœdiæ dicacitatem, sed citra petulantiam referens, Deum immortalem qua vafritie, quo lepôre, perstringit omnia quo naso cuncta suspendit, quàm omnia miro sale perfricat, nihil vel obiter attingens, quod

non

non aliquo feriat scommate: præcipuè Philosophis infestus, atque inter hos Pythagoricis potissimùm ac Platonicis, ob præstigias: Stoicis item propter intolerandum supercilium, hos punctim ac cæsim, hos omni telorum genere petit: idq; iure optimo. Quid enim odiosius, quid minus ferendum, quàm improbitas virtutis professione personata? Hinc illi blasphemi, hoc est, maledici vocabulum addidêre: sed hi nimirum, quorum vlcera tetigerat. Pari libertate gentilium quoque deos passim & ridet & lacerat, vnde cognomen inditum ἀθέου, speciosum profectò, vel hoc nomine, quòd ab impijs ac superstitiosis ei attributum. Inter Sophistas annumeratur: sed quam benè, ipsi viderint tantum enim in dicendo gratiæ, tantum in inueniendo felicitatis, tantum in iocando lepôris, in mordendo aceti, sic titillat abusionibus, sic seria nugis, nugas serijs miscet: sic ridens vera dicit, vera dicendo ridet: sic hominum mores, affectus studia, quasi penicillo depingit: neq; legenda, sed planè spectanda oculis exponit, vt nulla Comœdia, nulla Satyra cum huius Dialogis conferri debeat, seu voluptatem spectes, seu vtilitatẽ. Eius verba sunt tersa, & phrasis dilucida. Asianus est, verborum apparatu instructus ac tumens: sermonis Latini non imperitus. Quadragenarius philosophari cœpit. In Macedonia innotescere volens, in conuentu totius Macedoniæ se exhibuit, ac specimen aliquod sui præbuit. Senior iam, in aulam atque familiam Cæsaris sese contulit, & procuratoris Principis in Aegypto conditionem

accepit. Timocles aulicus, Celsus & Quintillus, illi amici fuerunt. Libri ab eo Græcè conscripti, sunt plurimi: sed ad nostrã ætatem tantũ CLXXI, peruenerunt Luciani porrò nomine Epigrammata trigintaduo leguntur, passim in magno Græcorum Epigrammatum volumine. Guilhelmus Philander Castilionius, in suo in Vitruuium commentario, Appollonij Tyanei octo libris conscriptam vitam Luciano nostro ascribit. Eius autem Dialogus qui inscribitur Cynicus, vsq; adeò D Ioannem Chrysostomum, (acerrimi iudicij virum, & doctorum fermè omnium Christianissimum, & Christianorum, vt ego certè puto, doctissimum, delectauit, vt bonam eius partem in Homiliam quandam, quam in Ioannis Euangelium commẽtatus est, inseruerit, neq; immeritò. Erasmus noster, adamantinum omnium superstitionum insectatorem eum vocauit. Cæterùm de illius morte nihil certi memoriæ proditum est: nisi quòd podagra consumptus, annos octoginta natus decessit.

NOSTRVM ELOGIVM, Luciani scriptis probatur.

LVcianus Samosata patriam suam esse, & ab Euphrate fluuio non procul distare, in libro Quomodo scribenda sit historia, dicit. In Piscatore autem, Syriam iuxta Euphratem: & de Syria dea scribens, se esse Assyrium ait. In Bis accusato, se Syrum rhetorem vocat. In Somnio suo, generis, educationis, ac studiorum suorum rationes, tum quomodo statuariæ initiatus fuerit exponit. In

conuentu totius Macedoniæ se exhibuit, ac specimen aliquod sui præbuit. In Herodoto, seu Etio, ex Hercule Gallico, cõiecturam facere licet, in Gallia publicè rhetoricam professum fuisse. Sub finem Apologiæ pro Mercede conductis, inter quæ stuosos rhetores locum sibi fuisse ait. In Piscatore dicitur rhetor & causidicus: sed causas cur agere desierit, & animum ad scribendum appulerit, ibidem docet. Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis, dictionem & dicendi genus suum indicat. In Hermotimo, non est sermonis Latini imperitus: & quadragenarius philosophari cœpit. De saltatione, disciplinis liberalibus innutritus dicitur, necnon in Philosophiæ studijs versatus. In Piscatore, se philosophum profitetur, atq; philosophiæ flosculis sua scripta illustrasse ait. In Apologia pro ijs qui mercede conducti seruiunt, iam senior, in aulam atque familiam Cæsaris sese contulit, & conditionem procuratoris Principis in Aegypto accepit. Ibidem, Timocles aulicus illi amicus est. In Macrobijs, Quintillus: in Pseudomante, Celsus.

DE VI-

DE VITA ET SCRIPTIS LVCIANI, NARRATIO

IACOBI ZVINGERI Philosophi & Medici Basil.

SAcrificaturi olim παρασκευὴν θοτικὴν præmittere solebant. Nos ad literatia hæcce Luciani sacra accessuri, præludiorũ vice famosi scriptoris vitam, è probatis auctoribus hinc inde decerptam, ob oculos litantium collocabimus. Plures fuêre LVCIANI: & quamuis ea, quæ sumus dicturi, facilè hunc nostrum, à reliquis separatura sint: aliorum tamen, vel nominum tenus meminisse iuuabit: vt si quæ sunt, quæ fortè, ambigua incerto auctori adscribi posse videbuntur, omnium iam cognitorum facta comparatione, certius obtinere queat rei veritas. Inter plures autem, antiquorum duntaxat iam meminerimus, qui nominis celebritatẽ ad posteros quoq; propâgarunt, & tum polliciti fuêre tum academici. Politici vnius Suidas mentionem facit, viri probi: qui Orientalis imperij sub Arcadio summam præfecturam tanta æquitatis laude administrauit, vt quæ est virtuti comes inuidia, in offensionem & aulicorum & Imperatoris incurrerit, & à Rufino per occasionem plumbeis globis in ceruicibus fuerit excruciatus. Inter eos, qui academicam vitam secuti sunt, philosophi & theologi memorantur. Philosophus & insignis sophista, nomine olim laudato, hic noster præsens Samosatenus fuit: cui, an quæ leguntur in Anthologico penu, acceptũ ferenda sint epigrammata, sub incerto iudice, lis haud vnquam decidenda, adhuc viget. Sunt ea quidem ἀκωπτικὰ nonnulla: at plura, quod notat H. Stephanus, tam elegantis pietatis, vt ne Christiano quidem auctori pudori essent. Theologi plures leguntur, Apud Cyprianũ

est,

est, cui quarta & decima septima epistolarum adscribitur. Fuit & alius Antiochenæ ecclesiæ presbyter, à quo Hebraica biblia recognita, & pristino nitori restituta scribit Suidas: qui tandē sub Maximiano palmā martyrij Nicomediæ sit consecutus. Tertius Hierosolymitanæ ecclesiæ presbyter suo tēpore claruit: & quod Gesnerus obseruat, monumentis literarum, posteris quoq; innotuit. Ex horum numero, philosophū seponimus, de quo inceptum sermonem proferamus: breui & expedita methodo, quæ certā historica fide, de eius Ortu, Vita, & Interitu sciri merentur, planis verbis concipientes. Homo consideratur: vel vt est, & viuit: vel vt non est, nimirū quatenus, seu cùm non est, esse incipit Generatione: seu cum est, esse desinit Corruptione & interitu. In ipso Ortu causæ attendendæ & accidentia. Causa efficiens. Parentes sunt: huius quidē nostri Luciani tenuis fortunæ homines: quos res angustā domi eò adegit, vt puerum Lucianū præclara indole ad literarū studia natum, arti statuariæ addixerint: maius inde, certiusq; lucrū, quo subleuarentur, captantes, & sumptus disciplinæ minores. Nominare quidē eos videtur in Piscatore, vocans se Parrhisiasten, Alethionis Enxiclei. At fictā sunt nomina: haudquaquā ijs parentes, sed studiū, quo ducatur veritatis, & personatæ sapientiæ odiū designans. Accidentia sunt Locus & Tēpus. Patria Samosata, Syriæ ciuitas, non longè ab Euphrate, vt seipsum Syrū & Assyriū non semel cognominet: alibi etiā Patrensem, quę ciuitas est Achaię: tanquam natus hinc, oriundus illinc, ait Beroaldus in octauū Apuleij. De tēpore natiuitatis nihil certi. Suidas cū sub Traiano, ante quem etiā fuerit, floruisse dicit: alij de Adriano quoq; meminerunt. Sic ortus habet. Vitam eius partimur in maturam & immaturā. Hoc est, qua nōdum sui iuris sub parentum & magistrorū clientela vixit, tanquam ἀπαρχὴν vitæ perfectæ. Vt enim, recens testa quo semel est imbuta, seruat odorē: sic quæ recētis ætatis rasæ tabulæ, quam Aristoteles vocare solebat, inscribuntur, vel mala sint, vel secus, per ætatē durant. Igitur

tur Lucianus etiamnum puer auunculo suo formandus dabatur, homini austero, à quo fingendorum lapidũ & marmorum poliendorum dexteritatẽ hauriret. Pater enim, quod puerum videret proprio naturæ ductu ceram in varias transferre figuras, ad manuarium hocce opificiũ perquam idoneum, si rectè erudiretur, futurũ existimabat. Cùm verò circa ipsum πρόσωπον artis, rupta tabella immitiùs à magistro acciperetur, domum procurrit: & per somnium duas videt mulierculas, statuariæ artis & Liberalium studiorum tutelares deas, ambitiosè de se contendentes. Persuasus ergo παιδείας rationibus, statuariam valere iubet, totumq; se ad castra Virtutis & eruditionis confert: vbi fidelium præceptorum bonitate breui temporis progressu stipendia non pœnitenda fecit: donec ætatis accedente maturitate seipsum mundo ostendere, & quod dici solet, sapientiam in artem traducere inciperet. In hocipso verò perfectæ ætatis momento, ne magnas magni viri dotes confusionis vitio obtenebremus, actiones illius omnes, tum passiones excutiendæ sunt. Homo enim, quoad viuit & eã attingit ætatem, qua cõpos rationis perfectam viuere vitam ex humanitatis lege tenetur, nihil aliud quàm agit & patitur. Actio omnis ab animæ nutu & imperio dependet. Passiones ex Corporis & Fortunæ affectione nascuntur. De passionibus certè quantumuis non defuerint secunda & aduersa, quæ vitam præclari viri diuersimodè affecerint, eorũ tamen nos haud quicquã tangimus, quando nihil illorũ per antecessores historicos dictum est fide dignũ: ad Actiones solas conuersi: quas ad tria illa, quæ in omni hominum instituto necessaria requiruntur, Naturã, Artem, & Exercitationem referimus. Natura quidem nascitur cũ homine, at cũ demũ se profert, quando operari incipit, perfectis ad agendum instrumentis. Ergo quanta fuerit ingenij præstantia Luciani, non est vel quærendũ multis, vel in vllũ dubium vocandum. A' prima pueritia, emicuerant indicia artificis ingenij, vt cum pater ad præclarã fingendi artem dexterrimum

rimum arbitraretur. Humiliores tamen fuêre, quã parerat paternæ cogitationes: nec ad scopum, quo tendebat bene natus puer, collineabant. Formandum quippe fuerat aliquid tuo diuino dicendi organo: & emendanda scabrities: non lapidũ tamen, sed humanorum animorũ. Innutritus ergo liberalibus disciplinis ei, quod natura habebat, Artis accedente auctoramento, perfectionem contulit admirandam: quantã quidem in hominis natiuo vitio corrupti infirmitatem, proprijs nequis, vt dicetur scatentem, quando ex omni parte beatus haud quisquã est, cadere potest. Artis vocabulo omnes disciplinas, quas vno cõplexu Philosophia, à nonnullis etiam Encyclopædia & Habitus tum organici tũ principales cõprehendunt, designamus. Quod ad habitus organicos, Rhetor fuit, Poëta, Logicus. Testantur id ipsius scripta: inprimis quanta dexteritate aduersarios disputando cõuicerit: quanta facundia causas in foro peregerit: quãta facilitate Comicorũ personã nõ tam ligato, quàm soluto dicendi genere repræsentârit. Inter principales, & theorici sunt & practici. Ad Metaphysicam classem si Dei cognitionẽ & verũ cultũ reducamus: hac parte vel maximè impiũ fuisse eũ & παμμιαρὸν, vt ait Suidas, libenter fatemur: qui non solam Dei prouidentiam risui habere, sed & Christũ ipsum, humani generis vindicẽ cauillis & maledictis insectari fuerit ausus: tam ferali rabie, vt per ludibrium ὠνησκολοπισμὸν σοφιςὴν sceleratè calumniaretur, & quod Ponticus Virunius in quadam epistola obseruat, Ioannis quoq; Euangelium incesseret: quod de Philopatre Dialogo dictũ existimari potest. Deos certè Ethnicos cœlo deducit graphicè, tantam impietatem, tam profana scelera, quibus fictitij Dij omnium consensu & scitu sese contaminârint, tartaream verùs, quam cœlestem, abominandam, nec vllo diuino honore dignandam esse. Id quidem hactenus nec indignè, nec impiè: at quod inde ingratus homuncio, nec ex suijpsius quidem, vt alia taceam, vel corporis vel animi mira structura, ad aliquam veri Dei, & vel saltem ignoti,

Athenien-

Athenienſium exemplo, reuerentiam erigere ſeſe vel voluerit vel potuerit: ſed Epicureorũ fatalem neceſsitatem omni metu Deorum ſublato exoſculatus admiſerit, id verò extremæ impietatis eſſe, antiquitatis, licet ipſius quoq; gentilis arbitrio non ignoratur: à qua infame nomen ἄθεος optimo iure promeritus eſt. Et hæc eſt mentis humanæ luxuria: dum ſibi plus æquo plaudit, & perſuaſæ ſapientię, quaſi eam proprio ſit conatu ſortita, applaudit, tam fœdè exorbitat: ſeq; ipſam Dei vice colit & adorat. Quod ſi verò ad Phyſicam & Mathematicã nos conuertamus, plus quod laudemus, quàm reprehendamus ſeſe obijciet. De Aſtrologia ſcripſit quoq;, & quamplurima alijs ſuorum dialogorũ veſtigia impreſsit naturalis ſuę cognitionis. In practicis autem habitibus maior eſt ipſius pſtantia. Ethicus fuit, minimeq; deſes veritatis & virtutis ſectator: ſed & alios ſecus agentes re & calamo acerrimè eſt perſequutus: vt ab antiquis δύσφημος καὶ βλάσφημος: à Viue ſubſannator deorũ & hominũ, ab Eraſmo mitiùs, nugator feſtiuus: quòd ludendo acerbitatem animi ceu velo obducto occultare ſciret, cognominaretur. Hæc ergo philoſophia eſt, quam admiratum ſe fuiſſe, & iugiter in honore habuiſſe, ipſe fatetur, vt in dialogo, cui Piſcatoris titulus præfixus eſt, apertis verbis interroganti Philoſophiæ profiteatur, duarũ artium ſe ſcientẽ eſſe, Amandi virtutẽ & Odio proſequẽdi vitia. Quamuis autem nulli hominũ hac quidem parte fuiſſet æquior: ſæuiſſimus tamen aduerſus Philoſophos, virtutũ nomine abutẽtes, ad vitã vitiorum licentiosè viuẽdam extitit; qui ſummi boni vice, honorem, lucrum, voluptatem luxuriosè ambirent, effœminati mimi inſtar Achillem vel Theſeum exprimerent, leonina pelle induti, ad Cumani aſini exemplũ, barba nimirũ, inceſſu, induuio philoſophiã mentiri infami ſtudio contenderẽt. Hęc certę, quãdo ſunt talia, viro aliogn nõ malè Ethico, quamuis peſsimè Theologo, non iniuria calumniandi & inuehendi occaſionem pluſquam amplam præbuiſſe, quiuis facilè animaduertit. Quando autem leges

moderatæ censuræ acerbius transiuisse videri potest, in ductus verius odio quodam subtristis naturæ, quam Virtutis studio putatur, & viuam sui imaginem in Timone Misanthropo, qui nec Deos pensi alicuius habere, nec homines solitus fuit, effigiâsse. Viues equidem ad insectandum eum & proscindendam philosophiam inuidia Plutarchi Cheronensis impulsum fuisse scribit, quem in magno honore esse apud Traianum Cæsarem inuitus & dolens vidisset. Politiæ etiam & Oeconomiæ studiosus fuit, quod idem scripta eius testatum faciunt: vt cùm iam senior, quod scribit Gilbertus Cognatus, in aulam & familiam Cæsaris se contulisset, procuratoris Principis conditionem acceperit. Tales ergo Artis respectu actiones eius fuerunt. Quod ad exercitationem, docuit viua voce, & scriptis similiter inclaruit. Adhuc iuuenem in Gallia, vt & alijs in locis Rhethoricam professum se esse, ipsemet testatur: quo non succedente, vt Suidas vult, ad scribendum se contulit. Sunt autem eius scripta quamplurima, quorum causas omnes, quanta licebit breuitate enumerabimus. Etenim quo Fine tanta contentione animi hominibus penè omnibus, ipsisq; falsis gentium dæmonijs contradixerit, non semel ipse pluribus in locis fatetur: nimirum veritatis & virtutis asserendæ causa: & vt vel suis saltem monitis exorbitans humanum genus in viam rediret, & sapere disceret. Verbis ad hoc vsus est, (quæ ad classem efficientis instrumentalis pertinent) cùm Asianus fuerit, tersis, ingenio ac moribus suis congruentibus: tam apta facilitate, vt communem loquendi elegantiam miro successu expresserit, rebusque dicendis accommodârit, vt & his simul & ijs lector magna animi voluptate perfundatur. Forma, scribendi genus est, quod sequitur: quod ipse contra plures, aliquot in locis defendit. Platonis ergo exemplum secutus, Dialogos scripsit, quibus res ipsa ceu geri videtur, magisque audientium & legentium animis imprimi: suo prorsus instituto plus quam idoneos. Comica

tamen facilitate & argutia illorum diluit grauitatem, tam dextrè, vt si quis vllus miscuit vt le dulci, is Thomæ Moro & Erasmo Lucianus sit: qui ipse fatetur corruptos inprimis Philosophorum personatorum mores dicacitate comica indigere: à cuius morsibus non se desiturum profitetur, dum illi fictas personas suæ malitiæ & ignorantiæ detrahant, & in virorum bonorum, vereq; philosophantium ordinem sese recipiant. Materia scriptorum eius varia est, & Historica & Philosophica: sicque in ordinis aliquam formam, si possit fieri, redigenda. Historiam, partim in genere perpendit, quomodo tractanda sit, præceptis propositis, in Dialogo QVOMODO HISTORIA SCRIBENDA SIT: & exemplis, fictis licet, ad præcepta tamen accommodatis, duobus libris DE VERA HISTORIA: partim in specie: varia nimirum, quæ vel alijs contigerunt, vel sibi. De sua ipsius adolescentia, in IN SOMNIO agit: de senectute verò, in qua, ne tum quidem Eloquentiæ exercitia deseruerit, in HERCVLE GALLICO. Quæ ad alios spectant, diuersa sunt: Theologica, in dialogo de DEA SYRIA. Naturalia, de grandæuis, in MACROBIIS. Politica, attinentia, tũ ad plures, de amicitia Scytharum & Græcorum, in TOXARI: de philosophis diuersarum sectarum, apud Aristænetum conuiuantibus, in CONVIVIO: tum ad vnum aliquem: sic Demonactis vitam, in DEMONACTE persequitur: Lucij transmutationem, in ASINO: Alexandri cuiusdam res gestas & vitam, qui se Podalirij filium mentiebatur, in ALEXANDRO: Neronis conatus perfodendi Isthmi, in NERONE: Peregrini cuiusdam mortem voluntariam, in oratione de MORTE PEREGRINI. Ipsi præterea Dialogi meras continent narrationes antiquæ & gentilitiæ religionis, fideiq; superstitiosæ, quam scoptice traducere, & narrando duntaxat in contemptum audientium, quibus, modò vellent, facilè liceret inter lupinos & æra facere discrimen, abripere voluit. Plura sunt, quæ de omnibus penè philosophiæ partibus

bus in medium adfert, non tam docendo, quàm arguendo : itatotus ad reprehendendum natus videtur : vt tamen hoc ἐλέγξεως organo, rem ipsam persuadeat & exprimat. Organica eius sunt multiplicia, & quidem Grammatica nonnulla: de literis, in IVDICIO VOCALIVM : de solœcismo, in PSEVDOSOPHISTA : de dictionis apophradis proprietate, in PSEVDOLOGISTA : de Oratione affectata, in LEXIPHANE. Poëtica tangit, in cauillatione poëtarũ, quæ inscribitur, DISSERTATIO cum HESIODO. In TRAGOPODAGRA & OCYPO drāmatũ duorum specimẽ dat. Rhetorica scripta, vel generalia sunt, quæ pertinent vniuersim ad præcepta : vel specialia, quæ ad eius proprium dicendi genus: quod tum proponit, in BACCHO, & DE ELECTRO: tum contra reprehensores defendit, in ZEVXI, & in apologia contra eum, à quo fuerat PROMETHEVS IN VERBIS appellatus: tum exemplo orationis, in Macedonia habitæ illustrat. in HERODOTO. In vniuersum pertinent ad Rhetoremea, quæ vel exempli causa, præceptorum illustrandorum, proponi solent, vt sunt Orationes variæ : vel directò ad confirmanda præcepta faciunt : qualis est RHETORVM PRAECEPTOR, in quo de corrupta suorum temporum eloquentia, & affectato dicendi genere conqueritur. Orationes sunt aliquot illustres, omnium generum. Demonstratiui quidem, Encomiũ balnei, in HIPPIA : DEMOSTHENIS: PATRIAE: DOMVS: Macedonum quorundam, IN SCYTHA: podagræ, in TRAGOPODAGRA: pulcritudinis in CHARIDEMO : studij sui erga auditores, in DIPSADIBVS. Deliberatiui sunt: dum suadet taurum, supplicij genus, dono oblatum nequaquã parui pendendum esse, in PHALARIDE SECVNDO : dum amico cuidã principali persuadere conatur, vt se commendatum habere velit, in HARMONIDE. Iudicialis sunt: vtcùm quæritur, dignúsne sit præmio Tyrannicidæ, qui filium tyranni occidit, in TYRANNICIDA: an qui semel est receptus in familiam, sit denuò abdi-

candus, in ABDICATO: an Phalaris tantum æneum missurus Delphos iure ac necessitate tyrannidem arripuerit, & nocentes quosdam punierit, in PHALARIDE PRIMO. Ethæ sunt organicæ ipsius commentationes: haud pauciores principales. Ad philosophiam in genere pertinent ea, quæ tum de sectis & contra sectas philosophorum sui temporis declamat, in BIS ACCVSATO, & HERMOTIMO: tum de auditore philosophiæ, qualis is sit, esseúe debeat, lectioni potius, quã librorum multitudini deditus, in Dialogo, CONTRA INDOCTVM MVLTOS LIBROS EMENTEM: & an Eunuchus possit esse philosophus, IN EVNVCHO. In specie verò sunt alia, quæ ad theoricam & practicam philosophiæ partem referenda sunt. Contemplatio de Deo & spiritibus Metaphysica est, heic apud nostrum auctorem & positiua, in ALCYONE, vbi de Dei potestate, quod illi omnia sint possibilia, disserit (licet secundum Athen. & Laërtium is dial. sit Leonis philosophi Academici: quando Lucianus, vel putidè negare Deum, vel impiè diuinas ipsius actiones eleuare scitur) & negatiua, dum festiuè & acriter contra Deos, inprimis ethnicos & ipsorum cultus ridiculos inuehitur. Deorum ergo Gentilium vanitatem insectatur, in CONCILIO DEORVM, in IOVE TRAGOEDO, vt iam de cæteris DEORVM DIALOGIS nihil dicam. Religionem omnem, tum Christianam in PHILOPATRE, tum Ethnicam, in CYNISCO ludibrio habet. In Saturnalia inuehitur, in SATVRNALIBVS: in Sacrificia, in dialogo, DE SACRIFICIIS. Contra vim magicam etiam, incantamenta & spectra in PHILOPSEVDE. Mathematica quoque attigit, in dialogo DE ASTROLOGIA. Physica non ex professo: inseruit tamen multis dialogis rerum physicarũ, vt musca, alcyonis, dipsadũ, sensuum visus & auditus elegantes discursus. Inter practica ipsius commentaria, & primum Ethica, nonnulla sunt, quæ de fine, summo bono agunt contra philosophos, in TIMONE MISANTHROPO, in NAVIGIO, in CYNICO: alia quæ de forma,

ma, nimirũ de Virtute & moribus, partim in genere omniũ hominum, in DIALOGIS VARIIS, & in ICAROMENIPPO: in primis autem philosophorum, in NIGRINO, in VITARVM AVCTIONE, in PISCATORE, in FVGITIVIS: partim in specie: contra libidinem, in AMORIBVS, & DIALOGIS MERETRICIIS: contra calumniantes, non audiendos esse, in oratione, DE NON TEMERE CREDENDO CALVMNIAE: contra assentatores, non nimium esse laudandum, in dial. PRO IMAGINIBVS: pro arte assentandi, in PARASITO: de humanitate in salutando: quibus verbis vtendum sit: in dialogo, PRO EO QVI INTER SALVTANDVM VERBO LAPSVS FVERAT: de auaritiæ obiecto, nim. de incommodis diuitiarum, & commodis paupertatis, in SOMNIO: de amicitia colenda, in TOXARI: de luctus inutili vanitate, in dialogo DE LVCTV. Politica quæ habet, merè sunt particularia, quæ in republica benè constituta, vel requiruntur necessariò, vel fieri assolent: ita de gymnasijs adolescentum, vt in bonos ciues euadant, in ANACHARSI: de aulicæ vitæ molestijs, quas liber & ingenuus subire non debeat, in MERCEDE CONDVCTIS: de SALTATIONE, in dialogo eiusdem inscriptionis. Oeconomicum etiam aliquid tetigisse videtur, in IMAGINIBVS, describens mulieris virtutes præcipuas, & bona corporis & animi: quæ in primis in domestica administratione sese proferre solent. Est ergo hæc auctoris vita & immatura, & matura, ratione tum naturæ, tum artis & exercitationis. De ipsius Interitu annotat Suidas, discerptum à canibus fuisse, cùm rabiem suam contra veritatem exercuisset. Cognatus tamen lib. 6. Narrationum podagra consumptum existimat, annos octuaginta natum.

LVCIANI VITA
ex Suida.

LVcianus Samosatensis, cognomento blasphemus, siue maledicus, aut atheos potiùs appellatus, eò quòd in Dialogis suis ridicula etiam illa esse proponit, quæ de rebus diuinis & sacris prodita sunt. Dicitur autem vixisse temporibus Traiani Cæsaris, & deinceps. Cæterùm fuit ab initio causidicus, Antiochiæ, quæ in Syria est, sed cùm ea res illi non satis ex sententia succederet, ad scribendum sese conuertit, scripsitq; adeò infinita. Obijsse autem ipsum, fama est à canibus laceratum, quoniam & contra veritatem velut rabiem exercuisset. Nam in vita Peregrini Christianismum quoque insectatur, ipsum Christum contumeliosè incesit, sceleslus ille. Quare & rabiei istius pœnas sufficientes in præsenti vita dedit, & in futurum hæres æterni ignis, vnà cum Satana erit. Hæc ille. Addit autem Volaterranus, nescio quo authore: cùm ab initio Christianus fuisset, postea eiusdem religionis desertorem factum esse, dictitantem se nihil ex ea consecutum, quàm quòd nomen ipsius corruptum esset, ex Lucio, Lucianus, factum. Fuit autem Somosata, vt hoc quoque addamus, vrbs, non longè ab Euphrate sita, Comagenes metropolis. Plinius & Stephanus.

LEVI.

studiosis.

Quid quæris puer? Atticum salinum?
Hoc paruo dabit ære Lucianus.
Quid? fandi Latios petis lepôres?
Hos paruo dabit ære Lucianus.

Idem, ad eosdem.

Huc ades ô studiose puer, studiosa iuuentus
Huc ades, hunc hilari perlege fronte librum.
Nulla Cytheriaco polluta est pagina amore,
Quin soror hoc Phœbi casta probabit opus.
Nec Cynicos memorat, caperata aut fronte Catones,
Aut aliud si quid ruga senilis amet.
Sed grates pueris, Charitesque, salesque, iocosque,
Et quicquid lepidi est, iste libellus habet.
Attica siue Venus iuuat, aut Oenotria lingua:
Hanc habet, atque illam, tantulus iste liber.
Meonide aut Pelio multò est facundior author,
Sed vetat imparilis nomen inire modos.
Non minor interpres succedit diuite vena
Vatibus Ausonijs vnus Erasmus honor.
Nempe hic, siue pedum certa sine lege vagatur,
Pulchrum mellifluo Marcus vt ore sonat:
Siue pedes strictim numeroso calce coërcet,
Nasonem præstat, Virgiliumque refert.
Quælibet (inuideas) vel iam superstite Plauto
Vellet Erasmiaco Musa lepôre loqui.
Huc ades ergo puer Latij studiose lepôris:
Huc, ades hunc hilari perlege fronte librum.

Corn. Grapheus.

Heus optimi Tirunculi,
Vultus iocis iucundulis,
Et lusibus satiarier:
Huic Luciano assuescite.
Ipse & nuces, ipse & trochos,
Ipse & meros lusus habet.

Adrianus Barlandus, in persona Luciani.

Græcia me genuit, nuper facundus Erasmus
Transtulit in Latium: munere plaude puer.

Adriani Luceæ Hendecasyllabon.

Castæ rumpe moras puer Mineruæ,
Quem linguæ Ausoniæ tenet libido:
Adsis, huc propera, hunc capesse librum
Dextra præcipiti, & reuolue sæpe:
Qui non barbarie scatet nociua,
Nec de Vandalico solo est profectus,
Verùm est eloquij nitens lepore
Romani, salibus meris refertus.
Est & scommatibus iocisq; abundans,
Prauas mordicùs inuehens in artes,
Et mores hominum, simul Deorum
Irridens miserum chorum Ethnicorum.
Vir doctissimus vndecunque Erasmus,
Princeps eloquij vtriusque linguæ,
Fecit parue puelle Lucianum
Argiuum, Latijs loqui camœnis.

IACOBI HERTELII AD GILbertum Cognatum, in Lucianum Iambus.

Quos edidit sales disertus, & iocos
Lepore tinctos LVCIANVS Attico,
Noti fuêre seculis quàm plurimis:
Tunc, Christiano cùm rigaret sanguine
Hortum DEI profana turba gentium,
Cultu sinistrè fascinata dæmonum.
Longè sed hoc sunt notiora seculo
Salsi iocosa LVCIANI dogmata:
Quando redibat liberalibus nitor,

Quem

Quem promerentur, quoque præstant, artibus,
Labore ERASMI sedulo ter Maximi.
Is namque Veneris eruditus Atticæ,
Suaues lepôres dum Latinis auribus
Accommodauit & probè & feliciter,
Insigne nactus Lucianus est decus
Ipsius acri & erudita industria.
(Non diffitemur, & alios conatibus
Et eruditione præstantes viros,
Tulisse Luciano opem percommodam.)
At Lucianus omnium notissimus,
Nunc in manus docilis iuuentutis venit,
Multò, priùs quàm prodijt, politior.
Confusa nam quæ tum fuerunt omnia
Colloquia, nunc sortita formam congruam,
Distincta certis & locis, lepôribus,
Dubium est venustiora sint, an ordine.
Quid, Annotationibus doctissimis
Quòd expolita, obscuritate omni procul
Pulsa, legentibus magis nunc proderunt?
GILBERTE Musarum decus grauissimum,
COGNATE doctis & viris gratissime,
Quantę tibi debentur vni gratiæ?
Nunquam quòd impigro labore desinis
Priscum bonis decus referre literis?
Eiusmodi natum esse te laboribus
Pro certo habeto: multi enim quod tu facis,
Licet velint præstarè, non tamen queunt,
Industriæ tantæ carentes dotibus.
Nunc ergo perge in posterum dona optima
Mentis tuæ, tales in vsus conuertere,
Vt te sibi natum putent quàm plurimi.

INDEX DIALOGORVM LVCIANI, EO ORDINE QVO HAC EDITIONE collocati sunt.

TOMO I. continentur hæc.

De somnio, seu vita Luciani. Pag. 3.
Contra cũ qui dixerat, Prometheus es in verbis. 87
Nigrinus, siue de moribus philosophorum. 37
Iudicium vocalium. 74
Timon, siue Misanthropus. 87
Alcyon, siue de transformatione. 144
Prometheus, siue Caucasus. 158.

DEORVM dialogi.

Promethei & Iouis. 185
Cupidinis & Iouis. 189
Apollinis & Vulcani. 191
Vulcani & Iouis. 196
Iouis, Aesculapij & Herculis. 199
Iunonis & Iouis. 202
Veneris & Cupidinis. 205
Martis & Mercurij. 214
Iouis & Solis. 217.

MARINI dialogi.

Cyclopis & Neptuni. 222
Alphei & Neptuni. 227
Menelai & Protei. 232
Neptuni & Delphinũ. 235

MORTVORVM dialogi.

Diogenis & Pollucis. 239
Pluto, seu contra Menippũ. 246
Plutonis & Mercurij. 249
Terpsionis & Plutonis. 252
Zenophantæ & Callidemidæ. 258
Cnemonis & Damippi. 262
Charontis & Mercurij. 264
Cratetis & Diogenis. 275
Luciani Scipio: seu Alexandri, Hannibalis, Minois & Scipionis. 282

Dioge-

Diogenis & Alexãdri. 291.
ORATIONES, quarum quædam adhuc inter Mortuorum Dialogos, quædam inter Saturnales epistolas relatę fuêre, nonnullæ quoq; Dramaticæ.
De ijs qui mercede conducti, in diuitum familijs viuũt. 300
Apologia pro ijs qui mercede conducti seruiunt. 367
Tyrannicida. 388
Declamatio D. Erasmi Roterodami, quæ superiori declamationi Luciani respõdeat. 414
Abdicatus. 480
Alexander, seu Pseudomantis. 522
Toxaris, siue amicitia. 588
Icaromenippus, siue Hypernephelus. 672
Anacharsis, siue de Gymnasiis. 721
De luctu. 782
Præfatio, seu Hercules Gallicus. 806
De electro, seu cygnis. 813
Muscæ encomium. 821
De non temerè credendo calumniæ. 836
Patriæ encomium. 871
Demosthenis encomiũ. 882.

TOMO II. continentur hæc.

DEORVM dialogi.
Iouis & Mercurij. 3
Neptuni & Mercurij. 5
Mercurij & Solis. 10
Mercurij & Apollinis. 14
Iunonis & Latonæ. 18
Deorum iudicium. 24
Mercurij & Maiæ. 45

MARINI dialogi.
Neptuni & Nereidum. 50
Iridis & Neptuni. 54
Xanthi & maris. 58
Tritonis & Nereidum. 61.

MORTVORVM dialogi.
Menippi, Amphilochi & Trophonij. 69
Mercurij & Charontis. 73
Menippi & Cerberi. 77
Charontis & Menippi. 82
Antilochi & Achillis. 65
Menippi & Mercurij. 90
Menippi & Chironis. 98

Menippus

Menippus, seu Necyomantia. 97
Charon, siue contemplantes. 131.

SEQVVNTVR Orationes, quarum quædam adhuc inter Mortuorum dialogos, & Meretricum quædam inter Saturnales epistolas priùs relatæ fuêre, nonnullæ quoq; Dramaticæ.

Hermotimus, siue de Hæresibus, id est, Sectis. 170
Zeuxis, vel Antiochus. 313
Harmonides. 329
Scytha, seu Hospes. 342
Quomodo historia scribenda sit. 361
Historiæ veræ liber primus. 432
Historiæ veræ liber secundus. 477
Lexiphantes. 527
Demonactis vita. 559
Somnium, siue Gallus. 590
Bis accusatus, seu Fora. 652
Rhetorum præceptor. 706
Hippias, seu Balneum. 740
Aduersus indoctum librorũ longa suppellectile tumentem. Sermo. 751
De domo. 786
Macrobij, id est, lõgæui. 815
De dipsadibus. 840
Nauigium, seu vota. 852
Deorum concilium. 902
Decretũ bona fortuna. 919
Saturnalia. 923
Chronosilon, id est, Saturnalium legumlator. 942.

EPISTOLAE Saturnales.

Ego Saturno salutem. 954
Saturnus mihi charissimo S. 963
Saturnus diuitibus, S. 971
Diuites Saturno S. 977.

TOMO III. continentur hæc.

DEORVM dialogi.

Iunonis & Iouis. 3
Veneris & Lunæ. 8
Mercurij & Apollinis. 11
Panos & Mercurij, 14
Apollinis & Bacchi. 18
Apollinis & Mercurij. 22

MARINORVM dialogi.

Tritonis, Amymones, & Neptuni. 27

Noti

Noti & Zephyri. 30
Doridis & Thetidis. 32
Neptuni & Empei. 36

MORTVORVM dialogi.

Alexandri & Philippi. 37
Diogenis & Herculis. 48
Memppi & Tantali. 53
Diogenis & Mausoli. 57
Nirei, Therſitæ, & Menippi. 61
Diogenis, Antiſthenis, & Cratetis. 65
Aiacis & Agamemnonis. 73
Minois & Soſtrati. 76
De ſacrificijs. 81
Vitarum auctio. 100
Piſcator, ſeu reuiuiſcentes. 134
Pro eo quod inter ſalutandum verbo lapſus fuerat. 192
Herodotus vel Aetio. 212
Phalaris primus. 222
Phalaris ſecundus. 242
De Aſtrologia. 252
Imagines. 270
Pro imaginibus. 304
Lucius, ſiue Aſinus. 337
Iupiter Tragœdus. 409
De Paraſito, ſiue quòd ars ſit paraſitica. 479
Philopſeudes, ſiue incredulus. 553
Allocutio, ſeu Bacchus. 612
Pſeudologiſta, ſiue de Apophrade, hoc eſt, die atro. 622.
Diſſertatio cum Heſiodo, Luciani & Heſiodi. 662
Tragopodagra. 672
Ocypus. 726
De Syria dea. 745
Cynicus. 803
Pſeudoſophiſta, ſeu Solœciſta. 824

TOMO IIII. continentur hæc.

DEORVM dialogi.

Iouis & Ganymedis. 2
Iunonis & Iouis. 9
Veneris & Cupidinis. 13
Apollinis & Mercurij. 17

MARINI dialogi.

Doridis & Galateæ. 19
Zephyri & Noti. 24
Panopes & Galenes. 29.

MORTVORVM dialogi.

Simyli & Polyſtrati. 32
Aeaci,

Aeaci, Proteſilai, Menelai ac Paridis. 37
Menippi, Aeaci, Pythagoræ & Socratis. 39
Proteſilai, Plutonis & Proſerpinæ. 40
Menippi & Tireſiæ. 50
Cataplus, ſiue Tyrannus. 53.

ORATIONES, quarum quædam adhuc inter Mortuorum dialogos, quædam inter Saturnales epiſtolas priùs relatæ fuêre: nonnullæ quoque Dramaticæ.

De ſaltatione. 89
Eunuchus, ſeu Pamphilus. 158
Amores. 170
Iupiter confutatus. 244
De morte Peregrini. 266
Fugitiui. 308
Sympoſium, ſeu Lapithæ. 336.

DIALOGI meretricij.

Glycera & Thais. 382
Myrtium, Pamphilus & 384
Doris. 384
Mater & Philinna. 389
Meliſſa & Bacchis. 393
Clonarium & Leæna. 398
Crobile & Corinna. 404
Mater & Muſarium. 409
Ampelis & Chryſis. 415
Dorcas, Panychis, Philoſtratus & Polemon. 418
Chelidonium & Droſe. 424
Tryphæna & Charmides. 430
Ioëſſa, Pythias & Lyſias. 434
Leontichus, Chenidas & Hymnis. 442
Dorio & Myrtale. 448
Cochlis & Parthenis. 453.

NOTHI dialogi.

Philopatris, ſeu qui docetur. 456
Charidemus, ſiue de pulchritudine. 487
Nero, ſiue de foſſione Iſthmi. 521
Palinurus. 531
Virtus dea. 563

FINIS.

AVTHORES QVI IN HOC *Opere vertendo elaborârunt.*

Anastasius.
Baptista Pius.
Bergius.
Bilibaldus Birckheimerus.
Cornarius.
Erasmus Roterodamus.
Iacobus Micyllus.
Ioannes Sinapius.
Ioan. Sleidanus.
Martinus Bolerus.
Ottomarus Luscinius.
Petrus Mosellanus.
Philip. Melanchthon.
Ponticus Virunius.
Thomas Morus.
Venatorius.
Vincentius Obsopœus.
Vitus Amerpach.
Volaterranus.
Vrsinus Velius.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ,

Luciani,

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΥ. πνιȣ, ἤτοι βίος Δȣκιανȣ̃.

DE SOMNIO, seu vita Luciani.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Occasio huius narrationis videtur sumpta esse ex secundo Xenophontis, de dictis Socratis, vbi Prodicus sophista eodem modo Herculi, pueritiam egresso, narrat Virtutem ac Voluptatē apparuisse, & vtramq; illū ad se pertrahere contendisse. Consilium autem & scopus in fine ab ipso Luciano explicatur. Nam vt adolescentes præ inopia deficientes, & ad deteriora animum applicantes reuocaret, & ad literarum studia conuerteret, sermonem hunc ait à se institutum esse.

Αρτι μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος ὢν ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων ὅ, τι καὶ διδάξαιτό με. τοῖς πλείστοις οὖν ἔδοξε παιδεία μὲν, καὶ πόνȣ πολλοῦ, καὶ χρόνου μακροῦ, καὶ δαπάνης ȣ̓σμικρᾶς, καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς. τὰ δὲ ἡμέτερα,

DESIERAM[a] nuper in ludū ire, factus iā ætate adolescens, cum pater vnà cū amicis consilium capiebat, quamnam artem potissimùm discendam mihi proponeret. Plerisq; igitur videbatur[b] humanitas seu literarū studiū & labore multo, & tempore longo, & sumptu nō exiguo,[c] deniq; & fortuna quadā, opus habere:[d] nostras autē res

 cùm par-

μικρά τι ἔσῃ, καὶ ταχέως ἄρ τινα τῷ ἐπικειρεῖαν ἀπατᾶρ. εἰ δ' τινα τέχνῃν τῶν βαναύσων τούτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὲν πρῶτον αὐθις ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τ τέχνης, καὶ μηκέτι οἰκόσιτ ἦν, τε λιπὼν ὧν. ὀκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ τὸν πατέρα εὐφρανεῖν, ἀπὸ φέρων ἀεὶ τὸ γινόμενον. δοκεῖς οὖν σκέψεως ἀρχὴ πρὸ ὅτου τις ἀείσῃ τ τέχνων, καὶ ῥᾷστα ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα καὶ πρόχειρον ἔχειν τῷ χορηγίαν, καὶ ἀρχὴ τὸν πόρον. ἄμα δέ μοι ἄλλο ἐπαινοῦντ, ὡς ἔκαστ γνώμης ἢ ἐμπειρίας ἔχῃ, ὁ πατὴρ εἰς τὸν θεῶν ἀπιδὼν (παρῆν γὰρ ὁ τῆς μητρὸς θεῆς, ἄγις ἐρμογλύφ ἦν δοκῶν, καὶ λιθοξόῳ ἐν τοῖς μάλιστα εὐδοκίμοις) ὁ θέμις, ἔπηγε, ἄλλο τέχνῃν ἐπικαλεῖν, οὐ παρόντος. ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, ἀλέξας ἐμὲ, καὶ ἀλ-

cùm paruas esse & modicas, tum verò celere quoddã auxiliũ postulare. Quòd si igitur artẽ aliquam mechanicã didicissem, fore vt principiò statim ab ipsa e arte necessaria vitæ comparare possem, neq; necesse haberẽ adeò ætate iam prouectus, domi, deq; paterna mensa viuere: sed nõ multò pòst etiã ipsum patrem exhilaraturum esse me, referendo domũ semper aliquid ab arte quæsitum. Alterius itaque consultationis caput propositum inde est, quæ nam ars & optima, & ad discendum facillima, & homine libero maximè digna foret: deinde & minori sumptu atque instrumento egeret, multum autem & sufficientem quæstũ suppeditaret. Proinde alio aliam laudante, prout quisque animo affectus, aut vsu expertus erat, pater ad

auunculum aspiciens (aderat enim is quoq; f statuarius tum habitus optimus, & poliendo marmore inter præcipuos laudatus) Minimè fas, inquit, est aliam artẽ hic vincere, te præsente: sed hunc acceptum (meq; demõstrabat) abdùc tecum, & doce

καὶ διδάσκει παραλαβὼν λίθων ἐργάτιν ἀγαθὸν εἶναι, καὶ σωφρονιστὴν καὶ ἁρμονικὸν φύσιν. δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεως γε, ὡς οἶμαι, ἔχων δεξιᾶς. ἐπεκμαίρετο δὲ τὰς ἐκ τῆς ἡμέρας παιδιάς. ὁπότε γὰρ ἀφιείην ἀπὸ τῶν διδασκάλων, ἀφεξῶν ἂν τὸν ἡμέρον, ἢ βόας, ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, ἐκότως, ὡς ἐδόκουν ἐμοὶ πατρί. ἐφ' οἷς παρὰ μὲν τῶν διδασκάλων πληγὰς ἐλάμβανον, τότε δὲ ἔπαινος εἰς τὴν εὐφυΐαν καὶ ταῦτα ἦν. καὶ χρησὰς ἔχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας ὡς ἐν βραχεῖ μαθήσομαι τὸν τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τῆς παιδιᾶς. ἅμα τε δὴ ἐπιτήδειόν ἐδόκει ἡμέρα τέχνης ἐναρχεσθαι, ἐμοὶ μὲν παρεδιδόμην ὡς θεῷ, μάλιστα δὲ ὁ σφόδρα ὢν πράγματι ἀχθόμενος. ἅμα δέ μοι καὶ παιδιάν τινα ἐν ἀτιμίᾳ ἐδόκει ἕξειν, καὶ πρὸς ἡλικιώτας ἐπίδειξιν, ἣ φα-

& doce lapidum artificem probum, & eorundem compositorem ac statuarium nobis esse. Poterit enim & hoc, natura, vt scis, præditus felici ac dextera. Fecerat aũt hanc de me coniecturam pater ex ludicris à me aliquãdo è cera confictis. Quãdo enim à præceptoribus domũ dimittebar, ábradens ceram, nunc boues, nunc equos, interdum per Iouem & homines fingebam, non omnino ineptè, vt tum videbar patri, ob quæ tum à præceptoribus quidem plagas accipere solebam: hic aũt ad probandam ingenij dexteritatem, hæc quoque in parte laudis ducebantur. Atque adeò bonam ex eo spem de me omnes concipiebant, vt qui breui adeò artem hanc, secundum fingendi illam facilitatem perdiscere possem. Simul igitur & idonea dies videbatur ea esse auspicandæ arti, & ipse tradebar auunculo, non admodũ, per Iouem, iniquè aut grauiter ferens. Sed mihi etiam lusum quendam non insuauem ipsa res videbatur habere: & apud æquales ad ostentationem & laudem facturum esse,

ἀ φανοίμλιν θεός τε γλύφων, καὶ ἀγαλμάτιά τινα μικρὰ κατασκευάζων ἐμαυτῷ τε, καὶ ἐκείνοις, οἷς ἠβουλόμλιν. καὶ τὸ γε πρῶτον ἐκεῖνο καὶ σαφέστατον οἷς ἀρχομένοις ἐγίνετο. ἔγκοπτα δέ τινά μοι δοὺς ὁ θεῖος, ἐκέλευσέ μοι ῥᾴστα καθικέσθαι, πλακὸς ἐν μέσῳ κειμένης, ἣν ἐπέχρων τὸ λοιπόν. Ἀρχὴ δὲ ἦν ἥμισυ παντός. σκληρότερον δὲ κατέκνηκεν ἢ ἀπείρας, καταγὰς ἡμῶν ἡ πλάξ. ὀργὴ ἀγανακτήσας, σκυτάλῃ τινὶ κειμένῃ πλησίον λαβὼν ὁ πρᾶος ἐκεῖνος μετεπλήκτισέ με κατήρξατο. ὥστε πάκρυά μοι τὰ προοίμια τῆς τέχνης. ἀπελθὼν οὖν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀφικνοῦμαι, σωτηρίας ἀπολολύζων, καὶ πάκρυον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπέπλεως, καὶ πάσσομαι τὴν σκυτάλην, καὶ τὰς μάλωπας ἐπιδείκνυον. καὶ κατηγόρουν πολλήν τινα ὠμότητα, προσθεὶς ὅτι διὰ φθόνον ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸς ἐπιβάλωμαι κατὰ τὴν τέχνην ἀγανα-

sit & deos sculpere, & parua quædã simulachra, cũmihi, tum illis quibus vellem, adornare possem. Actũ priemùm quidẽ illud, & meipiẽtibꝰ solitũ, fiebat. celẽ enim quendã auunculus mihi tradens, paulatim tabulã lapidem, quæ in medio posita erat, cõtingere, atq; artẽ auspicari iubet, trinũ illud admonẽs: & Dimidiũ facti, qui cœpit, habet. Ceterũm durius impingente me, præimperitia, vt fit, tabula rumpitur. Auunculus aũt indignatus, & scuticã quandã prope iacentẽ corripiẽs, nequaquã mansuetè, aut vti docẽtem cõuenieba, excepit, atq; initio aut me, ita vt mox in lachrymas proœmium artis mihi verteretur. Aufugiens igitur inde, domum redeo: continuóq; vlulando, & lachrymis oculos opplendo, commemorabam scuticam, demonstrabam vibices, nimiamq; illius crudelitatem accusabam: hoc quoque addens, quòd inuidia quadam ista feciſſet auũculus, videlicet metuẽs ne se in arte superarẽ.

Irascente

ἐγανακτησαμένης δὲ τῆ μητρὶ, καὶ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε, κατέδαρθον· ἔτι ἔνδακρυς, καὶ τὸν νυχθὸν ὅλον ἐννοῶν μέχρι τοῦ δὴ τέλους, γελάσιμα καὶ μεμηνικότα ἅπαντα ἀριθμούμενος μετὰ ταῦτα δ' ἐκεῖνα ἀναφέρων, ὦ ἄνδρες, ἀκούσεσθε, ἃ καὶ πάνυ φιλιππόμου ἀκροατοῦ δέομαι. ἵνα γὰρ καθ' Ὅμηρον εἴπω, θεός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος ἀμβρόσιον δι' νύκτα, ἐναργὴς ἄντος, ὥστε μηδὲν ἀπολείπεσθαι ἀληθείας, ἔτι γοῦν καὶ νῦν μετὰ τοσοῦτον χρόνον, τὰ τε σχήματά μοι τῶν φανέντων ἐν ὄμμασιν ὀφθαλμοῖς παραμένει, καὶ ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλος. ἅτε σαφῆ πάντα καὶ δῆλα. δύο γοῦν ἀκούω λαβόμενοί μου τῶν χειρῶν, εἰλκόμην πρὸς ἑαυτὸν ἑκατέρα μάλα βιαίως, καὶ ἁρπαγῆς ὡς μικρᾶς ἔδοξέ μοι διεσπάσασθαι πρὸς ἀμφοτέρας φιλονεικούμενον. καὶ γὰρ ἀρτίως ἂν εἴ τις ἐπικράτει, καὶ παραμικρὸν ὅλον ἔσχε μοι. ἅμα δ' ἂν

Irascẽte itaq; matre, & multa fratri conuitia faciente, posteaquam nox superuenit, dormiui, plenus adhuc lachrymarũ, totãq; noctẽ cogitabundus iacens. Atq; hactenus quidem quæ diximus, ridicula pueriliaq; sunt: quæ verò deinceps audietis, nequaquã cõtemnenda sunt, ô viri, sed quæ admodũ auscultãdi cupidos auditores quoque requirant. Nam vt iuxta Homerũ dicam: Venêre mihi diuino somnia nutu, Almam per noctẽ, ita clara & manifesta, vt nihil ab ipsa veritate distarent. Adhuc igitur etiã post tantũ temporis interuallum, & habitus eorum quæ mihi tum apparuêre, in oculis hærent, & ipsa vox auribus quasi insonat, adeò tum plana fuerunt omnia. [i] Duæ mulieres manibus corripientes trahebant me in diuersum, vtraque ad se videlicet, violentè admodum & validè. Parum itaque abfuit, quin me discerperent, dum inter se ambitiosè adeò contendunt. Nam modò hæc superabat, & propemodum totum tenebat me: modò

δὲ ἂν αὖθις ἀπὸ θατέρας ἀχόμενῶ ἐβόων ἐπὸς ἀλλήλας ἑκατέρα ἡμῶν, ὡς αὐτὴ ὄνομα μιμήσαιτο βέλοιτο ἡ δι᾽ ὡς μάλιστα τῶν ἀπορίων ἀντιποιοῖτο. ἐμοὶ μὲν ἐργατικὴ καὶ ἀνδρικὴ, καὶ αὐχμηρὰ πάνυ δοκοῦσα, τὸν χεῖρα τύλων ἀναπλεως, διεζωσμένη πάνυ ἰσχνὰ, τιτάνους διατεταγμένους, οἷς ὁ θεὸς ὑπὸ τεχνίτου τοὺς λίθους. ἑτέρα δὲ, μάλα εὐπρόσωπος, καὶ τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, καὶ κόσμου πάνυ ἀναβολῆς τέλος δὲ ἐρωτᾷσί μοι διπάλαμον, ὁποτέρα βέλοιμι σωθῆναι αὐτῶν, πότερα δὴ σκληρὰ ἐκείνη, καὶ ἀνδρώδης ἔλεξεν. ἐγὼ φίλτατε, ἔφην, ἐμοὶ μὲν φίλτερον ἐστὶν ἐμαυθάνειν, οἰκείας ἔξεως καὶ συγγενὴς οἴκοθεν. ὅτι γὰρ πάππος σοι (εἰπὼν τοὔνομα τοῦ μητροπάτορος) λιθουργός ἐστιν, καὶ τὸ θεῖον ἀμφοτέρω, καὶ μάλα εὐδοκιμοῦντε διὰ πάντων ἐστὶ θαυμάσιος λόγων μὲν καὶ φαλάφων παρὰ

altera, eademq; me ad se vehebat. Clamabant autem ambæ, accusabantq; mutuò sese: hæc, quòd me suũ videlicet illa possidere vellet: illa verò, quòd hæc frustra aliena sibi vsurparet. Erat autẽ altera quidẽ operaria, & virili aspectu, squalida coma, manus collo passim obductas habens, succincta veste, & marmoreo puluere oppleta, qualis & ipse auunculus esse solebat tunc cùm lapides poliebat. Altera verò facie admodum honesta, habitũ decentem præ se ferens, & vestes ornatas ac mundas induta. Postremò autem permittunt meo iudicio, vt viri earũ conuersandũ mihi putẽ, sententiam ipse feram. At prior quidem dura atq; virilis illa sic cœpit: Ego, chare puer, Statuaria sum, ea quam tu herì discere cœpisti, familiaris adeò tibi & cognata à parentibus. Nam & auus tuus (addent nomen aui materni) marmorarius fuit, & auunculus pariter & patruus tuus cãdẽ artem exercuêre, & per nos inter præcipuos celebrati sunt. Quòd si igitur volet delitijs ac nugis circa

τῶν παρὰ ταύτης ἀπέχεσθαι (δείξασα τὴν ἑτέραν) ἕπεσθαι δὲ καὶ συνοικεῖν ἐμοί, πρῶτα μὲν θρέψῃ γεννικῶς, καὶ τοὺς ὤμους ἕξεις καρτερούς, φθόνου δὲ παντὸς ἀλλότριος ἔσῃ, καὶ οὔποτε ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν, τὴν πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπὼν, οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσονταί σε πάντες. μὴ μυσαχθῇς δὲ τοῦ σώματος τὸ εὐτελὲς, μηδὲ πῶς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν. ἀπὸ γὰρ τῶν τοιούτων ὁρμώμενος καὶ φειδίας ἐκεῖνος, ἔδειξε τὸν Δία, καὶ Πολύκλειτος τὴν Ἥραν εἰργάσατο, καὶ Μύρων ἐπηνέθη, καὶ Πραξιτέλης ἐθαυμάσθη. προσκυνοῦνται γοῦν οὗτοι μετὰ τῶν θεῶν. εἰ δὴ τούτων εἰς γένοιο, πῶς μὲν οὐ κλεινὸς αὐτὸς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιο; ζηλωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀπαλλείξεις, περίβλεπτον δὲ ἀπαφανεῖς καὶ τὴν πατρίδα. ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα δαπταίουσα, καὶ βαρβαρίζουσα, πάμπολλα εἶπεν ἡ τέχνη,

circa quas ista versatur (indicans alteram) abstinere, ac mecum degere, principiò generose educaberis, humerosq́ habebis validos, & ab omni inuidia alienus eris, neque vnquam in terras alienas atque externas hinc abibis relicta patria, atq́ domesticis tuis: neq́ etiam ob verba & orationem modò laudabunt te omnes. Neq́ verò auerseris corporis hanc fragilitatem, aut vestium sorditiem. Nam ab his initijs profectus etiã Phidias ille, Iouẽ spectandum exhibuit, & Polycletus Iunonem fabricauit: prætereà Myron laudibus vectus est, & Praxiteles in magna admiratione fuit. Adorantur itaque nunc illi cum ipsis illis Dijs quos sculpsêre. Quòd si igitur horum vnus tu quoque fores, quomodo non celebris & ipse apud omnes homines fieres? Patrem certè beatum efficeres, & patriam tuam omnibus spectabilem redderes. Hæc, atque etiam plura his, balbutiendo, & pleraque barbarè pronunciando, dixit

τέχνη μάλα δὴ σπουδῇ συνείρουσα, καὶ πείθειν με πειρωμένη, ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι· τὰ πλεῖστα γὰρ ἤδη μου τὴν μνήμην διέφυγεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἐπαύσατο, ἄρχεται ἡ ἑτέρα ὧδέ πως ἐγὼ δὲ, ὦ τέκνον, παιδεία εἰμὶ ἤδη συνήθης σοι, καὶ γνωρίμη, εἰ καὶ μηδέπω εἰς τέλος μου πεπείρασαι. ἡλίκα μὲν οὖν τὰ ἀγαθὰ ποριῇ λιθοξόος· γενόμενος, αὐτὴ πεῖρηκεν· οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, καὶ σώματι πονῶν, κἂν τούτῳ τὴν ἅπασαν ἐλπίδα τοῦ βίου τεθειμένος. ἀφανὴς μὲν αὐτὸς ὤν, ὀλίγα καὶ ἀγενοῦ λαμβάνων, ταπεινὸς τὴν γνώμην, εὐτελὴς δὲ τὴν πρόσδον, οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος, οὔτε ἐχθροῖς φοβερὸς, οὔτε τοῖς πολίταις ξηλωτός. ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς, ἀεὶ τὸν πεῦχοντα ὑποπτήσσων, καὶ τὸν λέγειν δυνάμενον θεραπεύων, λαγὼ

Statuaria valde sanè studiosè omnia connectens, & me in suam sententiā adducere cupiens: sed non vltrà memini. plurima enim memoriam iam effugerūt. Cæterùm vbi tandem finē fecit, tum altera illa in hunc fermè modum orditur: Ego verò, ô fili, [k]Humanitas sum, iam nunc cōsueta ac nota tibi: tametsi ad finem aut plenum nondū periculū mei feceris, Quanta igitur bona Statuaria ista tibi præstatura sit, si eam artem didiceris, ipsa modò enumerauit. Nihil enim aliud nisi operarius eris, corpore laborans, & in eo totā spem vitæ positam habens, obscurus ipse degens, modicum & minimè generosum quæstum faciens, deiectus animo, tenuis ac pauper[l] reditibus. Deniq; neque amicis expetibilis, neque inimicis formidabilis, neque etiam inter ciues beatus habitus: sed hoc solùm, opifex videlicet quispiam, & ex multa atque promiscua plebe vnus, præstantiorem te semper formidans, & dicendo valentem præ oculis habens ac palpans:

& in

λαγὼ βίον ζῶν, καὶ τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν. εἰ δὲ καὶ Φειδίας, οὐ Πολύκλειτος γένοιο, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, τὴν μὲν τέχνην ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐκ ἔστι δὲ ὅστις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι, εὔξαιτ' ἂν σοι ὅμοιος γενέσθαι. οἷος γὰρ ἂν ᾖς, βάνανσος, καὶ χειρώναξ, καὶ ἀπρχειροβίωτος νομισθήσῃ. οὐκ δέ μοι πείθῃ, πρῶτον μέν σοι πολλὰ ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα, καὶ πράξεις θαυμαστὰς, καὶ λόγους αὐτῶν ἐπαγγέλλουσα, καὶ πάντων (ὡς εἰπεῖν) ἔμπειρον ἀπρφαίνουσα. καὶ τὴν ψυχὴν, ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, κατακοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ, πραότητι, ἐπιεικείᾳ, σωνέσει, καρτερίᾳ, τοῦ τῶν καλῶν ἔρωτι, τῇ πρὸς τὰ σεμνότατα ὁρμῇ. ταῦτα γὰρ ἐστιν ὁ τῆς ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κόσμος.

λήσει

& in summa, leporis quandam vitam agens potentioris q; lucrum existens. Quòd si etiã Phidias vel Polycletus fias, præclaraq; & admiratione digna multa opere præstiteris, artem quidẽ laudabunt omnes: atqui ex aspicientibus tibi similis esse optarit, nemo erit, qui modò mentẽ habebit. Qualis qualis enim fueris, nihil nisi rudis quispiam opifex, manibus laborans, & ijsdem victum quæritans, censeberis. Contrà autem si mihi obsequeris, principiò tibi ostendam multa veterum virorũ præclara opera, & res admiratione dignas. Deinde & orationes illorum tibi renunciando, & omnium (vt sic dicam) expertum te reddendo, animum (quod præcipuum in te est) exornabo tibi multis ac præclaris ornamentis: modestia scilicet, iustitia, pietate, mansuetudine, æquitate, prudentia, fortitudine, amore honesti, & pulcherrimarum quarumcunq; rerum desiderio. Hæc enim animi ornamenta sunt, verè syncera atque perpetua.

λάσῃ δὲ σε ὅτι παλαιὸν ὄντα, ἔτι νεωστὶ γεγενῆσθαι δοκεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ δέοντα πρόσθεν μετ' ἐμοῦ. καὶ ὅλως, ἅπαντα ὁπόσα ἐστὶ τά τε θεῖα, τά τε ἀνθρώπινα, ὑπὲρ εἰς μακρὰν σε διδάξομαι. καὶ ὁ νεωστὶ πλούσιος ὁ τὰ δεύτερα, ὁ βαδιζόμενός τι περὶ ἀγορᾶς οὕτω τιμώμενος, μετ' ὀλίγον ἅπασι γνωστὸς, καὶ ἐπίφθονος ἴσῃ, τιμώμενος, καὶ ἐπαινούμενος, καὶ ἐπὶ δίκαις ἀεὶ συνδοκιμῶν, καὶ ὑπὸ τῶν γέρα καὶ πλοῦτον πρὸ ὄντων ἀποδειπόμενος, ἰσθῆτα μὲν διαύτιλον ἀμπεχόμενος (δείξας τὸν ἑαυτοῦ, φάνυ δὲ λαμπρὰν ἐφόρει) ἀρχῆς δὲ καὶ πεδρίας ἀξιούμενος, ὑπὲρ ἃ ἀφῆλικας, ὀδὲ ἐπὶ τοῖς ἀπολαπῆς ἀγνῶς ὀδ' ἀφανὴς ἴσῃ. διαῦτά σοι πρισθύσω τὰ γνωσίσματα, ὥστε τῶν ὁρώντων ἕκαστον, τὸν πλησίον νικήσας, δόξῃ σοῦ ἀλαζύλων

Neq; autem latebit te neq; veterũ quicquã, neq; eorum quæ in præsens geri debent: sed ea quæ agi conueniet, quæq; decent, me duce lõgè antè prospicies. Et in summa, omnia quæcunq; seu diuina seu humana sunt, paruo tempore docebo te: & qui nunc pauper atq; inops es istius nescio cuius filius, qui de arte adeò liberali nescio qd consultas, haud ita multò pòst nimium felix, nimiũq; beatus omnib. videberis, dum & honoribus afficieris, & laudibus efferēris, & pulcherrimarum quarumcunq; rerum gloria celebraberis, illorum etiã qui diuitijs ac genere cæteris antestant, in te animis atq; oculis conuersis: ac vestitũ quidẽ talẽ geres (demonstrans suũ gerebat aũt admodum splendidum) Magistratibus verò, & primo in consessu honore ante alios dignus existimaberis. Et siquando aliquò peregrè abiens proficiscēris, etiam in aliena terra non ignotus aut obscurus eris. [m] *Talibus scilicet ornamentis ego te insignem atq; conspicuum reddã, vt eorum quoq; qui te aspicient, quisq; proximè astantẽ leuiter impellens & commouens,* [n] *digito te*

κλύω, οὕτω ἱκανῶς λέγων. ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ, καὶ τοῖς φίλοις, καὶ τῇ πόλει ὅλῃ διαλαλήσει, ὡς οὐδὲ πάντα ἀφροντίστως ἔχοντα. ἐὰν περὶ λόγων τύχῃς, ἐκπλαγήσονται οἱ παρόντες ἀκούσονται, θαυμάσονται, καὶ ἐνδοιαμονήσουσιν σὲ τὸν λόγων δεινότητος, καὶ τὸν πατέρα τὴν εὐπρεπείας. ὁ δὲ λέγουσιν ὡς ἄρα ἀθάνατοί γίγνονταί τινες ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτό σοι ποιήσω. καὶ γὰρ ἦν αὐτὸς ἐκ βίου ἀπειθὴς, οὔποτε παύσω σωῶν τοῖς παιδευομένοις, προθύμων τοῖς ἀεύστοις. ὁρᾷς τὸν Δημοσθένη ἱκανόν, τινὸς ἡδὺν ὄντα, ἐκεῖνον ἐποίησα; ὁρᾷς τὸν Αἰσχίνην, ὃς τυμπανιστρίας ἦν υἱὸς ἐμοῦ, ἀλλ' ὅμως αὐτὸν δι' ἐμὲ Φίλιππος ἐθεράπευσεν; ὁ δὲ Σωκράτης, καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς ἑρμογλυφικῆς ταύτης τραφείς, ἐπειδὴ τάχιστα σωφρονεῖν ἤρξατο, καὶ θαυμαστὸς ἦν παρ' αὐτοῖς, κυνομόλγῃ ὡς ἐμοὶ, ἀκέκας ὡς παρὰ πάππου ἤλιτας;

gito te demonstret, atq; Hic est ille, dicat. Iam si quid studio dignũ accidet quod vel ad amicos, vel etiam ad ipsam ciuitatẽ pertinebit, omnes in te oculos atq; ora cõuertent. Atq; si tum aliqd forte dixeris, plerique hiantes auscultabunt. admirantes & prædicantes tum te ob dicẽdi vim, & orationis potestatem, tum etiã patrem tuũ ob felicitatẽ prolis. Et quod dici vulgò solet, quòd ex hominibus quidem immortales redduntur, id quoq; tibi dabo. Nam postquã ipse ex hac vita decesseris, nunquã desinnes cõuersari doctis, & consuetudinem habere cum optimis. ° Demosthenẽ illum certè vides, cuius filius fuerit, & quantum ego eundem reddiderim. Vides & Aeschinem, qui tympanistriæ cuiusdã filius erat, & tamen propter me etiam Philippus rex illum palpauit. ᵖ Socrates autem, qui & ipse inter statuariam hanc artem enutritus fuit, & simulatq; primùm intelligere cœpit meliora, relicta illa transfugit, ad me nimirum: audis vt nunc ab omnibus

decano

ἄδεται; ἀφεὶς δὲ αὐτοὺς τηλικούτους καὶ τοιούτους ἄνπρας, καὶ πράξεις λαμπρὰς, καὶ λόγους σεμνοὺς, καὶ σχῆμα εὐπρεπὲς, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ ἔπαινον, καὶ προεδρίας, καὶ δύναμιν, καὶ ἀρχὰς, καὶ τὸ ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμεῖν, καὶ τὸ ἐπὶ συνέσει εὐδαιμονίζεσθαι, χιτώνιόν τε πινα-ρὸν ἐνδύσῃ, καὶ σχῆμα δουλοπρεπὲς ἀναλήψῃ, καὶ μοχλία, καὶ γλυφεῖα, καὶ κοπέας, καὶ κολαπτῆρας ἐν ταῖν χεροῖν ἕξεις, κάτω γενευκὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς, καὶ χαμαίζηλος, καὶ πάντα πρόπον ταπεινὸς, ἀνακύπτων δὲ οὐδέποτε, οὐδὲ ἀνδρῶδες, οὐδὲ ἐλευθέριον οὐδὲν ἐπινοῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα ὅπως εὔρυθμα καὶ εὐσχήμονα ἔσταί σοι προνοῶν, ὅπως δὲ αὐτὸς εὔρυθμός τε καὶ κόσμιος ἔσῃ, ἥκιστα πεφροντικὼς, ἀλλ' ἀτιμότερον ποιῶν σεαυτὸν λιθων ταῦτα ἔτι λεγούσης αὐτῆς, οὐ περιμείνας ἐγὼ τὸ τέλος τῶν λόγων, ἀναστὰς ἀπεφηνάμην καὶ.

decantetur? Igitur relinquēs tantos ac tales hosce viros, res adeò splendidas, orationes tā graues ac illustres, vestium ornamenta, honorem, famam, laudē, primos assessus, potentiā, imperia, deniq; & illam quā ex dicendo cōsequêris gloriam, & qua te omnes ob prudentiā prædicabunt, felicitatē: tuniculā aliquā indues sordidā, habitumq; assumes seruilem: vectes prætereà & celtes, & id genus cætera sculpēdi cædēdiq; instrumenta in manibus habebis, deorsum inclinatus in opus, humi repens, demissus, deniq; modis omnibus abiectus & contemptus, nunquam autem neq; expergiscens, neq; virile aut libero homine dignum quicquā cogitās, sed in opera intentus, vt illa videlicet proportionibus suis consona & bene formata tibi reddātur: de te ipso autem, vt & concinnus & ornatus incedas, minimè curam gerens, sed te ipsis istis saxis contemptiorem reddens. Adhuc igitur dicente hæc illa, non expectato orationis fine surgens sententiam tuli: & reli-

καὶ τὴν ἄμορφον ἐκείνην, καὶ ἐργατικὴν ἀφεὶς ὄπισθεν, μεταβαίνων πρὸς τὴν σωφροσύνην μάλα γεγηθώς. καὶ μάλιστα, ἐπεί μοι καὶ εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη, καὶ ὅτι πολλὰς ἐμοῦ ἀκόλαστος οὖσα ἀρχομένου μοι χθὲς ἐνεπρίσθη. ἃ δὲ ἀπολαμφθεῖσα, τὸ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει, καὶ τὼ χεῖρε συνέκρουεν, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐνέτριβεν. τέλος δέ, ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀκούομεν, ἐπὶ πᾶσι, καὶ εἰς λίθον μετεβλήθη, ὃ οὐ παράδοξα ἔπαθε, μὴ ἀπιστήσητε. θαυμαζοποιοὶ γὰρ οἱ ὄνειροι. ἡ ἑτέρα δὲ πρός με ἀπιδοῦσα. Διὰ ταῦτ' ἐμέ φησι, τῆς δικαιοσύνης, ὅτι καλῶς τὴν δίκην ἐδίκασας ἦλθες ἔσω, ἐπύθετο τούτου τοῦ ὀχήματος (δείξασά τι ὄχημα ὑποπτέρων ἵππων τινῶν, ὥσπερ Πηγάσου ἐοικότων) ὅπως ἴδῃς οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας ἐμοὶ ἀγνοήσεις ἔμελλες. ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν ἡνίαχει, καὶ ὑφλωίσχε. ἀρθεὶς

& relicta deformi & operatrice illa, transiui ad Humanitatem, admodum gaudens, præcipuè postquā mihi etiam in mētem venit scutica, & quòd plagas statim non paucas incipienti mihi pridie illa inflixisset. Porrò relicta illa, principiò quidem indignè ferebat, complodebatq; manus, & dentibus infremebat: postremò autem, quemadmodū Nioben audimus, ita hæc quoq; diriguit, & in saxum mutata est. Quòd si igitur incredibilia passa esse videtur, ne miremini. [r] Somnia enim mirifica sunt, & mira operarī solent. Altera autem ad me respiciens: Proinde, inquit, ego tibi hanc iustitiam rependam, quoniam causam hanc bene & rectè iudicâsti. Veni igitur, & ascende vehiculū hoc, (commonstrato quodam vehiculo, quod alatis equis quibusdam. [s] Pegaso similibus vehebatur) vt videas qualia ac quanta ignoraturus fuisses, si me non secutus esses. Cæterùm postquam ascendi, illa quidem agitare atq; aurigari cœpit:

Ego

ἀρθεὶς δὲ εἰς ὕψος ἐγὼ, ἐπεσκόπουν ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμενος ἄχρι πρὸς ἑσπέραν πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ δήμους, καθάπερ ὁ Τριπτόλεμος ἀποσπείρων τι ἐς τὴν γῆν, οὐκέτι μέντοι μέμνημαι ὅ, τι τὸ σπειρόμενον ἐκεῖνο ἦν. πλὴν τοῦτο μόνον, ὅτι κάτωθεν ἀφορῶντες οἱ ἄνθρωποι, ἐπήνουν, καὶ μετ' εὐφημίας καθ' ὃς γενοίμην τῇ πτήσει, παρέπεμπον. δείξασα δέ μοι τὰ τοσαῦτα, καὶ μὲ τοῖς ἐπαινοῦσιν ἐκείνοις, ἐπανήγαγεν αὖθις, οὐκέτι τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα ἐκείνην ἐν δεδυκότα, ἣν εἶχον ἀφιπτάμενος, ἀλλ' ἐμοὶ ἐδόκουν εὐπάρυφός τις ἐπανήκειν. καταλαβοῦσα οὖν καὶ τὸν πατέρα ἑστῶτα, καὶ περιμένοντα, ἐδείκνυεν αὐτῷ ἐκείνην τὴν ἐσθῆτα, κἀμὲ, οἷος ἥκοιμι. καί τι καὶ ἐπέμνησεν, οἷα μικροῦ δεῖν περὶ ἐμοῦ ἐβουλεύσαντο. ταῦτα μέμνημαι ἰδὼν, ἀντίπαις ἔτι ὤν, ἐμοὶ

Ego verò vbi iam in sublime sublatus fui, obseruabam & contemplabar, ab oriente incipiens vsq; ad occidentem, vrbes videlicet & populos, t non aliter quã Triptolemus olim, spargens quiddã ni terram: quanquam non amplius memini quidnam illud fuerit quod tum spargebam, nisi hoc solũ quòd sursum aspicientes homines laudabant me: & ad quoscunq; volando perueneram, cum multa prædicatione & gratulatione me prosequebantur, & quasi deducebant. Porrò vbi illa hæc tanta mihi, & meipsum collaudantibus illis demonstrasset, reduxit rursum, non amplius eadem veste illa indutum, quam habueram ab initio auolans, sed videbar mihi tum admodum delicatus & splendidus redire. Deprehendens igitur & patrem astantem, atque expectantem me, commonstrauit ei vestem illam, & me ipsum qualis redirem: submouitq; eum, quàm parum abfuerit quin minimè digna de me ille cum amicis suis statuisset. Atque hæc quidem memini videre me, cùm primùm è pueritia egressus essem,

plagarum

ἐμοὶ δοκεῖ ἐκταραχθεὶς πρὸς τὸν τῶν πλησίων φόβον. μεταξὺ δέ πού φησιν, Ἡράκλεις, ἔφη τις, ὡς μακρὸν τὸ ἐνύπνιον, καὶ διανικόν, εἶτ' ἄμα ὑπεμνησθεὶς ἐμαυτοῦ ὅτι μάντις εἰμὶ ἀνθρώπων, ὅτι μάλιστα εἰσὶν ἀνθρωποι, καὶ τάχα περὶ σπουδαίου ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτὸς δεῖ. τί δ' οὖν ἐπῆλθέν σοι ταῦτα λῆρον εἰπεῖν ταῦτα πρὸς ἐμᾶς; καὶ μνημονεῦσαι παιδικῆς νυκτὸς, καὶ ὀνείρων παλαιῶν, καὶ ἤδη γεγηρακότων; ἴσως γὰρ ἡ ψυχρολογία. μὴ ὀνείρων τινῶν ὑμᾶς ὑποκριτάς τινας ὑπέλαβον; οὐκ, ὦ γαθέ. δοκεῖ γάρ ὁ Ξενοφῶν ποτε διηγούμενον τὸ ἐνύπνιον, ὡς ἰδόκει αὐτῷ καὶ ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ, καὶ τὰ ἄλλα ἴσα γὰρ οὐχ ὑπόκεισαι τῷ ὄψει, δοκῶ ὡς φλυαρῶν ἀγνωκὼς αὐτὰ διεξιέναι. καὶ ταῦτα ἐν ᾧ πολέμῳ, καὶ ἀπογνόσει πραγμάτων, ἐν οἷς ὠτῶν πολεμίων, ἀλλά τι καὶ χρήσιμον ἔχων ἡ διήγησις.

plagarum metu, ceu mihi videor, tum exturbatus. Sed interea dum hæc dicuntur, ô Hercules, inquit quispiam, quàm longũ hoc somnium, & iudiciale est? Deinde alius quidã hoc eludẽs, Hyemale, dixit, somniũ est, quando noctes sunt longissimæ: aut fortassis etiã [x] trinoctiale, qualis & ipse Hercules est. Quid igitur in mentem venit illi, nugari talia nobiscum, mentionemq; facere puerilis istius noctis, somniorumq; veterũ, & ætate iam obsoletorum? Frigida enim & ingrata est omnis inepta ac futilis oratio. An fortè somnibrũ quorundã quasi quosdam interpretes esse nos credidit? Nequaquam, ô bene: quoniam neq; [y] Xenophon quondam exponens somnium illud, quo pacto ipsi visum fuerat in domo paterna, & deinceps. Nostis enim vt non contextationem quandã proponens, visionem suam, aut quòd ita nugari statuisset, narrauit, præsertim in bello & summa rerum desperatione constitutus, circumstantibus vndiq; hostibus, sed quòd vtilitatem quandã secum habebat illa narratio

Proind

καὶ τοίνυν κἀγὼ τοῦτον ὄνειρον ὑμῖν διηγησάμην ἐκείνου ἕνεκα, ὅπως οἱ νέοι πρὸς τὰ βελτίω τρέπωνται, καὶ παιδείας ἔχωνται, καὶ μαλλιστα εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας ἐθελοκακεῖ, καὶ πρὸς τὰ κάτω ἀποκλίνει, φύσιν οὐκ ἀγεννῆ διαφθείρων. ἐπιῤῥωσθήσεται εὖ οἶδ' ὅτι κἀκεῖνος ἀκούσας τοῦ μύθου, ἱκανὸν ἑαυτοῦ παράδειγμα ἐμὲ προστησάμενος, ἐννοῶν οἷος μὲν ὢν, πρὸς τὰ κάλλιστα ὥρμηκα, καὶ παιδείας ἐπεθύμηκα, μηδὲν ἀποδειλιάσας πρὸς τὴν πενίαν τὴν τότε. οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὐδενὸς γοῦν τῶν λιθογλύφων ἀδοξότερος.

Proinde & ego somniũ hoc vobis exposui, ea videlicet gratia, vt adolescentes ad meliora studia conuerterentur, & humanitatem amplecterentur: & maximè si quis eorũ præ inopia & paupertate peius de seipso statuit, animumq́ ad deteriora declinat, ingenium non illiberale illiberaliter perdendo. Confirmabitur enim talis aliquis, sat scio, & quasi conualescet, vbi sermonem hũc audierit, idoneum atq́ sufficiens exemplum me sibi proponens: vbi videlicet ipse secum cogitabit, qualis ego ab initio existens, ad optima prouectus fuerim, humanitatemq́ appetiuerim, minimè deiectus aut fractus animo ob eam paupertatẽ in qua tunc fui: deinde qualis & huc ad vos ascenderim, qui certè vt nihil aliud, aut amplius, nullo tamen statuariorum istorum inferior aut obscurior euasi.

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

OMNIVM inprimis efficax ad studia literarum incitamentū. Lucianus enim quanto præstet animo vigere quàm corpore, hîc sub duarum mulierc̄larū typo ostendit: ad imitationē enim Herculis Prodici, sub id tempus fermè quādo Pythagoreum ingressurus erat biuium, atq; deliberabat cui potissimùm generi vitæ sese accommodaret, in somno sibi Statuariam & Pædiam apparuisse fingit, quarum pro se vtraq; ipsum ad sui studium trahere conata sit. Deniq; suomet docet exemplo, eruditionem potissimùm (vtpote qua animus, nobilior sanè hominis portio, excolatur) iuuentuti amplectendā, adolescentia enim consilijs admodū imbecilla est: & quanquā indoles interdum in iuuenibus non mala existat, ætas tamen flexilis, & ad quemuis animi impetū mobilis, & multæ ad depranandū occasiones supersunt. Hinc etiam blanditur ocium, horsum inuitant voluptatum illecebræ, aliò prauorum sodalium vocant commercia. Vt ergo hosce vitiorum scopulos salua naui euitet adolescens incolumis: hunc Luciani librum frugi esse docentem, illi diligentissimè legendum & crebra recordatione repetendum suadeo, ne quando per ignauiam & animi socordiam vitiorum vitam ingrediens, per omnia flagitiorum genera volutatus, tandem in præceps ruat.

a DESIERAM nup. in ludū ire.] *scil. literariū & scholam, in qua literis operam dabam. Frequentissimè autem ludus pro loco ipso, in quo aut corporis vires, aut ingenij acumen exercemus, accipitur; quod Græci etiā ἀπὸ τῆς γυμνάζειν: hoc est, ab exercendo, γυμνάσιον vocant. Omnem enim schlam (vt Ascanius ait) Romani ludum dixerunt.* ¶ *Cic. 2. de Orat. ludum*

pro Rhetorum schola dixit: Tum hoc in ludo (inquit) non præcipitur; faciles enim causæ ad pueros deferuntur. Plaut. in Merc. Hodie ire in ludum occepi literarium. b Humanitas seu literarium studium.] *Quoniam eruditio & bonarum artiũ disciplinæ soli homini sunt propriæ, factum est, vt πεῖδεια. i humanitas pro eruditione, & bonarum literarum scientia accipiatur. Gell. lib. 13. cap. 15. adducens Varronis locum ex lib. 1. rerum humanarum. Praxiteles, inquit, propter artificium neminì est paulùm humaniori ignotus. Cic. in Verr. Tu sine vlla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis solus iudicas.* ¶ *Literæ etiam vocantur λόγοι. i. disciplinæ, quæ literarum monumentis continentur. Plaut. in Truc. Literas didicisti, sine alios discere.* c Deniq; & fortuna quadam.] *Fortuna in vtroq; numero pro diuitijs accipitur. Horat. lib. 1. Epist. 5. ad Torquatum:*

Quòd mihi fortunas, si non conceditur vti;

vbi subaudiendum, expetam *vel* optem. *Cic. de Amic. Sæpè enim quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior.* d Nostras autem res.] *Res quoque pro bonis sine substantia accipitur, ἐσία. Terent. in Phorm. Ac si talentum rem reliquisset decem, primus esset, &c. Vnde rem habere, pro diuitem esse dicimus. Cic. 2. Offic. Non esse duo millia hominum, qui rem habeant.* e Arte necessaria vitæ comp.] *Qui enim sapiunt, etiamsi suppetat abundè res familiaris, tamen liberos suos opificium aliquod discere cogunt: quòd, si contingat vt fortuna auferat opes, aut in exilium ire iubeantur, sit quo sibi victum parent. Vnicum enim confugium in egestate est ars honesta. Nam hæc neq; eripi potest à latronibus: & quocunq; terrarum abeas, ie comitatur, nihil adferens sarcinæ.*

f Statuarius optimus, & poliendo marmore.] *Sunt qui statuariam in quinque distribuant species de rationibus subiectæ materiæ, siquidem lignorum vel eboris elaboratrix comice nuncupatur: ex quo & artifices id genus quibusdam dicti delectores. Quæ argillam tractat, plastice vocari solet: atque gypsum, paradigmatice, quoniam à typis non abscedit. Gypsochoos sunt qui dicunt ipsos artifices. Quæ lapides scalpit, coptice nomen habet, seu scalptura: λιθοξόος appellant hosce, qua dictione hic vtitur Lucianus, & ἐμψυχλύφος. i. sculptor, Mercurij*

Mercurij statuarius. Postremò, quæ cum metallis contrahit, glyphice est, vel scalptura, cuius ratio duplex: nam si cera adhibeatur, deductionis ratione, agogice vocatur. Etenim à fundendi argumento χυτικὸν, alteram dixere. Porrò anaglyphicem intelligunt, quum ita exsculpimus, vt promineant imagines: diaglyphicem verò ad impressuram spectare. Nam encolaptice, laminas calando conformat, sicut vasa toreutice, ac fibulas, candelabra, id genus plura. Encaustice, vel inustoria, argentum, æs, vitrum expingit, vnde encaustum dicere vulgò malum possumus. Proplasticem accipiunt, vbi futuri operis formas confingunt plastæ ex creta: nam si id ipsum ex cera sculptor facit, protypus dicitur: si ex ligno architectus, modulus. Ab statu verò nuncupatæ creduntur statuæ. Statuum autem aliæ sunt rectæ, aliæ flexi, quidam & obliqui. g Dimidium.] *Hemistichium est Hesiodi, citante Luciano in Hermotimo: quo significatum est, maximam difficultatis partem in aggrediundo negotio sitam esse. Illud Horatius in epistolis libr. 1. ad Lollium ad hunc modum expressit:* Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. *Satius autem esse liberos liberalitate retineri, quàm metu, scribit Plutarch. de educandis liberis: Obdurescunt enim, inquit, & abhorrent à laboribus, tùm propter verbera, tùm propter contumelias. Refert hoc de se Erasmus in institutione puerorum. Et exempla passim sunt obuia, multa illustria puerorum ingenia à studijs deterreri orbiliorum plagositate. Rectiùs generosus animus ducitur (vt Seneca ait) quàm trahitur.* h Ita vt mox in lachrymas.] *Artes à verberibus malè auspicari inuenibus, Isocrates apud Aphthonium in Chria etiã testatur: Amator, inquit, eruditionis à laboribus auspicatur, sed laboribus desinentibus in vilitatem.* i Duæ mulieres.] *Hoc Luciani somnium seu visio, vt iam diximus, conuenit cum Prodici Cæi sophistæ figmento, quo induxit Voluptatem & Virtutem in solitudine Herculi adhuc puero apparuisse, vt vtrã vellet, sibi comitem vitæ assumeret. Hac turpi & deformi erat habitu, sed genuino ac nativo decore pulchra: illa ornatissimis vestibus ac calceis induta. Nihilominus ille Herculem dixit Voluptati Virtutem antepositisse. Huius Prodici σύγγραμμα ἐν τῷ Ἡρακλεῖ Xenophon lib.* ἀπομνημονευμάτων 2. *citat.*

Meminit eiusdem Quint. lib. 9. cap. 2. Cic. lib. Offic. 1. & ad L. Luceium epist lib. 5. Nec dissimilis est Christi doctrina de arcta & lata porta, Matth. 7. & Pythagoræ de litera bicorni, de qua præter Virgilij carmen videndus est Lactantius lib. 6. cap. 3. & 4. cuius verborum partem aliquam, quia huc mirificè quadrant, subiungam. Dicunt, inquit, humanæ vitæ cursum Y literæ esse similem, quod vnusquisq; hominum, cùm primum adolescentiæ limen attigerit, & in eum locum venerit, vbi se via findit in ambas, hæreat nutabundus, ac nesciat in quam se partem potiùs inclinet. Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora tutubantem: hoc est, si aut philosophiã didicerit, aut eloquẽtiã, aut aliquid honestæ artis, quo euadat ad bonam frugẽ, quod fieri sine labore maximo non potest, honestã ac copiosam vitam disputant peractu. ũ. Si verò ad doctorẽ frugalitatis non venerit, ad sinistrã vitam, quæ meliorisspeciẽ mentiatur incedere: id est, desidiæ, luxuriæ, inertiæq; se tradere, quæ suauia quidem videntur ad tempus vera bona ignoranti, pòst autem amissa omni dignitate, ac re familiari, in omnibus miseriis ignominiaq; victurum, &c. Hesiodium biuium exponit etiam Plato in Protagoræ & de Legibus 4. Nos in libro nostrarum Mythologiarum secundo Herculem Prodicum. Silius porrò Italicus lib. 15. Xenophontis figmentum ab Hercule in Scipionem transtulit, atque sub lauro de bello cogitanti Virtutem ac Voluptatem apparuisse fingit, vbi Voluptas Scipioni Virtutis incommoda proponit, & suis etiam blanditiis allicit. Virtus autem Voluptatem increpat, quod suis lenocinijs iuuenum animos irretire conetur, atque seducere, & variis argumentis ad se amplectendam suadet. tum Romam in exemplum assumit, quæ ab exiguis initijs profecta, eò creuerit, vt totius Orbis regina facta sit, vbi florentissimæ vrbes luxu sint euersæ. k Humanitas] *Humanitatem ab homine, quemadmodum & virtutem ex viro appellatam doctissimorum scriptis accepimus. Vnde & Terentianus ille Chremes, humani nihil à se alienum putat, quòd homo sit. Est enim humanitas hæc, non illa quam Græci Φιλανθρωπίαν vocant, sed quam ydem παιδείαν nuncuparunt, à qua tamen illa prior manare videtur: quòd qui harum artium studijs liberalissimis, quasi in Helicone aut Parnasso sunt doctri-*

nisq;

nisque versati ad omnem humanitatem, comitatem, & morum suauitatem compositi. informatique esse videantur. Quod & Ouidius ad Grecinum scribens, præclarè canit:

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.

Nam ingenuæ seu liberales idcirco appellatæ sunt, quòd libero ac ingenuo sint homine dignæ: siue quòd liberos suos sectatores efficiant, & in fastigio rerum humanarum quasi reges collocent & reponant. Sed humanitatem quoq; (vt dixi) παιδείαν seu eruditionem veteres appellârunt, puto quòd ea in solos homines, non etiam in belluas cadat: vel quòd eos quibus adiungit sese, verè homines faciat: hoc est, omni cultu humanitatis informet. Hæc est felix illa moly, cuius beneficio Vlysses ille, ne sociorum more suorum in belluã verteretur, seruatus est. Hæc omnium mater est artium, quasi dicas Mnemosyne Musarum. Hæc donum atq; inuentum Deorum. Hæc nos primùm ad Dei cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinemq; animi erudiuit, eademq; ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit, vt omnia supera, infera, prima, vltima, media videremus. Hic rationibus constare puto, citra humanitatis artes, homines nihil minus quàm homines esse, ac proinde non tàm aquam & ignem homini necessaria videri quàm eruditionem. l Reditibus.] *ἐντημὶς τὴν πρόσοδον, legit Micyllus: non πρόοδον.*

m Talibus scilicet ornamentis.] *Non dissimilia promittit Cic. Q. Fratri in 1. epistola, de Asia rectè & prudenter administranda. Nam Græci quidẽ, inquit, sic te viuentẽ intuebuntur, vt quondam ex annaliũ memoria, aut etiam è cœlo diuinũ hominem esse in prouinciam delapsum putent.* n Digito te demonstret.] *Digito monstrari & dici, hic est, aliquando pulchrum est. vt illud Ecce agnus Dei. & ὁ αὐτὸς ἐστι δημοσθένης. & quod de Telamone memoratur, ob cuius os (ait Cicero) Graij ora obuertebant sua. Et Persius satyra 1:* At pulchrum est digito monstrari & dicier, hic est. ¶ *Aliquando contumeliosum est, vt illud: Ecce somniator venit. Lucianus in Harmonide: inturba insignem esse, digitoq; demonstrari.* o Demosthenem.] *Aphthonius in Chria, Respice Demosthenis vitam,*

qui vt oratorum omnium laboriosissimus, ita clarissimus euasit.

p Socrates.] *Fuit Socrates Sophronisci lapidarij filius, qui etiã seruijsse & sculpsisse lapides dicitur. Asserunt quidã Gratias vestitas, q̃ sunt in arce, illius opus esse. Vnde & Timon illum in Sillis, Laërtio referente, sculptorẽ lapidũ dixerit.* *q* Niobẽ.] *Fabulam Niobes vide apud Ouid. in 6. Metam. Alcmena apud Theocritũ Eidyllio 26. dicit, se crebrius plorare quàm pulchram Nioben. vide ea quæ annotauimus in Philopatre in Tragopodagra.* *r* Somnia enim mirifica sunt, & mira operari solẽt.] *Eorum quæ in somno videmus, quinq; esse genera Macrobius ait. aut enim est somnium & visio, aut oraculum, aut insomnium, aut visum.* Somnium, *vt paucis agam, est quando per figuras & ambages aliqua res in somno ostenditur.* Insomnium *est, quando id quod vigilantem fatigauit dormienti se ingerit.* Visio *est, cùm id quis videt, quod eodẽ modo quo apparuerat, euenit.* Oraculũ *est, cùm in somno parens, vel alia sancta grauisq; persona seu sacerdos, vel etiã Deus aperte euenturũ quid aut non euenturum, faciendũ, vitandũq; denunciat.* Visum *est, cùm arbitramur in nos dormientes irruere armatos, vel passim vagari formas. In quo genere est incubus, qui putatur inuadere dormientes, & pondere suo pressos degrauat. Medici ferè in ea sunt sententia somnia constitutionis seu cõplexionis hominum argumẽta esse. Sic apud Auicennam obseruauimus canone 1. cõplexionis æqualis & tẽperatæ certũ haberi argumentũ somnia lucida, cuiusmodi sunt odorũ, caniuũ, conuiuiorũ, dignitatum. Inæqualis verò ac nõ tẽperatæ cõplexionis indiciũ est, cùm quis ita p quietẽ adficitur, vt moueri posse non videatur, aut onus maius q̃ quod ferre queat sustineat, vel etiam loqui non possit. Cuius generis somnia Galenus ad diuinantia appellat. Auerrois quarto colliget cap. 15. Si imagines, inquit, concipiantur igniũ, bi is rubra præualet. Eandẽ verò atram pellere prænũciant somnia terrifica, &c. Iamblicus in lib. de mysteriis, & Strab. li. 8. scribũt, in templo Aesculapij quod in Epidauro est, ægrotos consueuisse somnia captare è quib. prosperã valetudinẽ cõijcere possent. Et Herophilus somnia quædã appellat θεόπνευστα, hoc est, à Deo inspirata, q̃ necessariò cõtingant. Quædam physica, quædã Syncramatica, cùm scilicet illa nobis occurrunt in somno, quib. delectamur. Deiõ autem*

autem olim per somnia multa & patribus sanctis, & alijs significasse, testatur literæ sacræ. Sic per somniũ Deus cohibet Abimelech, ne attingat vxorẽ Abrahami. Gen. 20. Per somniũ hortatur Deus Solomonem, vt petat ab eo quicquid voluerit. 3 Reg. 3. Per somnium loquebatur prophetis Deus. Num. 22. Et respondebat interrogãtibus je. 1. Reg. 28 Sõnia duo q̃ vidit, narrat Ioseph fratribus suis, quibus præmõstrabat Deus ipsum futurũ principẽ fratriũ. Gen. 39. Sõnia pincernæ et pistoris regis Aegyptiorũ interpretatur Ioseph. Gen. 40. Sõnia Pharaonis quibus fertilitas 7. annorum, item 7. annorum fames ostendebatur ei à Deo, Ioseph quoq; interpretabatur. Gen. 42. Somnium interpretatur quidam cõmilitoni suo in castris Madianitarum, se tradẽdos esse à Deo in manu Gedeonis. Iudic. 6. Somniorũ interpretationem Dei esse, testatur cap. Gen. 40. Vide Aristotelis librũ De diuinat. per somnum, vbi sub nomine insomniỹ videtur omnia q̃ nobis in somno obseruari possunt, comprehendere. s Pegaso similibus.] Pegasus equus alatus Pindarus πλησόεις, ex Medusæ sanguine ortus, cùm in montem Heliconẽ euolasset, vngula saxum feriens fontem aperuit. Homerus aũt de Pegaso fabulã omniũ plenissimè narrat Iliad. 9. Ouid. 5. Metam. lib. 3. Fast. Plin. lib. 4. cap. 7. t Non aliter quã Triptolemus olim, spargẽs quiddã in terrã.] Celeus Eleusinorum rex quũ Cererẽ quærentẽ filiã, liberalissimè hospitio susscepisset illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. Filiũ quoq; eius Triptolemum recẽs natũ, per nocte igne fouit, per diẽ diuino lacte nutriuit et eũ currui impositũ, qui allatis serpentibus trahebatur, per totum Orbẽ misit ad frumentorum vsum hominibus indicandum. De Triptolemo Virg. in Culice. u. Iudiciale.] δικανικὸν forẽse dixit, vel q. duæ psonæ inter se decertẽt, vel q. forẽses causæ multis clepsydris perorẽtur. Notat aũt prolixã & ineptã orationẽ, quã etiã hybernũ somniũ vocauit, q. hyeme noctes sint lõgiores, & proinde lõgiora somnia. x Trinoctiale.] Facetè, vt solet, τρισσαγορον vocat Herculẽ ab trinoctio illo quod traditur in eo concipiendo insumptũ. Nota est fabula trinoctij cõcubitus Iouis & Alcmenæ, vel ex Plauto, vel ex ipso Luciano in Dialogo Mercurij & Solis. y Xenophon.] Videtur somniũ hoc intelligere, quod est lib. 3. Anabaseos, quo vidit Xenophon per quietẽ domum suam paternam fulmine totam collucere, &c.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΙΠΟ'Ντα, προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις.

CONTRA EVM qui dixerat, Prometheus es in verbis.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Apologia quædam est cōtra eum à quo Promotheus in verbis appellatus fuerat, qua quantū hāc collationem in se admittat, & quantū nō, cū acerba quadā regestione respondet. Vt aūt in superiore narratione somnij, generis, educationis, ac studiorum suorū rationes exposuit: ita hîc videtur dictionē & dicendi genus suū, quale, & ad quod exemplūm comparatū esset, indicare voluisse: nempe quòd ad materiam & res attinet, comœdiam: qd' aūt ad cōpositionem & ipsam orationis figurā spectat, dialogos, quales scilicet Platonis sunt, sese imitari,

Οὐκοῦν προμηθέα με εἶναι φῄς; εἰ μὲν κατὰ τοῦτο, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων κἀμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημὶ ὅμοιος εἶναι αὐτοῦ. οὐδ' ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν, εἰ καὶ φαυλότερος ἐμοὶ ὁ πηλὸς, οἷος ἐκ τριόδου βαρβαρός τις παραμικρόν. εἰ δὲ ὑπερεπαινῶν τοὺς λόγους ὡς δῆθεν εὐμηχάνους ὄντας. τὸ σοφώτατον τῶν τιτάνων ἐπιφημίζεις αὐτοῖς, ὅρα μήτις εἰρωνείαν φῇ,

Prometheus[a] igitur me esse ais? si quidē ea ratione, ô optime, quasi & mea[b] opera lutea sint, agnosco collationē, ac fateor me similē illi esse, neq; recuso luti figulus etiā ipse dici: tametsi[c] lutū mihi vilius sit, quale scilicet ex triuijs colligitur, cœnū propemodum, ac fœtulentū quoddā. Quod si verò adeò extollens orationem meam, perinde vt artificiosam & fabrefactam, doctissimi illius Titanū nomine, eam cohonestas & laudas: vide ne quis ironiam dixerit,

φῆ, καὶ μυκτῆρα, οἷον τὸν ἀττικὸν, προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. ἢ πόθεν γὰρ εὐμήχανον τοὐμόν; τίς δ' ἡ περιττὴ σοφία καὶ προμήθεια ἐν τοῖς γράμμασιν; ὡς ἔμοιγε ἱκανὸν, εἰ μὴ πάνυ σοι γήϊνα ἔδοξε, μὴ δὲ κομιδῇ ἄξια τοῦ καυκάσου. καί τοι πόσῳ δικαιότερον ὑμεῖς ἂν εἰκάζοισθε τῷ Προμηθεῖ, ὁπόσοι ἐν δίκαις εὐδοπιμεῖτε, ξὺν ἀληθείᾳ ποιούμενοι τοὺς ἀγῶνας; ζῶντα οὖν, ὡς ἀληθῶς, καὶ ἔμψυχα ὑμῖν τὰ ἔργα. καὶ νὴ δὰ, καὶ τὸ θερμὸν αὐτῶν ἐστὶ διαπυρον. καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ Προμηθέως ἂν εἴη πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε, ὅτι μηδ' ἐκ πηλοῦ πλάττετε, ἀλλὰ χρῦσα ὑμῖν τοῖς πολλοῖς τὰ πλάσματα. ἡμεῖς δὲ, οἱ ἐς τὰ πλήθη παριόντες, καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀκροασεων ἐπαγγέλλοντες, εἴδωλα ἄττα ἐπιδεικνύμετα. καὶ τὸ μὲν

dixerit, & quasi quandam [d] Atticam subsannationem subesse huic laudi aut, vnde enim adeò fabrefactum est quod ego facio? Quæ verò ista nimia & Promethea sapientia in scriptis meis? Nam mihi certè illud satis fuerit, si non omnino terrena atq; fictilia tibi videantur, aut digna adeò Caucaso. At verò quanto iustius vos compari Prometheo poteratis, quicunque in iudicijs & causis agendis celebres estis, cum veritate certamen instituentes? Viua enim reuera atque animata vobis opera sunt, & per Iouem etiam calor illorum ignitus est. Quod ipsum quoque ex Promethei rebus sumptum videri possit, nisi si sic decidatis hic, quòd minimè ex luto fingatis vos, sed quòd [e] aurea vobis plerisque figmenta sua sint: nos autem qui ad vulgus prodimus, atq; ibi tales nostras auscultationes iactamus, nihil aliud quàm simulachra quædam rerum spectanda exhibemus. Et in

μὲν ὅλον ἐν πηλῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ἡ πλασικὴ κατὰ ταὐτὰ τοῖς κοροπλάθοις· τὰ δ' ἄλλα οὔτε κίνησις ὁμοία πρόσεστιν, οὔτε ψυχῆς δεῖγμά τι, ἀλλὰ, τέρψις ἄλλως, καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα. ὥς τέ με ἐνθυμεῖσθαι ἔπεισι, μὴ ἄρα οὕτω με Προμηθέα λέγοις εἶναι, ὡς ὁ κωμικὸς τὸν Κλέωνά φησιν. οἶσθα περὶ αὐτοῦ.

Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα. καὶ αὐτοὶ δὲ ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἱπνοποιοὺς, καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοί. Προμηθέας ἀπεκάλουν, ἐπισκώπτοντες ἐς τὴν πηλὸν, καὶ τὴν ἐν πυρὶ οἶμαι τῶν σκευῶν ὅπτησιν. καὶ εἴγε τοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, παίνυ εὐστόχως ἀπετόξευται. καὶ ἐς τὴν ἀττικὴν δριμύτητα τῶν σκωμμάτων. ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν τὰ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ χυτρίδια, καὶ μικρόν

summa, circa lutum quidem, quemadmodum paulò antè dixi, ipsa hæc figulina versatur, perinde vt & [f] aliorum figulorum: præterea autem neque motus similis inest, neque animæ seu vitæ aliqua significatio, sed delectatio quædam inanis, & quasi quidam lusus totum illud negocium est. Vt interim etiam cogitare incipiam, num ita me Prometheum dicete volueris, vt Comicus ille Cleonem: nosti siquidem. Cleon, inquit, Prometheus ille [g] post negocia est. Cæterùm etiam ipsi Athenienses [h] figulos ollarum & furnorum constructores, & quicunque circa lutum versantur, Prometheos vocabant olim: alludentes ad lutum, opinor, & ad illam quæ fit in igne, vaforum assaturam. Quòd si etiam hoc sibi vult Prometheus iste tuus, admodum directè ac certò iaculatus es, & omnino secundum Atticam illam mordendi acerbitatem dixisti: quoniam & nostra opera fragilia sunt, perinde vt illorum ollulæ: & modicum

μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν, συντρίψειεν ἅπαντα καί τι φαίη τις παραμυθούμενος, οὐ ταῦτα εἰκάσαι τῶν Προμηθεῖ, ἀλλὰ τὸ καινουργὸν τοῦτο ἐπαινῶν, καὶ μὴ πρός τι ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον. ὥσπερ ἐκεῖνος οὐκ ὄντων ἀνθρώπων, τέως ἐννοήσας αὐτοὺς ἀνέπλασε, τοιαῦτα ζῶα μορφώσας, καὶ δακοσμήσας, ὡς εὐκίνη τάτε εἴη, καὶ ὀφθῆναι χαρίεντα. καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν. συνειργάζετο δέ τοι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ, ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα. ὁ μὲν ταῦτα ἂν ἔποι, πρός τε τὸ εὐφυμότατον ἐξηγούμενος τὸ εἰρημένον. καὶ ἴσως οὗτος ὁ νοῦς ἦν τῶν λελεγμένῳ. ἐμοὶ δὲ οὐ πάνυ ἱκανὸν, εἰ καινοποιεῖν δοκοίην, μηδὲ ἔχοι τις λέγειν ἀρχαιότερόν τι τοῦ πλάσματος, οὗ τοῦτο ἀπόγονόν ἐστιν, ἀλλὰ εἰ

modicum quispiam lapillum inijciens, facilè contriuerit omnia. Atqui dixerit aliquis consolando nos, nequaquam ista assimilasse Prometheo, sed nouitatem hanc, & ea quæ nullo alio exemplo facta, aut ad imitationem comparata sunt, laudare voluisse te: quemadmodum & ille nondum existētibus hominibus excogitatos, atque de nouo inuentos illos tum finxit, talibus animalibus effigiatis & exornatis, quæ & mouerentur facilè, & aspectu gratiosa forent. & in summa, architectus ipse erat: sed cooperabatur tamen etiam Minerua illi, quæ & lutum inspirabat, & figmenta illa animata reddebat. Talia quidem ille aliquis dicere posset, atque ita in meliorem partem dictum istud exponere. Et fortassis hæc sententia etiā dicti fuit.

Sed mihi non ita satis est, si videar noua fingere: quoniā neq; vetustius aliquid dicere quisquā poterit eo figmento, ad cuius imitationem ac formā hoc deductū & quasi progenitum est.

Sed

ἀλλ' εἰ μὴ καὶ καίριόν τι φαίνοιτο, αἰσχυνοίμην ἂν, εἰ ἴδοι, ἐπ' αὐτῷ. καὶ συμπατήσας ἂν ἀφανίσαιμι, δεδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτό. παρὰ γὰρ ἐμοὶ ἡ καινότης, μὴ δι' σωτηρίαν ἄμορφον ᾖ. καὶ εἴγε μὴ ἔτω φρονοίην, ἄξιον ἂν μοι δοκῶ ἐπικαλέσασθαι γνώμης μείρακα, εἰ σωτῆρας ὡς πολὺ ἀμορφότερα τὰ μετὰ τῶν ξύλων αὐτὰ ποιοῦντα. Πτολεμαῖος οὖν ὁ Λάγου δύο καινὰ εἰς Αἴγυπτον ἄγων, καμηλόν τε Βακτριανὴν καμήλαναν, καὶ δίχρωμον ἄνθρωπον, ὃς τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῷ ἀκριβῶς μέλαν ἦν, τὸ δ' ἕτερον εἰς ὑπερβολὴν λευκόν, ἐπίσης δὲ μεμιγμένον εἰς τὸ θέατρον συναγαγὼν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐπιδείκνυτο αὐτοῖς ἄλλά τε πολλὰ θαύματα, καὶ τὸ τελευταῖον καμηλον, καὶ τὸν ἡμίλευκον ἄνθρωπον, καὶ ἦν ἐκπλῆξαι ὧν θαύματι.

Sed tamen nisi & gratiam quandam atque venustatem præ se ferat, puderet me sanè (sat scias) illius, & conculcando abolere cuperem. Neque enim illi eò profuerit apud me nouitas hæc, quò minus conteratur, si deforme existat. Et si quidem non ita sentiam, dignus mihi videor qui à sedecim vulturibus attondear: vt qui non intelligã quòd multo deformiora ea sunt, quæ hoc ipsum quòd sunt, cum peregrinitate quadam coniunctum habent. Ptolemæus igitur Labi filius, cùm aliquando duas res nouas in Aegyptum adduxisset, camelum videlicet Bactrinam totam nigram, & hominem bicolorem, cuius altera pars planè nigra, altera autem excellenter candida erat, per totum corpus æqualiter distincta atque diuisa: congregatis in theatrum Aegyptijs, exhibuit

οἱ δὲ

illis cũ alia multa spectacula, tum inter postrema, hæc quoq; : camelum videlicet, & semialbum hominem, putauitq; se magnam admirationem isto spectaculo concitaturum esse.

At illi

οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν κάμηλον ἐφοβήθησαν, καὶ ὀλίγου δεῖν ἔφηγον ἀναθορόντες· καί τοι χρυσῷ πᾶσα ἐκεπόσμητο, καὶ ἁλουργίδι ἐπέστρωτο, καὶ ὁ χαλινὸς ἦν λιθοκόλλητος, Δαρείου τινὸς, ἢ Καμβύσου, ἢ Κύρου αὐτοῦ κειμήλιον. πρὸς δὲ τὸν ἄνθρωπον οἱ μὲν πολλοὶ ἐγέλων· οἱ δέ τινες, ὡς ἐπὶ τέρατι, ἐμυσσάττοντο. ὥστε ὁ Πτολεμαῖος συνεὶς ὅτι οὐκ εὐδοκιμεῖ ἐπ' αὐτοῖς, οὐδὲ θαυμάζεται ὑπὸ τῶν αἰγυπτίων ἡ καινότης, ἀλλὰ πρὸ αὐτῆς τὸ εὔρυθμον, καὶ τὸ εὔμορφον κείνουσι, μετέστασεν αὐτὰ, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκέτι διὰ τιμῆς ἦγεν, ὡς πρὸ τοῦ. ἀλλ' ἡ μὲν κάμηλος, ἀπέθανεν ἀμελουμένη. τὸν ἄνθρωπον δὲ τὸν διττὸν Θέσπιδι τῶν αὐλητῇ ἐδωρήσατο, καλῶς αὐλήσαντι παρὰ τὸν πότον. δὲ δοικαδὲ, μὴ καὶ τοῦ μὸν κάμηλος ἐν αἰγυπτίοις ᾖ· οἱ δὲ ἄνθρωποι, τὸν χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζουσι, καὶ τὴν ἁλουργῖδα. ἐπεὶ

At illi ad cameli quidem cõspectum perterriti sunt: & parum abfuit quin exilientes profugissent. quanquam tota ea auro exornata, ac purpura instrata erat: frenũ autem etiam gemmis compactum habebat, ex Darij alicuius, aut Cambysis, aut etiam ipsius Cyri thesauris depromptum. Ad hominis autem intuitum pleriq; ridebant: alij autem etiam vt monstrum aliquod ipsum auersabantur. Quare Ptolemæus intelligens se illis non adeò laudem conciliasse sibi, neq; nouitatem apud Aegyptios in admiratione esse, sed præ ipsa quod concinnum atque compositũ, iustaq; forma præditum foret, probari: transtulit illos inde, hominemq; nõ amplius eodem horrore habuit, quo antea. Ac camelus quidẽ neglecta atq; relicta tum, mortua est: hominem autem illũ duplicem Thespidi cuidã tibicini, cũm ad pocula bene cecinisset, dono dedit. Porrò vereor, ne & mea, i camelus in Aegypto, sint: homines autem, adhuc frenum illius & purpuram admirentur: quoniam

ἐπεὶ δὲ οὐδὲ τὸ ἐκ δυοῖν τοῖν καλλίστοιν συγκεῖσθαι, διαλόγου καὶ κωμῳδίας, οὐδὲ τοῦτο ἀπόχρη εἰς εὐμορφίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ μίξις ἐναρμόνιος, καὶ κατὰ τὸ σύμμετρον γίγνοιτο. ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν, ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι, οἷον ἐκεῖνο τὸ περιερότατον; ὁ ἱπποκένταυρος. οὐ γὰρ ἂν φαίης ἐπέραστόν τι ζῶον τοῦτ' γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑβριστικότατον, εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγραφοῖς, ἐπιδεικνυμένοις τὰς παροινίας καὶ σφαγὰς αὐτῶν. τί οὖν οὐχὶ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ξυντεθὲν, ὥσπερ ἐς οἴνου καὶ μέλιτος, τὸ ξυναμφότερον ἥδιστον φημὶ ἔγωγε; οὐ μὴν περί γε τῶν ἐμῶν ἔχω διατείνεσθαι, ὡς τοιούτων ὄντων· ἀλλὰ δὲ διὰ μὴ τὸ ἑκατέρου κάλλος, ἡ μίξις συνέφθειρεν. οὐ παίνυ γοῦν συνήθη καὶ φίλα ἐξ ἀρχῆς ἦν, ὁ διάλογος, καὶ ἡ κωμῳ-

quoniam neque illud ex duobus optimis compositũ Dialogo videlicet, & Comœdia, per se ipsum satis valet ad formã & elegantiam, nisi & compositio inter se consentiens, iustaq; proportione temperata fuerit. Licet quippe ex duobus pulchris compositionem alienam, atque peregrinam fieri: quale illud vulgatissimum est [k] Hippocentauri. Non enim facilè dixeris, amabile aliquod animal esse hoc, sed potius contumeliosissimum: si modò conuenit pictoribus credere, exhibentibus temulentiam & cædes illorum. Quid ergo? annon rursum quoq; bene formatum ac pulchrũ aliquid ex duobus optimis cõpositũ fieri potest? Vt ex vino & melle commistum & temperatũ, suauissimũ equidem aio esse. Quanquam de meis cõpositionibus hoc contendere non ausim, quòd ipsæ quoq; tales sint: sed metuo ne vtriusq; pulchritudinem ipsa tẽperatura corruperit. Neq; enim omnino consueta inter se, atq; affinia, ab initio Dialogus &

Comœdia

κωμῳ δία. εἴγε ὁ μὲν οἴκοι, καὶ καθ' ἑαυτὸν νὴ Δία ἐν τοῖς μεριπάτοις μετ' ὀλίγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. ἡ δὲ παραδοῦσα τοῦ Διονυσίῳ ἑαυτὴν, θεάτρῳ ὡμίλει, καὶ ξυνέπαιζε, καὶ ἐγελωτοποίει, καὶ ἐπέσκωπτε, καὶ ἐν ῥυθμῷ ἔβαινε πρὸς αὐλὸν, ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον ἀναπαίστοις μέτροις ἐπηχουμένη τὰ πολλὰ, τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε, φροντιστὰς, καὶ μετεωρολέσχας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσα. καὶ μίαν ταύτην πρέλευσιν ἐπεποίητο ἐκείνους ἐπισκώπτειν, καὶ τὴν διονυσιακὴν ἐλευθερίαν καταχεῖν αὐτῶν, ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσα, καὶ νεφέλαις ξυνόντας: ἄρτι δὲ ψυλλῶν πηδήματα διαμετροῦντας, ὡς δῆθεν τὰ ἀέρια λεπτολογουμένους. ὁ διάλογος δὲ, σεμνοτάτας ἐποιεῖτο τὰς συνουσίας φύσεώς τε πέρι, καὶ ἀρετῆς φιλοσοφῶν, ὥστε

Comœdia fuêre. Siquidem ille domi & secum ipse, mehercle, in ambulacris cũ paucis quibusdam disputationes suas habebat: Comœdia aũt tradens se totam Dionysio, in theatro cõuersabatur, simulq; ludebat, & ridicula erat: gaudebat salibus & dicacitate, & cũ numerositate quadam ad certamen & palmam veniebat. Interdum etiã anapæsticis versibus prorsum in sublime euecta, dialogi sectatores ac socios vt plurimum irridebat ac subsannabat, curarum exercitores, ac vanos sublimium rerum disceptatores, & id genus alia vocitando. Quin & vnam hanc adeundi viam habebat, sugillando illos, & Dionysiacam istam libertatem in ipsos effundendo, nunc in aëre ambulantes, & cum nubibus congredientes illos exhibens, nunc publicum saltus metientes fingens, vt qui scilicet de aëreis & sublimibus istis rebus nimis exiliter argutarentur. Dialogus autem contrà maximè graues ac venerabiles disputationes habebat, cùm de natura rerum, tum de virtute philosophorum: ita vt

ὥστε τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο δὶς διὰ πασῶν εἶναι τὴν ἁρμονίαν ἀπὸ τῆς ὀξυτάτης εἰς τὸ βαρύτατον. καὶ ὅμως ἐτόλμησας ἡμᾶς τὰ ὅτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ξυναγαγεῖν, καὶ ξυναρμόσαι, ὁ πάνυ πειθόμενα, ὁδὶ ἐθελοντὶ ἀνηλόμενα τὴν κοινωνίαν. διὰ τοίνυν μὴ αὖθις ὅμοιόν τι τῷ πεπηθὲ τῷ σῷ πεποιηκὼς φαίνωμαι, τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι ἐναρμόσας, καὶ δὶ αὐτὸ δίκην ὑποσχών. μᾶλλον δὲ μὴ καὶ ἄλλό τι δεινὸν φανοίην ἐξαπατῶν ὑμᾶς τοὺς ἀκούοντας, καὶ ὅσα παραβὰς τοῖς κιναιδολύμμασι τὴν πιμελὴν, γέλωτα κωμικὸν τοῖς συμποτικοῖς φιλοσόφοις· τὸ γὰρ τῆς κιναιδίας, καὶ γὰρ κιναιδίας ὁ θεὸς, ἅπαγε· τοῦτο μόνον οὐκ ἂν εἴποις ἐναντίον τοῖς ἡμετέροις. καὶ παρὰ τοῦ γὰρ ἂν ἐκλεπτοποιῆσαι μὴ ἄρατις, μὲ διελαθεν τοιοῦτος πυτιοκάμπας, καὶ σαγηνάφης καὶ αὐτὸς σωτικὸς, πλὴν ἀλλά τί ἂν πάθοιμι;

ita vt Musicorum illud [m] δὶς διὰ πασῶν, hoc est, bis per omnes chordas siue distantias tonorum, nempe à summo atq; acutissimo ad imum atq; grauissimum vsq;, inter eos disconueniret. Et tamen ausi fuimus nos, hæc ita sese habentia, inter sese coniungere, & quasi conciliare, eaq; mutuo coaptare, quæ neque omnino obsequuntur, neque facilè communionem & societatem aliquam sustinent. Vereor itaq; ne denuò simile aliquid Prometheo isti tuo fecisse videar, vt qui fœminino cum masculino commiscuerim, & ob idipsum nunc vetus agar. Imò etiam ne quid aliud tale videar, decepisse fortasse auditores, atque [n] ossa apposuisse ipsis pinguedine obducta ac tecta, risum scilicet Comicum sub philosophica grauitate. Hoc enim furti fuerat. Absit hoc vnũ modò, vt ne in nos

θοιμι; ἐμμενέτεον γὰρ οἷς ἅπαξ πρειλόμην· ἐπεὶ τό γε μεταβουλεύεσθαι, ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ προμηθέως ἐστί.

cerem? Persistendum enim est in ijs quæ semel cœperis, quandoquidē p mutare consilium, Epimethei opus, non Promethei est.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a Prometheum igitur.] *Operis sui formulam quandam ac filum describit Lucianus, causidicos subinde taxans, qui libros à se conscriptos, eo quòd à strepitu forensi erant semoti, deinde etiam ex Dialogo concinnati, & Comœdia, quæ inter se longè diuersa sunt, irridebant, Promethia subinde Lucianum per contumeliam appellantes, hoc est,* πηλοπλάθον, *aut plastem, siue figulum. Fuit autem Prometheus, quemadmodum de eo fabulantur, Iapeti ex Titano geniti filius. hic cùm Ioui duos tauros immolasset, carnes amborum sub vno bouis tergore occuluit, ossa sub altero. Iupiter tradita sibi optione, ossa elegit. Itaque comperta fraude indignatus, ignem mortalibus abstulit. Prometheus rursus illum è cœlo furtim in ferula surripuit, quo etiam de terræ luto effictum à se hominem animauit. Iupiter re comperta Mercurio iussit, vt Prometheum Caucaso Scythiæ monti catenis ferreis alligaret, adhibita ad pectus eius aquila & vulturibus, qui epate illius pascerentur.* προμηθεὺς *autem Græcis eum significat, cui prius quàm rem aggrediatur, suppetit consilium* ἐπιμηθεὺς, *cui re peracta, tum demum consilium in mentem venit. De his duobus fratribus plura Hesiodus in libro cui titulus, Opera & dies: & Lucanus in Dialogo Iouis & Promethei:* b Et mea opera lutea.] *Id est, contempta, uulliusque precij. Quicquid autem vile,* κεραμοῦν *siue* κεράμεινον *dicunt Græci. Nos luteum, interdum ipsum lutum.* c Lutum mihi, *&c.*] *Lutum extriuijs (Micyllus* βόρβορος, *non* βάρβαρος *legit, quæ lectio sola Erasmo probatur, propterea quòd hîc de luto fit mentio, non de barbaro quopiam. Plat. lib. de Rep.* καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι,

i ac reuera in cœno quopiam barbarico. Loquitur de anima demersa ignorantiæ tenebris. d Atticam subsannationem.] siue nasum Atticum. Plinius lib 11. cap. 32. docet, à suæ ætatis hominibus nasum subdolè irrisioni fuisse dicatum. Vnde nasuti vocantur, qui doctè norint alios irridere. Et Græcis μυκτηρίζειν, αὐτιμυκτηρίζειν, id est, irridere, vicissim irridere, ἀπὸ τοῦ μυκτῆρος, id est, naso. Cass. ad Ciceronem lib. Epist fam. 15. Quosque vbi ridiculo aut scommatico dicterio læseris, velint rusticè gladio αὐτιμυκτηρίσαι, id est, vicissim naso suspendere.

e Aurea figmenta.] Quod eximium videri volumus, aureum dicimus. Cicer. Academic. quæst. libr. 2. de libello loquens, quem Crantor scripsit de luctu. Est enim, inquit, non magnus, verùm aureolus, &c. id est, egregius. f Et aliorum figulorum.] quemadmodum qui vocantur κορωπλάθοι, qui puppas nescio quas pueriles, & id genus imagunculas quorumcunque animalium ex luto parte plurima, & ex alia interim materia fingant, &c. g Post negocia.] Rebus peractis, quique serò, nec nisi confecto negocio sapit. Ex Comico quopiam citat hunc versiculum dictum in Cleonem. h Figulos ollarum.] χυτρέας καὶ ἱπνοποιοὺς καὶ πηλουργούς. i Camelus in Aegypto.] Id est, meticulosa vel planè ridicula. Adagij vice refert, quod natum est ex hac historia Aegyptia.

k Hippocentauri.] Ex homine & equo sunt conflati, & propterea δυφυεῖς ab Isocrate appellantur. Compositio diuersa & varia, hippocentaurus vocatur. l Ridicula.] Comœdiæ enim finis non ferè alius erat Græcis, quàm lætitia & hilaritas. Quòd adeò verum est, vt in libris obseruatum sit: & testis in Nebulis Aristophanes est, interpretis item accedente calculo, risus gratia plerumque scortea pudenda graphicè expressa, & id genus alia non pauca produci consueuisse, adeò vt comicum risum prouerbij vice Lucianus hic vsurparit. m Δὶς διὰ πασῶν.] Prouerbium à Musicis mutuò sumptum, quo maximum discrimen, & longissimum interuallum significatur. Vide Erasmi Chiliadas. Hoc vsus est Lucianus in libro de Conscribenda historia, & in sermone qui est De mercede seruientibus. n Ossa apposuisse.] Vice prouerbij vsurpat, ossa apponere obducta ἀργέτι δημῷ, vt Hesiodus inquit, id est, pin-

est, pinguedine candida. o Pinuum incuruatores.] *πιτυοκάμπτας: quo nomine Scinis appellatus fuit, quem occidit Theseus, incuruantē pinus, & ex ijs alligatos homines, & in sublime emissos dilaniantem, &c. eundem Pithyocamptem vocat lib. 2. verarum histor.* p Mutare consilium.] *post rem consulere. vnde & Pindarus in Pythijs, illum appellat ὀψίνοον, quasi serò sapientem. Hesiod. in Theogonia: Hæc, inquit, peperit προμηθέα Ποικίλον αἰολομῆτιν: ἁμαρτινοον τ' ἐπιμηθέα, Prometheum vafrum nominans, ac varijs instructum consilijs, Epimetheum post erratum sapientem.*

ΠΡΟΣ ΝΙΓΡΙΝΟΝ ἐπηστολή.

Λουκιανὸς Νιγρίνῳ εὖ πράττειν· ἡ μὲν παροιμία φησὶ, γλαῦκα εἰς ἀθήνας· ὡς γελοῖον ὄν, εἴ τις ἐκεῖ κομίζει γλαῦκας, ὅτι πολλαὶ πὰρ αὐτοῖς εἰσίν. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν δύναμιν λόγων ἐπιδείξασθαι βουλόμενος, ἔπειτα Νιγρίνῳ γράψας βιβλίον ἔπεμπον, εἰχόμην ἂν τῷ γελοίῳ, γλαῦκας ὡς ἀληθῶς ἐμπορευόμενος. ἐπεὶ δὲ μόνην τοι δηλῶσαι τὴν ἐμὴν γνώμην ἐθέλω, ὅπως τε νῦν ἔχω, καὶ ὅτι μὴ παρέργως εἴλημμα πρὸς τῶν σῶν λό-

EPISTOLA ad Nigrinum.

LVcianus Nigrino salutem. a *Noctuas Athenas, inquit prouerbium: quasi ridiculum sit, si quis eò noctuas apportet, quoniam illis ibi abundent. Ego verò si quidem potestatem ac vim verborum exhibere velim, atque ita Nigrino scribens, librū mitterē, obnoxius equidem huic ridiculo forē. Nunc aūt quando solū sententiam meam declarare tibi volo, quomodo videlicet nunc animatus sum, & ꝙ non obiter ac leuiter ora-*

γων, ἀπρεφύγοι μ' ἂν εἰκότως καὶ τὸ τοῦ Θουκυδίδου λέγοντος, ὅτι οὐ ἀμαθία ἢ θρασεῖς, ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται. δῆλον γὰρ, ὡς οὐχ οὐ ἀμαθία μοι μόνη τῆς τοιαύτης τόλμης, ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸς λόγους ἔρως, αἴτιος. ἔρρωσο.

tione tua correptus atque affectus fui, effugero sanè meritò etiam Thucydidis illud, quo dicitur [b] imperitia [c] audaces, [d] res autem cogitata atque considerata [e] timidos efficere, Manifestum enim est, quòd non imperitia solùm, verùm etiam amor ac studium orationis, huiusmodi audaciæ causa est. Vale.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a Noctuas Athenas.] *Subaudiendum, porto, aut mitto. Hanc paræmiam Lucianus hic exponit, quæ inde fluxit, quòd Athenis abundant vlulæ, & Atticæ regioni quasi peculiares sint. Proinde vt absurdum videbatur, noctuam Athenas deportare, cùm illic passim omnia noctuis abundarent: ita ridiculum sit, homini consultissimo consilium dare.* b Imperitia.] *ignoratione ac inscitia.* c Audaces.] *præcipites.* d Res autem cogitata.] *Ratio atque doctrina.* e Timidos.] *cunctatiores & morosiores. Mitio in Adelphis castigans Demeæ fratris immodicam seueritatem: Homine (inquit) imperito nunquam quicquam iniustius, qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.*

NIΓPI-

ΝΙΓΡΙΝΟΣ, Η ΠΕΡΙ' φιλοσόφου ἤθους, *NIGRINVS, SIVE de moribus philosophorũ.*

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Hoc dialogo vitam ac mores philosophorum describit, conferendo inter se verè philosophos & simulatos: & quòd ijs qui seriò philosophari cupiunt, vrbis Romæ consuetudo & luxus nequaquam conueniant, ostendendo. Cuius rei exemplum, Nigrinum, Platonicũ philosophum, & turbas istas adulatorum, cœnas & lucrum sectantium, inter se cõponit. Quanquam haud scias, an etiam veræ philosophiæ sectatores hic laudando, pro more suo ironia vtatur. Valde autem quadrat hic dialogus in nostræ quoq; ætatis homines, eos qui ornatu & habitu veterũ istorum quasi successores quidã sunt.

Σεμνὸς ἡμῖν σφόδρα κὴ μετέωρος ἐπανελήλυθας; οὐ τοὶ νυν προσβλέπειν ἡμᾶς ἔτι ἀξιοῖς οὔθε ὁμιλίας λεταδίδως, οὔτε κοινωνεῖς τῶν ὁμοίων λόγων, ἀλλ' ἄφνω μεταβέβλησαι, καὶ ὅλως ὑπεροπτικῷ τινι ἔοικας. ἡδέως δ' ἂν παρὰ σοῦ πυθοίμην, ὅθεν οὕτως ἀτόπως ἔχεις, καὶ τί τούτων αἴτιον. τί γὰρ ἄλλο γε, ὦ ἑταῖρε, ἢ εὐτυχία:

VT a verò grauis nobis admodum & sublimis redijsti? Non igitur neq; aspicere nos amplius dignaris, neq; conuersationẽ aliquam nobiscũ habere, neq; etiam similibus atq; ijsdem verbis nobiscum vti: sed repentè immutatus es, & omnino eiusmodi quispiam vidêris, qui cæteros omnes præ se contemnat. Lubens igitur audierim ex te, vnde ad hoc insolentiæ perueneris, & quæ eius rei causa sit. PHIL. Quid enim aliud, ô amice, quàm felicitas?

χία; πῶς λέγεις; ὁδοῦ πάρεργον ἥκω σοι, ἐνδαίμων τε καὶ μακάριος γεγενημένος· καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀπὸ τῆς σκηνῆς ὄνομα, τρισόλβιος. ἡράκλεις, οὕτως ἐν βραχεῖ; καὶ μάλα. τί δὲ τὸ μετὰ τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὅτῳ καὶ μιομᾶς, ἵνα μὴ ἐν μεφαλαίῳ μόνῳ εὐφραινώμεθα, ἔχωμεν δέ τι καὶ ἀκριβῶς εἰδέναι, τὸ πᾶν ἀκούσαντες; οὐ θαυμαστὸν εἶναί σοι δοκεῖ πρὸς διὸς, ἀντὶ μὲν δούλου με ἐλεύθερον, ἀντὶ δὲ πένητος, ὡς ἀληθῶς πλούσιον· ἀντὶ δὲ ἀνοήτου τε καὶ τετυφωμένου, γνώσεσθαι μετριώτερον; μέγιστον μὲν οὖν. ἀτὰρ οὔπω μανθάνω σαφῶς ὅ, τι καὶ λέγεις. ἐστάλην μὲν εὐθὺ τῆς πόλεως, βουλόμενος ἰατρὸν ὀφθαλμῷ θεάσασθαί τινα. τὸ γάρ μοι πάσος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ μᾶλλον ἐπετείνετο. οἶδα τούτων ἕκαστα καὶ ἠυξάμην σὲ τινὶ σπουδαίῳ ἐπιτυχεῖν. δόξαν οὖν μοι δὲ ποιῶ προσειπεῖν Νιγρῖνον τὸν πλατωνικὸν φιλόσοφον,

L. Quid ais? PH. Nā præter consiliū atq; propositū meū, venio tibi felix atq; beatus factus, adeoq; illud quod in scena vsurpari solet, [b] ter beatus. LVC. Papæ, adeò breui? PH. Atq; admodū. L. Quid aūt vltrà hic est, propter quod etiam superbis, vt non sumatim modò lætemur, sed & accuratè scire possimus, audito toto negocio? P.H. Annón admiratione dignum tibi videtur, per Iouem, pro seruo liberū, pro paupere diuitē, idq; adeò verè, pro stulto autē & insano redire modestū? L. Maximè igitur. Sed nondum tamen planè intelligo quidnam illud sit quod dicis. PH. [c] Profectus in vrbem rectà fui, vt ibi oculorum aliquē medicū circūspicerem. Nam malum illud quo ex oculis laborabam, magis ac magis ingrauescebat tum mihi. L. Scio equidem singula, ideoq; etiam optaui vt in bonum atque peritum aliquem incideres. PH. Cùm igitur visum mihi esset, Nigrinum quoque Platonicum philosophum,

ὄφον, ἔωθεν ἐξαναστὰς, ὡς αὐτὸν ἀφικόμην, καὶ κόψας τὴν θύραν, τοῦ παιδὸς εἰσαγγείλαντος ἐκλήθην. καὶ παρελθὼν εἴσω, καταλαμβάνω τὸν μὲν ἐν χερσὶ βιβλίον ἔχοντα, πολλὰς δὲ εἰκόνας παλαιῶν ὀφῶν ἐν κύκλῳ κειμένας. προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων καταγεγραμμένον, καὶ σφαῖρα καλάμου, πρὸς τὸ τοῦ παντὸς μίμημα, ὡς ἐδόκει, πεποιημένη. σφόδρα οὖν με φιλοφρόνως ἀσπασάμενος, ἠρώτα ὅ, τι καὶ πράττοιμι. κἀγὼ πάντα διηγησάμην αὐτῷ, καὶ δῆτα ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἠξίουν εἰδέναι ὅ, τι τε πράττοι, καὶ εἰ αὖθις αὐτῷ ἐγνωσένον εἴη σκέλλεσθαι τὴν ἐπὶ τῆς ἑλλάδος. ὁ δὲ ἀπαρξάμενος, ὦ ἑταῖρε, περὶ τούτων λέγειν, καὶ τὴν ἑαυτῆς γνώμην διηγεῖσθαι, τοσαύτην τινά μοι λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς σειρῆνας ἐκείνας, εἴ τινες

sophum, vt quem longo tẽporis interuallo non viderã, compellare, mane surgẽs, ad ipsum abeo: & pulsata ianua, cùm puer intrò de me renunciasset, accersitus sum. Atque ita ingressus in ædes, deprehẽdo ipsum quidẽ manibus librum tenentẽ, circũ autẽ vndiq; multas veterum atq; doctorum hominũ imagines iacentes. Posita autem in medio erat etiam tabella quædam, in qua Geometricæ quædam figuræ descriptæ erant, ac sphæra Calani illius, ad exemplum & imitationem vniuersi, vt videbatur, composita. Admodum igitur benignè & comiter me amplexatus ille, interrogat quidnam agerem. [d] *Quibus omnibus illi expositis, & ego quoque per vices ex eo scire postulabam, & quid ipse ageret, & nunquid apud se statuisset in Græciam denuò nauigare. Ibi verò ille, ô amice, posteaquam cœpisset de hisce rebus mecum colloqui, suamq; sententiam explicare, tantam quandam verborum ambrosiam mihi affudit, vt mihi planè videretur Sirenes illas,*

εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο, καὶ τὰς ἀηδόνας, καὶ τὸν ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀπεδείξαι, οὕτω θεσπέσια ἐφθέγξατο. πτήχθη γὰρ αὐτήν τε φιλοσοφίαν ἐπαινέσαι, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν καὶ τῶν δημοσίαν νομιζομένων ἀγατῶν καταγελάσαι, πλοῦτον, καὶ δόξης, καὶ βασιλείας καὶ τιμῆς, ἔτι τε χρυσοῦ, καὶ πορφύρας, καὶ τὰ πάνυ περιβλέπτων τοῖς πολλοῖς, τέως δὲ κἀμοὶ δοκούντων, ἅπερ ἔγωγε ἀτενεῖ καὶ ἀναπεπταμένῃ τῇ ψυχῇ δεξάμενος, αὐτίκα μὲν οὐδὲ εἶχον εἰκάσαι ὅπερ ἐπεπόθειν, ἀλλὰ παντοῖος ἐγιγνόμην. καὶ ἄρτι μὲν ἐλιπούμην ἐληλεγμένων μοι τῶν φιλτάτων, πλούτου τε, καὶ ἀργυείου, καὶ δόξης, καὶ μόνον οὐκ ἐδάκρυον ἐπ' αὐτοῖς καθῃρημένοις· ἄρτι δὲ, αὐτὰ μὲν ἐδόκει μοι ταπεινὰ, καὶ καταγέλαστα· ἔχαιρον δ' αὖ ὥσπερ ἐκ ζοφεροῦ τινος ἀέρος τοῦ βίου τοῦ πρόσθεν, ἐς αἰθείαν

si quæ vnquam fuerunt, & [e] Aedonas, & Laton illā Homeri antiquam referre. adeò diuina quædam loquebatur. Eò enim verbis euasit, vt & [f] philosophiam laudaret, illamq; quæ ex hac proficiscitur, libertatem: & contrà, ista quæ vulgò pro bonis habentur, irrideret, vtpote diuitias, gloriā, regna, honores: præterea aurū quoq; & purpuram & cætera quæ admodū spectabilia plerisq; antea verò etiam mihi videbantur. Quæ quidem animo ipse intento atq; aperto accipiens, continuò equidem ita affectus fui, vt cui, quod mihi tum acciderat, comparare possem, non haberem: sed omnino varius reddebar, atque in omnes partes rapiebar. Ac nunc quidem dolebam, quòd confutari atque refelli videbam ea quæ mihi charissima fuerant, diuitias videlicet, argentum, & gloriam: ac tantum non lachrymabar, damnatis atq; reiectis illis: nunc verò eadem ipsi mihi videbantur vilia atque ridicula esse: gaudebamq; rursum, tanquam ex tenebroso quodam aëre prioris vitæ ad serenita-

ἐς αἰθρίαν τι καὶ μέγα φῶς ἀναβλέπων. ὥστε δυοῖν θάτερον τοῦ ὀφθαλμοῦ ἢ, καὶ περὶ αὐτῶν ἀσθενείας ἐπιλανθανόμην, τὴν δὲ ψυχὴν ὀξυδερκέστερος ἑαυτοῦ μικρὸν ἐγιγνόμην. ἐπιλῃθόμην γὰρ τέως αὐτῶν τυφλούσης περιφερῶν. πείθων δέ, ἐς τοῦτο προσῆχθην, ὅπερ ἀρτίως ἡμῖν ἐπεκάλεις. γαῦρός τε γὰρ ἐκ τοῦ λόγου καὶ μετεωρός εἰμι, καὶ ὅλως μικρὸν ἀνέτι ἀνθρώπινον. δοκῶ γάρ μοι ὅμοιόν τι πεπονθέναι πρὸς φιλοσοφίαν, οἷόν περ καὶ οἱ ἐνθουσιῶντες πρὸς τὸν οἶνον λέγονται πάσχειν, ὅτε πρῶτον ἔπιον αὐτόν. θρμότεροι γὰρ ὄντων φύσει, πιόντων ἰσχυρὸν ὅσον πόσιν, αὐτίκα μάλα ἐξεβακχεύθησαν, καὶ διπλασίως τῶν ἄλλων ἐξεμάνησαν. ὅτῳ δὲ καὶ αὐτὸς ἔνεστι καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων, πείρομαι. καὶ μὴν τοῦτό γε, οὐ μεθύειν, ἀπὸ νήφειν τε καὶ σωφρονεῖν ὅτι. ἐγὼ

serenitatem & magnam aliquam lucem respicies. Quare sanè & oculorum, (quod tum absurdissimum erat) & eorum infirmitatis obliuiscebar, animo autem acutus & perspicax paulatim magis magisq; fiebam. Nam ad id tempus nimmè animaduertens, cæcutientem atq; obtusam illã circumtuleram: progressus autem inde, ad id tandem adductus sum, cuius nomine tu paulò antè me criminabaris. Nam & elatus oratione illius, & tanquam in sublime euectus sum, & omnino paruum atq; humile mihil quicquam cogito. 8 Videtur enim simile quiddam mihi accidisse circa philosophiam, quale indis circa vinum accidisse fertur. Nam cùm primùm illi vinum bibissent, nempe natura calidiores, accedente potu adeò fortè, continuò ad modum in furorem versi sunt, ac duplo quàm cæteri magis extemplo insanire cœperunt. Eodem pacto & ipse tibi quasi quodam furore captus, ac verbis ebrius obambulo. Quanquam hoc quidem non est ebrium, sed sobrium atq; temperantè esse.

ἐγὼ δ' βουλοίμην ἄρτι αὐτὸν τε, καὶ τῶν ἄλλων ἀκοῦσαι τὸν λόγον, εἰ δὲ μὴ καταφρονεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις, ἄλλως τε καὶ φίλου καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακότος ὁ βουλόμενος ἀκοῦσαι ἔστιν, θάρρει, ὦ γαθέ· καὶ γὰρ τοῖς δ' Ομήρου σπουδάσασι καὶ αὐτὸν παρακαλεῖς, καὶ εἰ μὴ ἔφθης, αὐτὸς ἂν ἐσπούδασε μεθ' ἡμῶν ἀκοῦσαι μᾶλλον. μάρτυρα γάρ σε παρασήσασθαι πρὸς τοὺς ἄλλους ἐθέλω, ὅτι ἐκ ἀμούσως μαίνομαι, ἄλλως τε, καὶ ἥδιόν μοι τὸ μεμνῆσθαι αὐτῶν ποιήσεις, καὶ ταύτῃ ἥδιον μελετᾶν ἐποιήσεις ἐμοί· ἐπεὶ ἐμέ γε τις μὴ παρὼν τύχοι, καὶ ὅτῳ δὴ ἐστὶ τῆς ἡμέρας ἀνακυκλῶ πρὸς ἐμαυτὸν τὰ ἀρρήτα. καὶ ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ, τῶν παιδικῶν ἐ παρόντων, ἔργ' ἄττα καὶ λόγους ἐρρήτους αὐτοῖς διαμνημονεύουσι, καὶ τούτοις ἐνδιατρίβοντες ἐξαπατῶσι τὸν νόον, ὡς παρόντων σφίσι τῶν ἀπομνήμων, ἔνιοι γοῦν αὐτοῖς καὶ προσλαλεῖν οἴονται, καὶ

L. Ego verò optârim, si fieri possit, ipsam illam audire orationem. Neq; enim contemnere ipsum, opinor, fas est: præsertim si ille qui audire cupit, & amicus est, & circa similia studium atque operam aliquando posuit.

PH. Confide, ô bone. nam iuxta Homericũ illud, festinanter per seipsum hortatis. Ac nisi præuortisses, iam ultrò rogassem, me narrantem audires. Testem enim te relinquere apud plerosque volo, quòd non præter rem insanio: præcipuè cùm & ipsum illius crebrò meminisse, voluptate mihi sit, & hanc iam quasi quandam exercitationem apud me instituo. Nam etiamsi nemo mihi adsit, tamen sic quoque bis vel per diem reuoluo mecum ipse dicta illa. Et quemadmodum amatores puerorum, absentibus illis, opera alia qua & sermones ab ipsis habitos, memoria repetunt, in

ijsq; immorando morbum fallunt, perinde ac si illi ipsi amati adsint: quidam verò etiam colloqui secum illos putant, atq; ijs

καὶ ὡς ἄρτι λεγομένων πρὸς αὐτὸς, ὧν τότε ἤκουσαν ἤδονται, καὶ προσάψαντες τὴν ψυχὴν τῇ μνήμῃ τῶν παραληλυθότων, σχολὴν οὐκ ἄγουσιν ἐν τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι· οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς φιλοσοφίας οὐ παρούσης, τοὺς λόγους οὓς τότε ἤκουσα σαυαγείρων, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἀνατυλίπτων, οὐ μικρὰν ἔχω παραμυθίαν. καὶ ὅλως, καθάπερ ἐν πελάγει καὶ νυκτὶ πολλῇ φερόμενος, ἐς πυρσόν τινα τοῦτον ἀπεβλέπω, πᾶσι μὲν παρεῖναι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πραττομένοις τὴν ἄνδρα ἐκεῖνον οἰόμενος. ἀεὶ δὲ ὥσπερ ἀκούων αὐτοῦ τὰ αὐτοῦ πρός με λέγοντος, ἐνίοτε δὲ, καὶ μάλιστα ὅταν ἐνβείσω τὴν ψυχὴν καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μοι φαίνεται, καὶ τῆς φωνῆς ὁ ἦχος ἐν ταῖς ἀκοαῖς παραμένει. καὶ γάρ τοι κατὰ τὸν κωμικὸν ὡ ἀληθῶς, ἐγκατέλιπέ τι κένθρον τοῖς ἀκούουσι, παῦε, ὦ θαυμάσιε, μικρὸν ἀνακρουόμενος. καὶ λέγε ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβὼν ἤδη τὰ εἰρημένα. ὡς οὐ

atq; ijs quæ tũ sibi audire videntur, quasi paulò antè reuera dictis, gaudent: animũq; memoriæ præteritorũ applicãtes, neq; quiescere possunt, ob ea quæ pro pedibus & in mora sunt, sese angendo. Eo dẽ igitur pacto etiã ipse, philosophiã nõ præsente, verba quæ tũ audiui recolligens, & mecũ ipse crebrò repetẽs, non paruum capio solatiũ. Et in summa, perinde ac si in pelago, & per noctem alicubi ferar, ad hanc quasi quandam facem aspicio, omnibus illis rebus quæ à me geruntur, virum illũ coràm adesse existimãs, semper autem velut audiens ipsum eadẽ illa sua ad me dicentẽ. Interdũ verò, & maximè quãdo animum erigo, & in illũ quasi infigo, etiã vultum illius videre mihi videor, & vocis ipsius sonus in auribus mihi relinquitur. Etenim iuxta Comicum, reuera [k] aculeum quendam in auditoribus reliquit. L. Desine, ô admirande, parum, per præludere, ac dic ab initio, repetent iam tandẽ dicta illa

quoniam

ὡς ὁ μητρίως με ἀπηνιάσας τοιαῦτα ἀγωνιᾷ. εὖ λέγεις, καὶ ὅτῳ καὶ ποιεῖν. ἀλλ' ἐκεῖνο, ὦ ἑταῖρε, ἤδη τραγικούς, ἢ καὶ νὴ Δία κωμικοὺς φαύλους ἑώρακας ἐπεισιτας, τῶν συνεπομένων λέγω τότε, καὶ διαφθειρόντων τὰ ποιήματα, καὶ τὸ τελευταῖον ἐκβαλλομένων. καίτοι τῶν δραμάτων πολλάκις εὖ ἐχόντων τε, καὶ νεωνικητότων πολλοὺς οἶδα διέτας. ἀλλὰ τί τοῦτό; δοκεῖ μοι παραπλήσιόν πόθεν γελοίως αὐτὰ μιμεῖσθαι, τὰ μὲν ἀτάκτως συναείρων, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸν ὑπ' ἀσθενείας τὸν νοῦν διαφθείρων. μὴ ταραχθῇς ἤδη μὴ καὶ αὐτὸ μιμήσωνται τὸ δρᾶμα τοῦτο. καὶ τὸ μὲν ἐμὸν, ὅ πάνυ ἄχθομαι. ἡ δὲ ἀπόθεσις, ὅ μητρίως με λυπήσαν ἔοικε σωκηπίθῳ, καὶ τὸ ἐμὸν μόριον ἀσχημονοῦσι. τί δῆτα παρ' ὅλον μιμνήσομαί σοι τὸν λόγον, ὡς ὁ μὲν ποιητὴς ἡμῖν, τῶν διέ-

quoniam nō mediocriter me expectatione ista excrucias, dum verbis ita suspendis & circumducis. PH. Rectè dicis, atq; ita facto opus est. Sed illud quæso, vidistine aliquando siue Tragicos, siue etiam, per Iouē, Comicos histriones, malos istos dico, quū sibilo excipiunt, quiq; poëmata agēdo corrumpunt, ac postremò theatris eiiciuntur: tametsi ipsæ fabulæ sæpenumero bene se habeāt, ac palmam etiam reportent? L. Multos noui tales. Sed quorsum hoc? PH. Vereor ne interim & ipse illos imitari videar, alia quidem inordinatè connectens, interdum autem etiam ipsam sententiam præ imbecillitate ingenij corrumpens: atque ita progressus, paulatim etiam ipsam damnem fabulam. Ac quantum quidem ad meipsum attinet, non admodum ægrè id feram. Cæterùm argumentum illud non mediocri dolore me affecturum esse videtur, si mecum vnà reiiciatur, measq; partes dehoneſtet. Proinde hoc per totam memineris mihi orationem, quòd poëta quidem ipse talium

τοιούτων ἁμαρτημάτων ἀνεύθυνος, καὶ τῆς σκηνῆς πόῤῥω ποι κάθειται, οὐδὲν αὐτῷ μέλων τῶν ἐν θεάτρῳ πραττομένων. ἐγὼ δὲ ἐμαυτοῦ τοι πεῖραν παρέχω ὁποῖός εἰμι τὴν μνήμην ὑποκριτὴς, οὐδὲν ἀγγέλου τὰ ἄλλα τραγικοῦ διαφέρων. ὥστε κἂν ἐνδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν, ἐκεῖνο μὲν ἔσω πρόχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν. καὶ ἄλλως ὁ ποιητὴς ἴσως διεξήει. ἐμὲ δὲ κἂν ἐκσυείτης, οὐ πάνυ τι λυπήσομαι, ὡς εὖγε, νὴ τὸν Ερμῆν; καὶ κατὰ τὸν τῶν ῥητόρων νόμον πεπροσιμίασταί τοι. ἔοικας γοῦν κἀκεῖνα προσθήσειν, ὡς δι' ὀλίγον τε ὑμῖν ἡ συνουσία ἐγένετο, καὶ ὡς οὐδ' αὐτὸς ἥκεις πρὸς τὸν λόγον παρεσκευασμένος, καὶ ὡς ἄμεινον εἶχεν αὐτῷ ταῦτα λέγοντος ἀκούειν. σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅτι οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συγκεκομισμένος. οὐ ταῦτ' ἐρεῖν ἔμελλεν;

talium peccatorũ vobis innocens sit, ac procul à scena seiunctus alicubi sedeat, neque quicquã ea curet quæ in theatro aguntur. Ego verò mei ipsius periculum tibi faciam, qualis scilicet histrio sim, quantumq́ memoria valeã: quod ad cætera attinet, nihil à nuncio tragico distãs. Quare si quid etiã minus aut parcius iusto videbor dicere, vulgare illud tibi, & quod vbiq́ in prõptu est occurrat: quòd scilicet melius hoc fuerat, & quòd ipse poëta aliter fortassis idem dixerat. Me verò si exibilaueris etiã, non admodum quicquam molestè feram. L. Vt bene sanè, ita me Mercurius amet, atque adeò iuxta rhetorum leges exordium hoc tibi peractum est. Videris igitur etiam illa additurus fuisse, quòd non ita diu inter vos mutuò conuersati estis, & quòd neque ipse venis ad dicendum paratus, & quòd satiùs fuerit ipsum illum dicentem audire. te enim pauca quædam, &, quantum possibile tum erat, memoria collecta & quasi comportata habere. An non hæc quoque dicturus eras?

λου; οὐδὲν ἂν οὖν αὐτῶν ἔτι
σοι δεῖ πρὸς ἐμέ. νόμιζον δὲ τοῦ-
του γε ἕνεκα πάντά σοι προει-
ρῆσθαι, ὡς ἐγὼ καὶ βοᾷν καὶ κρο-
τεῖν ἕτοιμός εἰμι. ἢν δὲ δαμέ-
λης, μνησικακήσω γε παρὰ τὴν
ἀγῶνα, καὶ ὀξύτατα συείξομαι.
καὶ ταῦτα μὲν, ἃ σὺ διῆλθεν,
ἐβουλόμην ἂν εἰρῆσθαί μοι. κἀ-
κεῖνα δὲ, ὅτι γε οὐχ ἑξῆς, οὐδὲ ὡς
ἐκεῖνος ἔλεγε ῥῆσίν τινα περὶ
πάντων ἐρῶ· πάνυ γὰρ τοῦθ' ἡ-
μῖν ἀδύνατον. οὐδ' αὖ ἐκεῖνο
περιθεὶς τοὺς λόγους, μὴ καὶ κατ'
ἄλλό τι γένωμαι τοῖς ἱποκρι-
ταῖς ἐκείνοις ὅμοιος, οἱ πολλά-
κις ἢ Ἀγαμέμνονος, ἢ Κρέον-
τος, ἢ καὶ Ἡρακλέους αὐτοῦ πρόσω-
πον ἀνειληφότου, χρυσίδας
ἠμφισμένοι, καὶ δεινὸν βλέπον
τοι, καὶ μέγα κεχηνότου, μικρὸν
φθέγγονται, καὶ ἰσχνὸν, καὶ γυναι-
κῶδεν, καὶ τὴν Ἑκάβης ἢ Πολυξέ-
νης πολὺ ταπεινότερον. ἵν'
οὖν μὴ καὶ αὐτὸς ἐλέγχωμαι,
πάνυ

eras? Nihil igitur opus illis amplius tibi est apud me: existimes autē huius rei gratia, quod ad proœmiū atq; præfationē attinet, omnia te verbis complexū atq; consecutū esse: quoniam ego iam & vociferari & applaudere paratus sum. Quòd si verò longiùs etiā differes, malignitatis eius inter ipsum certamen meminero, ac tum acutissimè sibilabo. PH. Equidem & hæc quæ tu modò commemorâsti, dicta mihi velim: & illa quoque, quòd neq; ordine, neq; vt ille, iusta quadam & continua oratione de omnibus dicturus sum: omnino enim hoc nobis impossibile est: neq; rursum illius personæ attribuendo sermonem, ne alio ac nouo etiam modo[m] histrionibus illis similis fiam, qui sæpenumero aut Agamemnonis, aut Creontis, aut etiam ipsius Herculis persona assumpta, ac vestibus auro contextis induti, & graue quiddam tuentes, mox ore in immensum diducto, exiguum & gracile, adeoq; muliebre quiddam loquuntur, ipsa etiam Hecuba aut Polyxena multò demissius. Ne igitur & ipse eodem modo conuincar,

maiorem

πάνυ μεῖζον ἢ ἐμαυτοῦ κεφαλῆς πεσωπεῖον περικείμενος, καὶ τὴν σκευὴν καταισχύνων, ἀπὸ γυμνοῦ σοι βούλομαι τοὐμοῦ πεσώπου πεσλαλεῖν, ἵνα μὴ συγκατασπάσω που πεσὼν τὸν κρώα ὃν ἐποκείνομαι. οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγωδίᾳ χρώμενος. καὶ μὴν παύσομαί γε, πρὸς ἐκεῖνα δὲ ἤδη τρέψομαι. ἢ μὲν ἀρχὴ τῶν λόγων, ἔπαινος ἦν ἑλλάδος, καὶ τῶν ἀθήνησιν ἀνθρώπων, ὅτι φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ συντροφοί εἰσι· καὶ οὔτε τῶν ἀστῶν, οὔτε τῶν ξένων οὐδένα τέρπονται ὁρῶντες, ὃς ἂν τρυφὴν εἰσάγειν εἰς αὐτοὺς βιάζηται. ἀλλ' εἰ καί τις ἀφίκηται παρ' αὐτοὺς οὕτω δακείμενος, ἠρέμα τέ με θαρμόττουσι, καὶ παραπαιδαγωγοῦσι, καὶ πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης μεθιστᾶσιν. ἐμέμνητο γοῦν τινος τῶν πολυχρύσων, ὃς

maiorem omnino quàm pro capite meo personā induisse, ipsumq; ornatum dehonestare, ex nuda tibi volo meaq; propria persona colloqui, ne cadens alicubi, ipsum illū heroēm quem ago, mecum vnà conuellā ac lacerem. L. Homo hic nunquā cessabit hodie contra me crebra illa scena atque tragœdia vti. P H. [n] At verò cesso quidē: ad illa aūt de quibus cœperam, me nunc conuertam. Principium igitur orationis illius, commendatio quædam fuit Græciæ, & eorum hominum quī [o] Athenis [p] commorantur, quòd cum philosophia scilicet & paupertate vnà educarentur, & neq; ciuium neque peregrinorum quenquam oblectarentur aspicientes, qui voluptatem importando ad illos, antiquam illorum honestatem violaret. [q] Sed si quis etiam veniret ad illos ita affectus, paulatim & transformarent ipsum, & veteres mores atque animos dedocerent, ac ad puritatem sobrietatemq; vitæ transferrent. Memorabat itaque quendam [r] expurpuratis istis, & multo auro fulgentibus: qui

ὃς ἐλθὼν ἀθλιώτατα μάλα ἐπίσης μὲν, καὶ φορτικὸς ἀκολουθῶν ὄχλῳ, καὶ ποικίλῃ ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ, αὐτὸς μὲν ὢν ἐλεεινότατος ἅπασι τοῖς ἀθλιωτάτοις, καὶ ὃς ἂν ἐνθάδε ἄρξειν δόξειεν. τοῖς δ' ἄρα δυσχερὴς ἐδόκει τὸ ἀνθρώπιον, καὶ παντάπασιν ἐπιχείρουν αὐτὸ, ὡς πικρῶς, ὅθ' ἅντινα τρόπον βέλοιτο βιοῦν, ἀλλ' ἐπεὶ μὲν τοῖς γυμνασίοις καὶ λουτροῖς ὄχληρὸς ἦν, θλίβων, τοῖς οἰκέταις, καὶ συνοχωρῶν τὸς ἀπαντῶντας, κοὐχ ἧττις ἂν ὑπερφθάξαι, πεσοποιούμενος λανθάνειν, ὥσπερ ὑπὸς αὐτὸν ἐπαινον ἀποτείνων, διελοιδορεῖτο μὲν παρακομπάζων μεταξὺ λανόμενος. καὶ μὲν ἀρχὴν γε μακρὰ ἐπεσχέθη τὸ βαλανεῖον· ἐδεῖτο γὰρ λεηλασίας. ὁ δὲ, ἀκούων ἃ ἐλεγεν, μεταξὺ ἐπαλλάττετο. τέως μὲν οὖν ἐπαύετο τέως ποικίλων, καὶ τὰς πορφυρίδας ἐκείνας ἀπέδυσαν αὐτὸν, ἀσάμενος πάνυ τὸ ἀνθηρὸν

qui cùm venisset Athenas admodum insignis & conspicuus, magna comitantium turba stipatus, auro variaq; veste exornatus, ipse quidem Athenien sibus ommbus existimabatur valde beatus esse, & perinde ac deus quispiam suspiciendus: istis autem miser atque infelix quispiam videbatur homuncio ille: statimq; erudire illum aggrediebantur: non acerbè, neque etiam apertè interdicentes, ne in libera ciuitate quocunque ipse pacto viuere vellet. sed postquam & in gymnasijs & in balneis quoque molestus erat, obterens seruos suos, & in angustum cogens obuios, ex occulto quidam submissa voce, quasi lateret, neque tamen illum perstringere vellet, subiecit: Metui, inquiens, ne ille inter lauandum periret. Atqui pax certè longa balneum iam tenet: proinde nihil opus erat isto exercitu. Ille autem audiens quæ res erat, interea erudiebatur. Rursum autem vbi vestem illam variam atque purpuream exuebat sese, vrbanè admodum floriditatem

ρὸν ἐπισκώπτοντες τῶν χρωμάτων, ἔαρ ἤδη λέγοντες, καὶ πόθεν ὁ ταὼς οὗτος, καὶ τάχα τῆς μητρός ἐστιν αὐτῆς, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ ἄλλα δὲ οὕτως ἀπέσκωπτον, ἢ τῶν δακτυλίων τὸ πλῆθος, ἢ τῆς κόμης τὸ περίεργον, ἢ τῆς διαίτης τὸ ἀκόλαστον. ὥστε καταμικρὸν ἐσωφρονίσθη, καὶ παραπολὺ βελτίων ἀπῆλθε, δημοσίᾳ πεπαιδευμένος. ὅτι δ' οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο πρὸς με φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων, ἔφη, κοινῇ πεμένων ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν παναθηναίων. ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὴν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων, ἱμάτιον ἐθεώρει. τοὺς δὲ ἰδόντας ἐλεῆσαί τε, καὶ παραιτεῖσθαι. καὶ τὸν κήρυκος ἀνειπόντος ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε, τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας ὥσπερ ἐσκεμμένους συγγνώμην

tem atque nitorem istum colorum irridentes, Iam ver adest, dicebant: & Vnde nobis pauo hic? & Fortassis matris ipsius hæc est: & id genus similia. Atq; eodē pacto etiā cætera illius cū risu carpebant, nunc annulorum multitudinē, nunc comæ superuacaneam curā, nunc victus intemperantiā atq; luxuriam notantes. Quare paulatim ad sobrietatem atq; modestiam reuocatus est, & longè melior publicè ita emendatus ac doctus inde abijt. Quòd autem non puderet eos etiam paupertatem confiteri, referebat mihi vocem quandam, quam aiebat publicè ab omnibus emissam, audisse se in ludis Panathenaicis. Deprehensum enim quendam ex ciuibus fuisse, & ad præsidem ludorum adductum, eo quòd in veste tincta ad spectaculum venerat: cæteros autem qui hominem videbant, misertos illius, ac veniam precatos esse. Atq; vbi præco iam proclamaret, quòd in leges cōmisisset, quia tali cū veste ludos spectaret: omnes vna voce, quasi antea super hoc deliberassent, exclamare cœpisse, vt venia

νόμιμον ἀρνήσῃ αὐτῷ, τοιαῦτά τε ἀμπιχόμενον· μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. ταῦτά τε οὖν ἐπῄνει· καὶ προσέτι τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἐκεῖ, καὶ τὴν διαίτης τὸ ἀνεπίφθονον, ἡσυχίαν τε καὶ ἀπραγμοσύνην, ἃ δὴ ἄφθονα παρ' αὐτοῖς ὄντα, ἀπεφαίνετό τε φιλοσοφίᾳ σωφρονοῦντι τὴν παρὰ τοῖς τοιούτοις διατριβὴν, καὶ καθαρὸν ἤθους φυλάξαι δυναμένῃ, σπουδαίῳ τε ἀνδρὶ, καὶ πλούτου καταφρονεῖν πεπαιδευμένῳ, καὶ ζῆν πρὸς τὰ φύσει καλὰ ζῆν προαιρουμένῳ, τὸν ἐκεῖ βίον ὡς μάλιστα ἁρμοσμένον, ὅς τις δὴ πλούτῳ ἱερᾷ, καὶ χρυσῷ λευκήλατα, καὶ πορφύρᾳ, καὶ δυνασείᾳ μετρεῖ τὸ εὐδαίμον, ἄγων δὲ μὴ ἐλευθερίας, ἀπέστερται δὲ παῤῥησίας, ἀθίατος δὲ ἀληθείας. μολακείᾳ δὲ πάντα καὶ δουλείᾳ σώφρονος. ἧ ὅστις ἅπασαν τὴν ψυχὴν ἐπιτρίψας, ταύτῃ μόνῃ κατοίσειν δίψυχος, φίλος ᾗ πειθόμενος παρεῖναι, φίλος

nia daretur talibus induto: neq; enim aliam vestē habere illū. Hæc igitur prædicabat ille mihi, & præterea libertatem quoq; eam quæ illic esset, ac victus frugalitatem, necnon & ocium, & quòd homines minimè curiosi atque auidi rerum essent: cuius generis virtutes infinitæ apud illos sunt. Ac pro certo indicabat mihi conuersationem eorū hominum, philosophiæ ipsi consonam esse, moresq; puros ac sobrios conseruare posse: studioso videlicet hominis, & qui diuitias contemnere didicisset: & qui secundum ea quæ natura honesta sunt, viuere secum ipse statuisset: [s] ei illorum hominum vitam quàm maximè aptam atq; accommodā esse. At qui diuitias amaret, auroq; delectaretur, prætereà purpura atque potentia felicitatem metiretur, qui & libertatem nunquam gustasset, cùm seruitute enutritus esset, aut qui voluptati toto animo incūbens, huic vni inseruire atq; obsequi statuisset, amans epularū ac mensæ opiparè instructæ, indulgens

φίλος δὲ πότων, καὶ ἀφροδισίων, ἀνάπλεως γοητείας, καὶ ἀπάτης, καὶ ψευδολογίας, ἢ ὅστις ἀκούων τέρπεται κρουμάτων τε, καὶ τερετισμάτων, καὶ διεφθορότων ἀσμάτων, τοῖς δὴ τοιούτοις πρέπειν τὴν ἐνταῦθα διατριβήν. μεσταὶ γὰρ αὐτοῖς τῶν φιλτάτων πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δὲ ἀγοραί. πάρεστι δὲ πάσαις πύλαις τὴν ἡδονὴν καταδέχεσθαι, τοῦτο μὲν δι' ὀφθαλμῶν, τοῦτο δὲ δι' ὤτων τε καὶ ῥινῶν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ λαιμοῦ, καὶ δι' ἀφροδισίων, ὑφ' ἧς δὲ ῥεούσης ἀγννάῳ τε καὶ θολερῷ ῥεύματι, πᾶσαι μὲν ἀνευρύνονται ὁδοί, συνεισέρχεται γὰρ μοιχεία, καὶ φιλαργυρία, καὶ ἐπιορκία, καὶ τὸ τοιοῦτο φῦλον τῶν εἰδονῶν· παρασύρεται δὲ τῆς ψυχῆς ἐποκλυζομένης πάντοθεν, αἰδὼς, καὶ ἀρετὴ, καὶ δικαιοσύνη. τῶν δὲ ἔρημος ὁ χῶρος γενόμενος, δίψης ἀεὶ πιμπλάμενος, ἀνθεῖ πολλαῖς τε καὶ ἀγείαις ἐπιθυμίαις.

τοιαύτην

indulgens vino ac rebus venereis, plenus præstigiarum, deceptionis atq; mēdacij, aut rursum qui delectaretur audiendo citharārum sonitus, aliorumq; instrumentorum lasciuos crepitus, gauderetq; cantilenis perditis & eneruatis: talibus videlicet hominibus conuenire loci huius consuetudinem. Ibi enim rerū charissimarum ipsis, omnes plateas, omniaq; fora referta esse: ac licere ipsis omnibus quasi portis voluptatem recipere, partim quidem per oculos, partim autem per aures & nasum, partim etiam per gulam & per venerea: qua prætereà fluente perenni ac turbulento quodam flumine, omnes, inquit, viæ complanantur. Siquidem in vnum conueniunt & adulterium & auaritia, & periurium, & id genus reliquum voluptatū. Relaxatur autem atque auertitur, animo submerso atq; obruto vndique, omnis vere cundia, & virtus, & iustitia: quibus locus ille desertus & vacuus redditur; siti aūt semper impletus, suppullulat multis ac feris cupiditatibus.

τοιαύτην ἀπέφαινε τὴν πόλιν, καὶ τοσούτων διδάσκαλον ἀγαθῶν. ἔγωγ' οὖν, ἔφη, ὅτε τὸ πρῶτον ἐπανήειν ἀπὸ τῆς ἑλλάδος, πλησίον που γενόμενος, ἐπιστήσας ἐμαυτὸν, λόγον ἀπῄτουν τῆς δεῦρο ἀφίξεως, ἐκεῖνα δὴ τὰ τοῦ Ὁμήρου λέγων· Τίπτ' αὖ, ὦ δύστηνε, λιπὼν φάος ἠελίοιο, τὴν ἑλλάδα, καὶ τὴν εὐτυχίαν ἐκείνην, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, ἤλυθεν ὄφρα ἴδῃς τὸν ἐνταῦθα θόρυβον, συκοφάντας, καὶ προσαγορεύσεις ὑπερηφάνους καὶ δεῖπνα καὶ κόλακας, καὶ μιαιφονίας, καὶ δραθηκῶν προσδοκίας, καὶ φιλίας ἐπιπλάστους; ἤ τι καὶ πράξειν διέγνωκας, μήτ' ἀπαλλάττεσθαι, μήτε χρῆσθαι τοῖς καθεστῶσι δυνάμενος; οὕτω δὴ βουλευσάμενος, καὶ καθάπερ ὁ ζεὺς τὸν Ἕκτορα ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων φασίν, ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ, τολοιπὸν οἰκουρεῖν εἰλόμην, καὶ βίον τινὰ τοῦ γυναικώδη, καὶ ἄτολμον

Ac talem quidē describebat mihi vrbem, taliumq; magistram bonorū. Ego itaq; inquit, quando primū ex Græcia reuersus fueram, atq; ista iam propiùs aspiciebā, reuocans me ipsum, & quasi verbis cōpellans, rationē poscebā aduentus huc mei, Homerica illa videlicet mecū ipse dictans:[t] Cur aūt infelix deserto lumine Phœbi (Græcia nempe, & felicitate illa, atq; etiā libertate) Venisti? vt videas loci huius tumultus, sycophantas videlicet, salutationes superbas, cœnas, adulatores, homicidia, testamentorum expectationes, & amicitias simulatas? Aut quid tādem facere decreuisti, cùm neq; discedere hinc, neq; consuetis & inueteratis hisce vti possis? Hoc igitur pacto mecum ipse consultans, & [u] quemadmodum Iupiter Hectorem illum, ita meipsum è telis, vt dicitur, subducens, eq; hominum cæde atque tumultibus, eq; cruore, decæterò domi continere me statui: atque hanc muliebrem quandam vitam, & timidam

μον ὃις ποθοῖς λοιδοωῖα προτιθέμενον, αὐτῇ φιλοσοφίᾳ καὶ πλάτωνι καὶ ἀληθείᾳ πρόσεστι λόγῳ. καὶ ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐν θεάτρῳ μετεώρῳ ἐπισκοπῶ τὰ γιγνόμενα, τὸ μὲν ποθεῖν ψυχαγωγίαν καὶ γέλωτα παρέχειν δυνάμενα, τὸ δὲ ἐπαρᾶν ἀνδρὸς ὡς ἀληθῶς βεβασανισμένου. εἰ γὰρ καὶ κακῶν ἔπαινον ἀπεῖναι, μὴ τοσάδε μείζονα τινὰ γυμνάσιον ἀρετῆς. καὶ τῆς ψυχῆς δοκιμασίαν ἀληθεστάτην τῆς δὲ πόλεως, καὶ ἐνταῦθα δοκεῖ βῆς. εἰ γὲ μικρὸν ἀντισχεῖν δεήσεται πρὸς ἐπιθυμίας, δεδεμένοις ἢ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι πάνδεσιν ἕλκουσι, καὶ ἀνιαμβανομένοις. ἀλλ' ἀτεχνῶς δεῖ ὀδυσσέα μιμησάμενον, παρα πλεῖν αὐτὰ, μὴ διαμένοντα ὧν χεῖρε· δεινὸν γὰρ· μηδὲ τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενον, ἀλλ' ἀκούοντα, καὶ κηλούμενον, καὶ ἀληθῶς ὑπερφανον.

dam pleriſq; viſam, proponens mihi, cum ipſa philoſophia, Platone & veritate colloquium habeo. [x] Ac me ipſũ quaſi in quodã amplo ac populoſo theatro collocans, ex ſublimi admodũ inſpicio atq; contemplor ea quæ geruntur: quæ partim eiuſmodi ſunt, vt multum delectationis ac riſum exhibere poſſint: partim etiam, vt virum verè cõſtantem ac firmũ tentare ac labefactare aliquo modo queant. Nam ſi malorũ quoq; encomium aliquod dicere conuenit, ne credas maiorem vllam virtutis palæſtram eſſe, aut veriora uſquam animorũ experimenta fieri, quàm in hac ciuitate, & in ea qua hîc viuitur cõſuetudine. Neq; enim parũ eſt reſiſtere tot quidem cupiditatibus, tantis autem ſpectaculis atq; aurium illecebris vndique attrahentibus ac detinentibus: ſed oportet omnino Vlyſſis exemplo præternauigare illa, nõ quidem ligatis manibus, vt ille (nam hoc formidoloſum foret) neq; etiã auribus cera obturatis, ſed audientem atq; liberũ, & verè animum ſupra hæc elatum habentem

ἔνεστι δὲ καὶ φιλοσοφίαν θαυμάσαι, παραθεωροῦντα τὴν τοσαύτην ἄνοιαν, καὶ τὸν τῆς τύχης ἀγαθῶν καταφρονεῖν, ὁρῶντα ὥσπερ ἐν σκηνῇ καὶ πολυπροσώπῳ δράματι, τὸν μὲν ἐξ οἰκέτου δεσπότην ποιόντα τὸν δ' ἀντὶ πλουσίου πένητα, τὸν δὲ σατράπην ἐκ πένητος, ἢ βασιλέα· τὸν δὲ φίλον τούτου, τὸν δὲ ἐχθρὸν, τὸν δὲ φυγάδα. τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὅτι καί τοι μαρτυρουμένης τῆς τύχης παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ὁμολογούσης μηδὲν αὐτῶν εἶναι βέβαιον, ὅμως ταῦθ' ὁσημέραι βλέποντες, ὀρέγονται καὶ πλούτου, καὶ δυναστείας. καὶ μεστοὶ περιιᾶσι πάντες, οὐ γιγνομένων ἐλπίδων. ὃ δὲ δὴ, ἔφην, ὅτι καὶ γελᾷν ἐν τοῖς γιγνομένοις ἔνεστι, καὶ ψυχαγωγεῖσθαι, τοῦτο ἤδη τοι φράσω. πῶς γὰρ οὐ γελοῖοι μὲν πλουτοῦντες αὐτοὶ, καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες, καὶ τοὺς δακτύ-

Y Licet autem & philosophiam mirari, conferendo cum illa tantam hominum amentiam, atq; stultitiam: bonaq; ista fortunæ contemnere, vbi aspexeris: velut in quadam scena, ac multiplici, pro personarum varietate, fabula: alium quidem ex seruo dominum prodire, alium autem ex diuite pauperem fieri: contrà alium ex paupere satrapram, aut regē: rursus alium amicum huius, alium inimicum: alium etiā exulem esse. Nam hoc certè vel grauissimum est, quòd licet fortuna ipsa testetur sese in humanis rebus ludere, fateaturq; nihil illarum certum ac stabile esse, nihilomius tamen quotidie ista aspicientes, & diuitias expetunt, & potentiam: ac pleni obambulant omnes earū rerum spe, quarum euentus nunquam sequatur. Quod autem videlicet dixi, quòd ei ridere ad hæc quæ alibi geruntur licet, atq; animum oblectare, illud tibi iam exponam. Quomodo enim non z ridiculi sint diuites ipsi, qui & purpuras suas spectandas exhibent, & digitorum

δακτύλους προτείνοντες, καὶ πολλὴν ἀκτηγοροῦντες ἀπειροκαλίαν; τὸ δὲ καινότατον, τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀλλοτρίᾳ φωνῇ προσαγορεύοντες, ἀγαπᾷν ἀξιοῦντες, ὅτι μόνον αὐτοὺς προσέβλεψαν οἱ δὲ σεμνότεροι, καὶ προσκυνεῖσθαι περιμένοντες, οὐ πόῤῥωθεν, οὐδ' ὡς πέρσαις νόμος, ἀλλὰ δεῖ προσελθόντα, καὶ ὑποκύψαντα, καὶ πόῤῥωθεν τὴν ψυχὴν ταπεινώσαντα, καὶ τὸ πάθος αὐτῆς ἐμφανίσαντα τῇ τοῦ σώματος ὁμοιότητι, τὸ σῆθος, ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν ζηλωτὸν καὶ περίβλεπτον τοῖς μηδὲ τούτου τυγχάνουσιν. ὁ δ' ἕστηκε, παρέχων ἑαυτὸν εἰς πλείω χρόνον ἐξαπατώμενον. ἐπαινῶ δέ γε ταύτης αὐτοὺς τῆς ἀπανθρωπίας, ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται. πολὺ δὲ τούτων οἱ προσιόντες αὐτοὶ καὶ θεραπεύοντες γελοιότεροι, νυκτὸς ἢ ἐξανιστάμενοι μέσης, περιθέοντες δὲ ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τῶν οἰκετῶν ἀποκλειόμενοι, κύνες,

digitorum annulos ostentant, & omnino multas præse ferunt ineptias? Quod autem omnium absurdissimum est, etiam obuios aliena voce salutant: & hoc quasi magno aliquo contentos esse volunt, si solum ipsos aspexerint. Quidam verò fastuosiores, adorari etiam cupiunt: non à longè, neque vt Persis mos est, sed necesse est propius accedentem, & sese incuruantē, animo à longè demisso & humiliato, illiusq; affectu etiam corporis similitudine declarato, pectus aut dexteram deosculari. quod sanè beatum atque spectabile videtur etiam ijs qui honorem hunc nunquam assequuntur. Ille verò stat in longum tempus, seipsum præbens decipiendum. Vbi & hanc illorum laudo A inhumanitatē, quòd neq; ore approbant, aut compellant. Cæterùm his multo ridiculi magis sunt ipsi sectantes atq; obseruātes, qui de media nocte surgentes circūcursant totā ciuitatē, & à seruis exclusi foribus,

λωῶν, καὶ κόλακας, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ὑπομένοντων. χάρας δ' ἂν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον, καὶ πολῶν αἴτιον συμφορῶν ἐν ᾧ, πόσα μὲν ἐμφαγόντων, πόσα δὲ παραγυάμνων ἐμπιόντων, πόσα δ' ὅρα οὐκ ἐρεῖν ἀπολαλήσαντων, ἢ μιμφόμενοι τὸ πλουτεῖον, ἢ διασφορδύντων ἀπίασιν, ἢ διαβάλλοντες τὸ δεῖπνον, ἢ ὕβρεις, ἢ μικρολογίαν ἐγκαλοῦντες. πλήρεις δ' αὐτῶν ἐμοιώτων οἱ συνοποί, καὶ πρὸς τοῖς χαμαιζυπέτοις μαχομένων, καὶ μιθ' ἡμέραν οἱ πλείονες αὐτῶν κατακλιθέντων, ἰατροῖς παρέχουσιν ἀφορμὰς πλείστας. ἔνιοι δὲ καὶ τὸ καινότατον, δεῖ νοσεῖν σχολάζουσιν. ἐγὼ μὲν τοι γε πολλῶν τῶν κολακευομένων ἐῶ πλείστους τοὺς κόλακας ὑπάρχειν, καὶ σχεδὸν αὐτοῖς ἐκείνους καθίστασθαι τῆς ὑπερηφανίας αἰτίους. ὅταν γὰρ αὐτῶν τὴν πλουσίαν θαυμάζωσι, καὶ τὸν χρυσὸν ἐπαινέσωσι,

canes, & adulatores, & ijs genus alia audire sustinent. Prima verò huius tam acerbæ circuitionis, ipsis onerosa illa, atq; multorũ malorũ causa, cœna est: in qua quidẽ illi quàm multa ingurgitantes, quàm multa aũt potantes, quàm multa etiam, quæ proloqui nõ decet, reprehendẽtes postremò, aut ægrè ferentes discedunt: & vel ipsam criminantur cœnã, vel cõtumeliam aut sordities accusant. Pleni aũt & angiportus sunt vomentibus ipsis, & circa vilissima quoq; proslibula depugnantibus. Et cõplures ipsorũ in multũ diem decumbentes: circumẽundi causam medicis præbent. Quidam enim (id quod absurdissimum est) neque ægrotando quiescunt, aut otium ducunt. [b] Ego verò multa adulatores ipsos magis perditos esse, quam quibus adulantur, existimo, & propemodũ autores illis existere superbiæ ac fastus istius. Nam cùm illorum opulentiã & rerũ omnium abundantiã admirantur, aurum laudibus extollunt,

σωσι, καὶ τὰς πυλῶνας ἕωθεν ἐμπλήσωσι, καὶ προσελθόντες ὥσπερ δεσπότας προσείπωσι, τί καὶ φρονήσειν ἐκείνους εἰκός ἐστι; εἰ δέ γε κοινῷ διόγματι καὶ πρὸς ὀλίγον ἀπέσχοντο τῆς δεῖ τῆς ἐθελοδουλείας, οὐκ ἂν οἴει τοὐναντίον αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πτωχῶν δεομένους τοὺς πλουσίους, μὴ ἀθέατον αὐτῶν μηδ' ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλιπεῖν, μηδ' ἀνόνητόν τε καὶ ἄχρηστον τῶν τραπεζῶν τὸ κάλλος, καὶ τῶν οἴκων τὸ μέγεθος; οὐ γὰρ οὕτω τῶν πλουτεῖν ἐρῶσιν, ὡς τοῦ δὲ τῶν πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι. καὶ οὕτω δὲ ἔχει μηδὲν ὄφελος εἶναι περικαλλοῦς οἰκίας τῶν οἰκοῦντι, μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι. ἐκρῆν οὖν ταύτῃ τοι καταιρεῖν αὐτῶν, καὶ ἀπενωνίζειν τὴν δυναστείαν, ἐπιτειχίσαντα τῶν πλούτῳ τὴν ὑπεροψίαν. νῦν δ' λατρεύοντες, εἰς

lunt, vestibula manè complent, & accedētes ipsos quasi dominos appellant: quid quæso etiā cogitare illos cōsentaneū est? c Quòd si verò cōmuni decreto vel paululū modò abstinerent ab hac voluntaria seruitute, an nō putas è diuerso ipsos diuites ad fores pauperū atq; mendicorum vēturos esse, vltrò rogantes ne ignobilem atq; obscuram, & quasi absq; teste latentē ipsorum felicitatem relinquerent: néve paterentur vt inutilem, & ab omni vsu remotam & mensarum pulchritudinem, & domorū magnitudinem perire? Neq; enim sic ipsas diuitias amāt, vt propter diuitias beatos atque felices sese existimari. Atque ita sanè res habet, vt nulla sit vtilitas possidenti, neque pulchrarum ædium, neque auri, neque eboris, nisi sit qui illa admiretur.

Oportebat igitur tali aliqua via diminuere ipsorum existimationem, & extenuare potentiam, obijciendo, & quasi propugnaculum aliquod opponendo diuitijs, despicientiam istā atq; contemptum: nunc verò colendo contrà & obseruando,

ἐς ἀπόνοιαν ἄγουσι. καὶ τὸ μὲν ἄνδρας ἰδιώτας, καὶ ἀναφανδὸν τὴν ἀπαιδευσίαν ὁμολογοῦντας τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, μετριώτερον ἂν εἰκότως νομισθείη. τὸ δὲ καὶ τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων, πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν, τὸ τ' ἤδη τὸ δεινότατόν ἐστι. πῶς γὰρ οἴει τὴν ψυχὴν διατεθεῖσθαί μοι, ὅταν ἴδω τούτων τινὰ μάλιστα τῶν πεβεβηκότων ἀναμεμιγμένον κολάκων ὄχλῳ, καὶ τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφοροῦντα, καὶ τοῖς ἐπὶ τὰ δεῖπνα παραγγέλλουσι κοινολογούμενον ἐπισημότερον δὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ σχήματος ὄντα, καὶ φανερώτερον; καὶ ὃ μάλιστα ἀγανακτῶ, ὅτι μὴ καὶ τὴν σκευὴν μεταλαμβάνωσι, τὰ ἄλλα γε ὁμοίως ὑποκρινόμενοι τοῦ δράματος. ἃ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάζονται, τίνι τῶν κολάκων εἰκάσομεν; οὐκ ἐμφοροῦνται μὲν ἀπειροκαλότερον, μεθύσκον-

ad stultitiam atq; amentiam illos adducũt: atq; homines quidem indoctos, & ignorantiam manifestè confitentes, huiusmodi factitare, tolerabilius meritò existimetur, D at verò eos qui philosophari quoq; se simulant, multò etiam ineptiora his, magisq; ridicula facere, illud tandem omnium grauissimum est. Quomodo enim me putas animo affectũ esse, quoties video istorum aliquẽ, maximè eorũ qui ætate prouecti sunt, adulatorum turbis immisceri: & illorum aliquem, qui honores gerunt, satellitum modo deducere atq; sectari: deinde & cum ijs qui ad cœnam vocare solent, colloquia serere, insigniorem autem, magisq; conspicuum cæteris ob ornatum & habitum esse? e Quod vel maximè indignari soleo, quòd nõ itidem personam ac habitum mutant, cùm vtiq; quod ad cætera attinet, eodem modo fabulam agant. Nam quæ in conuiuijs operantur cui quæso adulatorũ illa comparabimus? An non replentur cibo, multo quàm cæteri minore modestia?

f Annón

μεθύσκουσι ἢ φανερώτερον, ἐξανίστανται ἢ πάντων ὕστατοι, πλείω ἢ ἀφ' ἑαυτῶν ἄμων ἀξιοῦσιν, οἱ ἢ ἀσθότατοι πομάκις αὐτῶν ἡδέως ἂν προύχθησαν, ἡ ταῦτα μὴ ὅμως γελοῖα ἦν ἐδόκει. μάλιστα ἢ ἐμέμνητο τῶν ἐπὶ μισθῷ φιλοσοφούντων, καὶ πολὺ ἀρίστῳ ὄντι ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προλιθόντων ἐργαστήρια καπηλεῖα τὰς τέχνας διδάσκειν καὶ καπηλεύειν τὰς τέχνας διδάσκειν. ἐξῆν γὰρ ἢ πλέον καταφρονεῖν διαλέγονται, πρῶτον ἐναυτῷ παρέχειν ὑψηλότερον λῆμμάτων. ἀμελεῖν ἡ πράττων ταῦτα διετέλει, ὃ μόνον προῖκα τοῖς ἀξίοις συνδιατρίβων, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν, καὶ πάσης πλεονεξίας καταφρονῶν. τοσοῦτος δέον ὀρέγεσθαι τοῦ ὀφλημα προσαιτοῦντα, ὥστε μηδὲ τοῦ ἑαυτοῦ φθειρομένων ποιεῖσθαι πρόνοιαν. ὅς γε καὶ ἀγρὸν ὀπόρρω τῆς πόλεως ἐκτημένος, ἐδεῖ ἐπιβῶσαι αὐτοῦ πολλῶν ἐτῶν ἀξίωσεν, ἀλλ'

F Annon inebriantur magis quàm alij manifestè? à cõuiuio aũt surgunt omniũ vltimi: deinde & plura alijs auferre secũ volunt: si qui verò ipsorum vrbaniores paulò sunt, sæpenumerò etiã cantare incipiũt? Atq; hæc quidẽ pro ridiculis ille cẽsebat. Præcipuè verò etiam eorum mentionem faciebat, G qui pacta mercede philosophãtur, virtutẽq; ipsam venalem tanquã de foro proponunt. Ergastula igitur & cauponas illorũ scholas vocabat. Censebat enim, eum qui diuitias cõtemnere alios docere vellet, principiò seipsum lucris & quæstu superiorem gerere debere: H quoniam & ipse reuera talia agebat, non solùm gratis conuersando ac differendo cũ volentibus, sed & indigentibus necessaria subministrando, omnẽq; omnino diuitiarum abundantiam contemnendo. Ac tantum aberat ab expetendo ea quæ ad ipsum nihil spectabant, vt ne suarum quidẽ rerum, quæ illi interim corrumpebantur, curã aliquam gereret, vt qui & agrum quem non procul ab vrbe habebat, multis iam annis ne inuisere quidẽ dignatus fuerit.

Quin

ἀπ' ἀρχῆς τοῦτ' οἶμαι διάνοια
φῆς, ὅτι τῶν μὲν φύσει δυνάτων
ἐσμὲν κύριοι, νόμῳ δὲ καὶ διαλοχῇ τῶν χρωμένων αὐτοῖς ἐπὶ
τοσοῦτον παραλαμβάνουσιν, ὁπόταν
χρόνιοι δεσπόται νομιζόμεθα· διὰ δὲ
ἡ προθυμία παρέλθῃ τινὰ καιρὸν παραλαβοῦσα, ἀφαιρεῖται τὸν ὀνόματον. ὁ μικρὰ δὲ ἡμῖν παρέχει τοῖς βουλομένοις εὐθέλοσι παραδείγματα, τὴν τροφῆς τὸ ἀπέριττον, καὶ τὴν γυμνασίων τὸ ἄμμιτρον, καὶ τὴν προσώπου τὸ αὐθέσιμον, καὶ τὴν ἐσθῆτος τὸ μέτριον, ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις τὴν διανοίας τὸ ἁρμοσμένον, καὶ τὸ ἄμετρον τὰ πρόπαν. παρήνει δὲ τοῖς συνοῦσι μὴ ἀναβάλλεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ τοὺς πολλοὺς ποιεῖν, προθυμίας δεισομένους ἑορτὰς, καὶ πανηγύρεις, ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους τῆς μὴ ψεύσασθαι, καὶ τὰ δέοντα ποιήσαν. ἄξιον

Quin & principiò neq; suum esse illum cõstituebat: illud, opinor, distinguens ac disputans, quòd natura quidem istarum rerum nullius dominisumus: lege autem & per successionem vsum earũ in tempus incertum acquirentes, temporanei seu momentanei possessores habemur: ac posteaquam terminus ille constitutus præterierit, tunc rursum alius easdem à nobis accipiens, nomine illo fruitur. Non parua autem etiam illa præbent imitari volentibus exempla, victus scilicet frugalitas, exercitiorum iustus modus, personæ ipsius venerabilitas, & vestitus mediocritas, & super omnia hæc aptum ad omnia mentis attemperamentum, morumq; facilitas. [i] Monebat autem eos qui cum eo versabantur, ne cunctarentur, aut in certos dies extraherent bene aliquid facere, id quod multi solerent: præsimientes sibi velut diem aliquam constitutam, aut festiuitates sacrorum, aut solennes conuentus, tanquã ab illis auspicaturi mendacia vitare, & conuenientia facere. Volebat enim

ἐξ ἀμελείας ἐν τῷ πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῷ. ἅμα δὲ καὶ ἐκ τοῦ τὴν ἀπὸ τοιούτων καταγνωσκὼς φιλοσόφων, οἳ ταύτην ἄσκησιν ἀρετῆς ὑπελάμβανον, ἐκ τοσαύτης ἀνάγκης καὶ πόνους τοὺς νέους ἀπὸ τέχνης καταγυμνάσασι τοῦ μὴ δεῖν οἱ τοσοῦτοι ἐκπονοῦντες, ἄλλοι δὲ μαστιγοῦντες· οἱ δὲ χαλεπωτέροις, καὶ σιδήρῳ τὰς ἐπιφανείας αὐτῶν καταξύοντες. ἦν δὲ χρῶμα πολὺ πρότερον ἐν τοῖς ψυχαῖς τὸ σκληρὸν τοῦτο καὶ ἀπαθὲς καταστῆσαι, καὶ τὴν ἄκεστα παλαιὰν ἀνθρώπου πεπαρμένον, τοῦτο μὲν ψυχῆς, τοῦτο δὲ σώματος, τοῦτο δὲ ἡλικίας τε καὶ τῆς πρότερον ἀγωγῆς ἐνδιαθεῖναι, ἵνα μὴ τὰ παρὰ δύναμιν ἐπιτάττων ἐλέγχηται. πολὺς γοῦν καὶ τηλικοῦτον ἔφασκεν οὕτως ἀλόγως ἐπιτιθέντας. ἵνα δὲ καὶ αὐτὸς ἕλοι, ὃς καὶ γεύσαιμι τῶν παρ' ἐκείνοις κακῶν, ἐπιδεικνύμενος

enim liberũ & ab omni cunctatione remotum esse illũ ad honesta impulsum, ac mentis impetum. Manifestò aũt apparebat, quòd & tales philosophos damnabat, qui virtutis meditationẽ eam putabant, si multis necessitatibus atq; laboribus adolescẽtes resistere, exercitatione ac vsu assuefeciſſent. Atq; ob id multi ligare atq; vincire se iubebant, alij cutẽ flagellis verberabant. Qui verò elegantiores paulò erant, etiam ferro superficiem corporis radebant. Putabat enim ille multò prius in animis duritiem istam & firmitatem contra dolores ac perturbationes parandam esse. Et qui optimè instituere atque erudire homines vellet, partim animi, partim corporis, partim etiam ætatis, & priorũ educationis rationem atque

obseruationem quandam habere debere : vt ne ea quæ vires excederent, imponendo, reprehensionem incurreret. Multos itaque & mortuos ex eo esse dicebat, dum præter rationem ita supra vires intenderentur. Vnum autem etiam ipse vidi, qui cùm iam ea apud illos mala degustasset, quamprimùm

veros

χισπαλόγων ἀληθῶν ἐπήκοος ἦν, ἀμυαδρεπὴς φεύγων, ὡς αὖθ' ἁφικτὸς, ὡ δῖλος ἰὼν ῥᾷον διεκέμφθ' ἥδιον ἢ τότων ἀφεσὰς, ἅτερ ἄλλων αὖθις ἀνθρώπων ἐμέμνητο, ὡ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διηγέῖτο, ὡ τὸν ὠθισμὸν αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὸν ἱππόδρομον, ὡ τὰς τῶν ἰδιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα, καὶ τὰς ἐν ὁδῖς στενωποῖς περὶ τότων διαλόγους. πολλὰ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἦν ἐπιμανία, καὶ πολλῶν ἥδιν σπουδαίων ἐὖν δοκούντων ἐπέληπλα. μετὰ δ' ταῦτα, ἐπέρα δράμα τ' ἤπλετο τ ἀμφὶ τὼ νικυΐαν τε καὶ διαθήκας διαλιπαλομένων, προσθεὶς ὅτι μίαν φωνὴν οἱ ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον πείσεται, τὼ ἐν τοῖς διαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀφαιρῶσι τῆς σφετέρας ἀληθείας. ἃ δὴ καὶ μεταξὺ λέγοντος ἀυτοῦ γελᾶν προὐχώρει, ὅτι

veros sermones veramq; doctrinam audiuit, irreuocabili cursu aufugiens inde, ad ipsum peruenit, videbaturq; multò quàm antea quietiore animo esse. Iam verò digrediens ab istis, aliorum rursus hominum mentionem faciebat, persequendo verbis & eos qui in vrbe fiunt tumultus, & quo pacto alij ab alijs impelluntur. Prætereà & theatra, & circum, & equestres statuas, & equorum ipsorum nomina, deq; ijs ipsis in angiportis colloquia. Multa enim reuera equorum passim ibi insania est. Iam & multos eorum qui pro studiosis ac grauibus habentur, reprehendebat. Post hæc autem quasi alteram fabulæ partem attingebat, notando ea quæ circa funera mortuorum & testamenta agitantur: hoc addens, quòd vnam hanc vocem Romanorum pueri per omnem ætatem veram emittant, eam intelligens quæ in testamentis vsurpatur, qua petunt ne à sua veritate depellantur. Illa verò etiã interea cùm ab eo dicerentur, risu prosequi coactus sum, quòd

ὅτι καὶ συγκατορύττεσθαι ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι τὰς ἀμαθίας, καὶ τῷ ἀναγκαίαν ἔγγραφον ὁμολογοῦσιν, οἱ μὲν ἐσθῆτας ἑαυτοῖς ἐνδύσασθαι συγκαταφλέγεσθαι τῶν παρὰ τὸν βίον τιμίων, οἱ δὲ καὶ παραμένειν τινὰς οἰκέτας τοῖς τάφοις, ἔνιοι δὲ καὶ σίφειν τὰς σήλας ἄνθρωπον, ἀνάθεσ ἔτι καὶ παρὰ τῷ τελευτῶντι δεδιμένους. ἀκάλαμον ἂν ἀξιοῖ τι πεπρᾶσθαι τούτοις παρὰ τὸν βίον, εἰ τοιαῦτα περὶ τῶν μετὰ τὸν βίον ἐπισκέπτοι. τούτους γὰρ εἶναι τοὺς τὸ πολυτελὲς ὄψον ἀναμένους, καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετὰ μύρων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας, τοὺς μέσα χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν, καὶ τὸ παράκαιρον ἀγαπῶντας, τὸ δὲ ἐν καιρῷ, καὶ κατὰ φύσιν, ὡς οὐτιλὲς ὑπερφανοῦντας. τούτους εἶναι τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας, ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν, ὅτι μὴ δι' ἡδονὴν ἴσασι τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ

quòd & secum sepeliri ignorantiã suam velle eos aiebat, & stultitiã suam apertè scripto etiam testari, dum alij vestes, quibus in vita preciosioribus vsi sunt, K cõburere eosdem rogo secũ mandant: alij autem & seruos certos ad sepulchra adstare, rursum alij cippos siue columnas quoque coronari sertis præcipiunt, stolidi videlicet etiam in ipsa morte manentes. Coniecturã igitur inde fieri volebant, inquit, L quid in vita ab illis actum sit, quando talia de ijs quæ post mortem secutura sint, testamentis mandant. Hos enim illos esse, qui preciosa ac chara obsonia emere solent, vinumq; in conuiuijs cum plausu & odoribus effundunt: qui media etiam hyeme opplentur rosis, raritatemq; illarum & intempestiuum amant: illud autem quod suo tempore & secundum naturam fit, pro vili & abiecto fastidiunt. Hos illos esse, qui & vnguenta bibunt: quo nomine vel maximè eos carpebat, quòd ne vti quidem cupiditatibus scirent,

sed

ἀπὸ μὲν ταύτης παρανομῶ-
σι, καὶ τοὺς ὄρνις συγχέουσι, πάνυ δὲ
μὴν τῇ πρυφῇ παραλόγως αὐτ-
τὰς ψυχὰς παλεῖν, καὶ τοῦτο δι' τὸ
ἐν τοῖς τραγῳδίαις τι καὶ κω-
μῳδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ πα-
ρὰ θύραν ἀσθιαζόμενοι, ὅλοι-
dinem age. *Tu verò fode ita vt facis. Tu interim thesaurum sub ligonem adducito. Audiet enim, si tu accersiueris.* TI. *Parendum est, Mercuri, rursusq; ditescendum. Quid enim facias, quum dij compellant? tamen vide in quas turbas me miserum cõijcies: qui quidem quum ad hunc vsq; diem felicissimè vixerim, tantum auri repentè sum accepturus, nihil commeritus mali, tantumq; curarum suscepturus.* MER. *Sustine Timon mea gratia, tametsi graue est isthuc, atque intolerandum, quò videlicet palpones illi præ inuidia rumpantur. Ego porrò superata Aetna, in cœlum reuolauero.* PLV. *Abijt ille quidem, sicut apparet: nam ex alarum remigio facio coniecturam. Tu verò hic operire: siquidem digressus Theusaurum ad te transmittam. sed feri fortius. Tibi loquor auri thesaure, Timoni huic audiens esto, offerq; temet eruendum. Fode Timon, altius impingens.*

ἐγὼ δ' ὑμῖν ἀποχήσομαι. Τί. ἄγε δή, ὦ Λίκυμνα, νῦν μοι ἐπίρρωσον σαυτὸν, καὶ μὴ καμνήσῃς τῷ βάθους τὸν θησαυρὸν ἐς τοὐμφανὲς πρὸ καλουμένου. ὦ Ζεῦ τράπεζα, καὶ φίλοι Κορύβαντες, καὶ ἑρμῆ Δρόμιε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτος; ἢ που ὄνος τις ὑπὸ τοῦτο δὴ Λιδίαν γοῦν, μὴ ἄνθρακας ὑφ' ἁμαξῶν ἐφόρμουν. ἀπὸ μὲν χρυσίον δῆτα ἐπίσημον, ὑπέρυθρον, βαρύ, καὶ τῇ πρόψει ἡδύ. ὦ χρυσὲ, ἀξίωμα κάλλιστον βροτοῖς. ἀνθόμμυον γὰρ πῦρ ἄτε ἀστραπὴ καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν. ἐλθὲ, ὦ φίλτατε, καὶ ἐρασμιώτατε. νῦν πάνυ μάγε καὶ Δία ποτὲ χρυσὸν. τίς γὰρ ἂν παρθένος ἀναπλασμοῖς τοῖς κόλποις ὑποδέξαιτο ὕτω καλὸν ἐρασθὲν ἀφ' ὑψηλοῦ καταῤῥέοντα; ὦ Μίδα, καὶ Κροῖσε, καὶ τἄλλα ἀνάθεμα, ὡς ἐδόκουν ἄρα τι ὡς πρὸς Τίμωνα, καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον, ὃν οὐδὲ βασιλεὺς ὁ Πρσῶν ἴσος.

ὦ Λίκυλ-

Cæterùm ego à vobis digredior. TIM. Age iam, ô ligo, nunc mihi tuas vires explica, neque defatigere dum ex abdito Thesaurum in apertum euocaris. Hem prodigiorum auctor Iupiter, amici Corybantes, Vaclucrifer Mercuri, vndénam auri tantum? Num somnium hoc est? Metuo ne carbones reperturus sim experrectus. Atqui aurum profectò est insigne fuluum, graue, & aspectu multo iucundissimum. Pulcherrima aurum faustitas mortalibus: quippe quòd ignis in morè ardes, noctesq; & dies renides. Ades ô mihi charissimum desideratissimumq;. Nunc demum credo vel Iouem ipsum olim aurũ esse factũ. XEtenim quæ tàdem virgo nõ exporrecto sinu vsque adeò formosum amotorẽ excipiat per tegulas illapsum? O Mida Crœsèq, ac munera Delphico in templo dicata, vt nihil cratis, si cum Timone, cumq; Timonis opibus conferamini; cui ne Persarũ quidem rex par est.

Ligo,

ὦ δίκελλα, καὶ φιλτάτη διφθέρα, ὑμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι καλόν. αὐτὸς δὲ ἤδη πᾶσαν πειαίμενος τὴν ἐσχατιὰν, πυργίον οἰκοδομησαίμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ, μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐνδιαιτᾶσθαι, τὸν αὐτὸν καὶ ταφὸν ἀρθανὼν ἔξειν μοι δοκῶ. δεδόχθω δὲ ταῦτα, καὶ νενομοθετήσθω πᾶς τὲ ἐπίλοιπον βίον, ἀμιξία πᾶς ἅπαντας, καὶ ἀγνωσία, καὶ ὑπεροψία. φίλος δὲ ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ ἐλέου βωμὸς ὕθλος πολὺς· καὶ τὸ οἰκτεῖραι δακρύοντα, ἢ ἐπικουροῦσαι δεομένῳ, πρᾶνομία, καὶ καταλύσις τῶν ἐθῶν. μονήρης δὲ ἡ δίαιτα, καθάπερ τοῖς λύκοις. καὶ φίλος εἰς Τίμων. οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἐχθροὶ, καὶ ἐπίβουλοι, καὶ τὸ πρὸς μιλῆσαί τινι αὐτῶν, μίασμα. καὶ εἴ τινα ἴδω μόνον, ἀπρὸς ἡ ἡμέρα, καὶ ὅλως ἀνδειάντων λιθίνων, ἢ χαλκῶν, μηδὲν ἡμῖν δαφρέτωσαν, καὶ μήτε κήρυκα δεχόμεθα παρ' αὐτῶν, μήτε σπονδὰς σπενδώμεθα. ἡ ἐρημία δὲ ὅρος ἔστω πᾶς αὐτούς. φυλέ-

O ligo & sagum charissimũ, vos huic Pani suspendi commodum est. At ego quam maximè semotum mercatus agrum, turriculaq; seruandi auri gratia constructa, vni mihi affatim vixero: sepulchrum itē inibi mihi defuncto parare est sententia. Hæc igitur decreta sunto, placitaq; in reliquum vitæ: seiunctio, ignorantia, fastidiũ erga mortales omneis. Porrò amicus, hospes, sodalis, aut ara misericordiæ, meræ nugæ. Tum cōmiserari lachrymantem, suppeditare egentibus, iniquitas, ac morũ subuersio: at vita solitaria, qualis est lupis, vnus sibi amicus Timon, cæteri omnes hostes, & insidiarum machinatores. Cùm horum quopiam congredi, piaculum: adeò vt si quem aspexero duntaxat, inauspicatus sit ille dies. In summa, non alio nobis habeantur loco, quàm signa saxea, æreâve: neque fœcialem ab illis missum recipiamus, neq; fœdera feriamus. Solitudo terminus esto. Cæterùm

φυλέται δὲ, καὶ φράτορες, καὶ δημόται, καὶ ἡ πατρὶς αὐτὴ, ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα, καὶ ἀνοήτων ἀνδρῶν φιλοτιμήματα. πλουτείτω δὲ Τίμων μόνος, καὶ ὑπερυραίτω ἁπάντων. καὶ τρυφαίτω μόνος καθ' ἑαυτὸν, κολακείας καὶ ἐπαίνων φορτικῶν ἀπηλλαγμένος. καὶ θεοῖς θυέτω, καὶ εὐωχείτω μόνος ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος ἐκσείων τἄλλων. καὶ ἅπαξ ἑαυτὸν δεξιώσασθαι δεδόχθω, ἢν δέῃ ἀπθανεῖν, καὶ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν. καὶ ὄνομα μὴ ἔστω ὁ μισάνθρωπος ἥδιστον. τὰ τρόπου δὲ γνωρίσματα, δυσκολία, καὶ τραχύτης, καὶ σκαιότης, καὶ ὀργὴ, καὶ ἀπανθρωπία. εἴ δέ τινα ἴδοιμι ἐν πυρὶ δαφθειρόμενον, καὶ σβεννύναι ἱκετεύοντα, πίττῃ καὶ ἐλαίῳ κατασβεννύναι. καὶ εἴ τινα τὰ χειμῶνος ὁ ποταμὸς πραφέρῃ, ὁ δὲ τὰς χεῖρας ὀρέγων, ἀντιλαβέσθαι δέκται, ὠθεῖν καὶ τοῦτον ἐπὶ κεφαλὴν βαπτίζοντα, ὡς μηδὲ ἀνακύψαι δυνηθείη· οὕτω γὰρ ἂν τὴν ἴσην ἀπλα-

tribules, cognati, populares, postremò patria ipsa, frigida quædam & sterilia nomina, stultorumq; mortalium gloriæ. Solus Timon diues esto: despiciat omnes: solus ipse se cùm oblectetur, liber ab assentationibus, & onerosis laudibus. Dijs sacra faciat, & epuletur solus: sibijpsi vicinus, sibi particeps, excutiens sese ab alijs. Ac semel decretum esto, vt vnus seipsum comiter accipiat, si moriendum sit, aut necesse habeat sibi ipsi coronam admouere. Nullumq; nomen sit dulcius, quàm Misanthropi, id est, hominum, osoris. Morum autem notæ, difficultas, asperitas, feritas, iracundia, inhumanitas. Quòd si quem conspexero incendio conflagrãtem, obtestantem quò restinguam, pice oleoq; restinguere. rursum si quem flumen vndis abstulerit, isq; manus porrigens, imploret vt retineatur: hunc quoq; demerso capite propellere, ne possit emicare: hunc ad modum par pari relatu-

ἀπλάβοιεν. εἰσηγήσατο τὸν νόμον Τίμων Ἐχεκρατίδης κολυττεὺς, ἐπεψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ Τίμων ὁ αὐτὸς, εἶεν. ταῦτα ἡμῖν δεδόχθω, καὶ ἀνδρικῶς ἐμμένωμεν αὐτοῖς. πλὴν ἀλλὰ περὶ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην ἅπασι γνώριμα πως ταῦτα γενέσθαι, διότι ὑπερπλουτῶ. ἀγχόνη γὰρ ἂν τὸ πρᾶγμα γένοιτο αὐτοῖς. καί τοι τί τοῦτο; φεῦ τοῦ ταύχους. πανταχόθεν συνθέουσι κεκονιμένοι, καὶ πνευσιῶντες, οὐκ οἶδα ὅθεν ὀσφραινόμενοι τοῦ χρυσίου. πότερον οὖν ἐπὶ τὸν παῖγον τοῦτον ἀναβὰς ἀπελαύνω αὐτοὺς τοῖς λίθοις ἐξ ὑπερδεξίων ἀκροβολιζόμενος; ἢ τόγε τοσοῦτον παρανομήσομεν, εἰσαπαξ αὐτοῖς ὁμιλήσαντες, ὡς πλέον ἀνιῶντο προρώμενοι; τοῦτο οἶμαι καὶ ἄμεινον. ὥστε δεχώμεθα ἤδη αὐτοὺς ὑποστάντες. φέρε ἴδω τίς ὁ πρῶτος αὐτοῦ οὗτός ἐστι; Γναθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ πρώην ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὀρέξας τὸν βρόχον, πίθους ὅλους παρ' ἐμοὶ πολλάκις ἐμημεκώς. ἀλλ' εὖ γε ἐποίησεν ἀφικόμενος, οἰμώξεται γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων.

Γν. οὐκ

relaturus est. Hanc legem Timon tulit Echecratides Colyttensis, & concionis subscripsit suffragijs idem ille Timon: Age hæc decreta sunto: hæc fortiter tueamur. Cæterùm magno emerim vt id omnibus innotescat, quòd opibus abundo: nam illa res illos præfocauerit. Sed quid illud? Hem, quæ trepidatio? Vndiq; concurrunt puluerulenti atque anheli, haud scio vnde aurum odorati. Vtrum igitur hoc conscenso colle saxis eos abigo, è sublimi deiaculans: an hac tantum in re legem violabimus, vt semel cum illis congrediamur, vt magis angantur fastiditi, repulsiq;? Ita satius esse duco. Itaque restemus, quo illos excipiamus. Age prospiciam. primus eorum iste quis est? Nempe Gnathonides adulator, qui mihi nuper cœnam petenti, funem porrexit, quū apud me sæpenumerò solida dolia vomuerit. Sed bene est quòd ad me venit: nam primus omnium vapulabit.

GNA.

Γνα. οὐκ ἐγὼ ἔλεγον, ὡς οὐκ ἐμελήσοσι Τίμωνι τῷ ἀγαθῷ ἀνδρὸς οἱ θεοί; χαῖρε Τίμων ὠμορφώτατε, καὶ ἥδιστε, καὶ συμποτικώτατε. Τί. νὴ καὶ σύ γε, ὦ Γναθωνίδη, γυπῶν ἁπάντων βορώτατε, καὶ ἀνθρώπων ἐπιτηδειότατε. Γνα. ἀεὶ φιλοσκώμμων σύ γε. ἀλλὰ πῦ τὸ συμπόσιον, ὡς λιπαρόν τι σοι ἄσμα τῶν νεοδιδάκτων διθυράμβων ἄκω ἰὼν μέλπω. Τί. καὶ μὴν ἐκεῖσε γε ἄγε μάλα πρὶν παθῶν ὑπὸ τούτου διακναῖσαι. Γνα. τί τοῦτο; πάσεις ὦ Τίμων; μὴ βρόμον, ὦ Ἡράκλεις. ἰὼ, ἰώ. πολεμοῦμαί σε φάσματος εἰς Ἄρειον πάγον. Τί. καὶ μὴν ἂν γε μικρὸν ἐπιβραδύνῃς, φόνος τάχα πολεμικὴν μετ. Γναθ. μηλαμῶς, ἀλλὰ σύ γε πάντως τὸ φάρμακον ἴασαι, μικρὸν ἐπιπασθεὶς τοῦ χρυσίου. λαναῖς γὰρ ἴσχαμόν ὅτι τὸ φάρμακον. Τί. ἔτι μένεις; Γνα. ἄπειμι, σὺ δὲ οὐ χαρίσασ ὅτῳ σκαιὸς ἐκ χρυσοῦ γνόμην. Τί. τίς οὗτος ὅδε ὁ πεσὼν, ὁ ἀναφαλαντίας; Φιλιάδης

GNA. *An non dixi Timonem virum bonum non neglecturos esse deos? Salue Timon formosissime, iucundissime, conuiuator bellissime.* TIM. *Scilicet & tu Gnathonides, vulturum omnium edacissime, atq; hominū perditissime.* GNA. *Semper tibi grata dicacitas. Sed vbi compotamus? Nam nouam tibi adfero cantilenam ex his quos nuper didici dithyrambis.* TIM. *Atqui elegos canes admodum miserabiles, ab hoc docto ligone.* GNA. *Quid istuc? Feris ô Timō? Atteſtor, ô Hercules. Hei, hei: in ius te voco apud Areopagitas, qui vulnus dederis.* TIM. *Atqui si cunctere paulisper, mox cædis me reum ages.* GNA. *Nequaquam: quum tu planè vulneri medere, paululo auri muncto. Mirum enim in modum præsentaneum id est remedium.* TIM. *Etiā manes?* GNA. *Abeo. At tibi malè sit, qui quidem ex viro commodo ita sæuus factus sis.* TIM. *Quis hic est q accedit recaluaster ille? Philiades,*

Φιλιάδης, κολάκων ἁπάντων ὁ βδελυρώτατος. οὗτος δὲ τὸ παρ' ἐμοῦ ἀργὸν ὅλον λαβὼν, καὶ τῇ θυγατρὶ πεῖκα δύο τάλαντα μισθὸν ἐπαίνου, ὅτε ποτε ἀφικόμην, πάντων σιωπώντων, μόνος ὑπερεπήνεσεν, ἐπωμοσάμην δικαιότερον ἐν τοῖς λύκοις, ἐπεὶ νοσοῦντα πρόσθεν ἐθεράπευσα, καὶ πολλὰ ἐπικουρίας δεόμενον, πληγὰς ὁ γραῦς πεπονίτεται. ΦΙΛ. ὦ τῆς ἀναισχυντίας. νῦν Τίμωνα γνωρίζεις; νῦν Γναθωνίδης φίλος καὶ συμπότης; ζητοῦμεν δίκαια πέπονθεν οὗτος ἀχάριστος ὤν. ἡμᾶς δ' οἱ παλαιοὶ ξυνήθεις, καὶ ξυνέφηβοι καὶ δημόται, ὅμως μετριάζωμεν, ὡς μὴ ἐπιπλᾶν δοκῶμεν. χαῖρε, ὦ δέσποτα, καὶ ὅπως τοὺς μισοὺς ζόλους κόλακας φυλάξῃ, ζοὺς ἐπὶ τῆς τραπέζης μόνον τὰ ἄλλα δὲ λοιδόρους ὄντας ἀφίεντας, ἐκ ἔτι πιστεύειν τῶν νῦν ὄντων. πάντες ἀχάριστοι καὶ πονηροί. ἐγὼ δ' τάλαντόν σοι κομίσων,

Philiades, assentatorum omnium execratissimus. Hic cū à me solidum acceperit fundum, tum filiæ in dotem talenta duo, laudationis præmium, quum me canentem reliquis silentibus omnibus solus maiorem in modum extulisset, deierans me vel oloriuus magis canorum: ubi me pridem ægrotum conspexisset, (nam adieram oraturus vt mei curam ageret) plagas etiā egregius ille vir impegit. PHI. *O impudentiam: nunc demum Timonem agnoscitis: nunc Gnathonides amicus & conuiua. Enimuero habet ille digna se, quandoquidem immemor est, atque ingratus. At nos qui iam olim conuictores sumus, æquales ac populares: tamen modestè agimus, ne insilire videamur. Salue here. Fac vt istos adulatores sacrilegos obserues, qui nusquam adsunt, nisi in mensa: præterea à coruis nihil differunt. Neq; posthac huius ætatis mortalium vlli fidendum est, Omnes ingrati & sceleſti. At ego quum tibi talentum ad-*

ducerem,

μίζων, ὡς ἔχοις πρὸς τὰ διατιθέμενα χρῆσθαι, διαθεὶς ὁδόν τινα ἤδη πλησίον ἄκρας ὡς πλοίῳ ὑπερμιχθῆναι τινὰ πλοῦν. ἥκω διηγησόμενος ταῦτά σοι οὐ θεραπεύσων. καίτοι σύ γε ὅτῳ σοφὸς ὤν, δόξαις ἴσως διδάσκειν τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων, ὃς καὶ τῷ Νέστορι τὸ δέον παραινέσειας ἄν. Τίμ. ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλιάδη. πλὴν ἀλλὰ πρόσιθι, ὡς καὶ σὲ φιλοφρονήσομαι τῇ δεξιᾷ. Φι. ἄνθρωποι, διατί ἀχθόμενος ὑπὸ τοῦ ἀχθίστου, διότι τὰ συμφέροντα ἐνεθύμησεν αὐτόν. Τί. ἆλλος τρίτος οὗτος ὁ ῥήτωρ Δημέας προσέρχεται, ψηφισμάτων ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ, ὡς συγγενὴς ἐμοῦ φάσκων εἶναι λέγων. οὗτος ἐκκαίδεκα παρ' ἐμοῦ τάλαντα μιᾶς ἡμέρας ἐκτίσας τῇ πόλει, διατιθήσασθαι, καὶ ἀδικεῖσθαι, ἐπαχθὴς ἀπολούμενος, ἐλυσάμην αὐτόν, ἐπειδὴ πρόλιν ἐλαχεν ἡ Ἐρεχθηίδι φυλὴ λαγχάνειν τὸ θεωρικόν, ἀπιόντα ποθ' ὁδὸν ἀπαντήσαντά μοι, ἔπειτα γνωσθέντα πολίτην ὄντα μου. Δη. χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα

ducerem; quo posses ad ea quæ velles uti, in via accepite summas quasdam opes esse nactum. Proinde accessi his de rebus admoniturus te: quanquam tibi forsitan me monitore nihil erat opus, viro nimirum adeò prudenti, vt vel Nestori ipsi; si necesse est, consilium dare queas. TIM. Ita fiet Philiades. sed age accede, quò te ligone comiter accipiam. PHI. Viri, caput mihi comminutum est ab hoc ingrato, propterea quòd eum ea quæ in rem illius erant, admonui. TIM. Ecce tertius huc orator Demeas se recipit, tabulas dextra gestàs, aitque se mihi cognatum esse. Hic vnà die de meo Z sedecim talenta ciuitati dependit: nam damnatus erat, ac vinctus. at quū soluendo non esset, ego misertus illum redemi. Porrò quum illi sorte obuenisset, vt Erechtheidi tribui distribueret ærarium, atq; ego audiens, id quod ad me redibat, poscerem, negabat se ciuem nosse me. DEM. Salue Timon, præcipuum

τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους, τὸ ἔρεισμα τῶν ἀθηναίων, τὸ πρόβλημα τῆς ἑλλάδος. καὶ μὴν πάλαι σε ὁ δῆμος ξυνειλεγμένος, καὶ αἱ βουλαὶ ἀμφότεραι περιμένουσι. πρότερον δ' ἄκουσον τὸ ψήφισμα, ὃ ὑπὲρ σου γέγραφα. ἐπειδὴ Τίμων ὁ Ἐχεκρατίδου κολυττεὺς, ἀνὴρ οὐ μόνον καλὸς κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφὸς, ὡς οὐκ ἄλλος ἐν τῇ ἑλλάδι, παρὰ πάντα χρόνον διατελεῖ τὰ ἄριστα πράττων τῇ πόλει· νενίκηκε δὲ πύξ, καὶ πάλην, καὶ δρόμον ἐν ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας, καὶ τελείῳ ἅρματι, καὶ συνωρίδι πολικῇ. Τί. ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰς ὀλυμπίαν. Δη. τί οὖν; θεωρήσεις ὕστερον. τὰ τοιαῦτα δὲ πολλὰ πεσκεῖσθαι ἄμεινον. καὶ ἠείσουσι δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως πέρυσι πρὸς Ἀχαρνέας, καὶ κατέκοψε Πελοποννησίων δύω μοίρας. Τίμ. πῶς; διὰ γὰρ τὸ μὴ ἔχειν ὅπλα, οὐδὲ πεγράφην ἐν τῷ καταλόγῳ. Δη. μέτρια τὰ περὶ σαυτοῦ λέγεις, ἡμεῖς δὲ ἀχάριστοι ἂν

præcipuum generis tui præsidiũ, fulcimentum Atheniẽsium, defensaculum Græciæ. Profectò iamdudũ te populus frequens & vtraq; curia operitur. Sed prius decretũ audi, quod de te conscripsi: Quandoquidẽ Timon Echecratidæ filius, Colyttensis, vir non modò probus & integer, verumetiam sapiens, quantum alius in Græcia nemo, nunquam per omnem vitam destitit optimè de Repub. mereri: tum autem in Olympicis vicit pugil, & lucta cursúq; die eodem, ad hæc solenni quadriga, equestriq; certamine. TIM. *At ego ne spectator quidem vnquam in Olympicis sedi.* DEM. *Quid tum? spectabis posthac. sed ista communia addi satius est. Tum anno superiore apud Acharnenses pro Repub. fortissimè se gessit, & Peloponnensium duas acies concidit.* TIM. *Qua ratione? quippe qui nec vnquã arma gesserim, neq; vnquã militiæ dederim nomen.* DEM. *Modestè tu quidem de teipso loqueris: nos tamen in-*

σοι ἂν εἴημεν ἀμνημονοῦντες. ἔτι δὲ καὶ ψηφίσματα γράφων, καὶ συμβουλεύων, καὶ στρατηγῶν, οὐ μικρὰ ὠφέλησε τὴν πόλιν. ἐπὶ τούτοις ἅπασι δέδοκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, καὶ τῇ Ηλιαίᾳ κατὰ φυλὰς, καὶ τοῖς δήμοις ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πᾶσι, χρυσοῦν ἀναστῆσαι τὸν Τίμωνα, παρὰ τὴν ἀθηνᾶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα, καὶ ἀκτῖνας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις ἑπτὰ, καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους σήμερον διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς. ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δεῖ τήμερον τὰ διονύσια. εἶπε τὴν γνώμην Δημέας ὁ ῥήτωρ συγγενὴς αὐτοῦ ἀγχιστεὺς, καὶ μαθητὴς αὐτοῦ ὤν καὶ γὰρ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὁπόσα ἂν ἐθέλοι. τοῦτ' μὲν οὖν σοι τὸ ψήφισμα. ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρὰ σὲ, ὃν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα. Τίμ. πῶς, ὦ Δημέα, ὃς οὐδὲ γεγάμηκας, ὅσα

grati futuri sumus, nisi meminerimus. Præterea in scribendis plebiscitis, & in consultationibus, & in administrandis bellis non mediocrē vtilitatem attulit reipub. His de causis omnibus visum est curiæ, plebi, magistratibus tributim, plebeijs singulatim, cōmuniter vniuersis, aureum statuere Timonē iuxta Palladem in arce, fulmen dextera tenentē, radijs tēpora ambientibus: vtq; septem aureis coronis coronetur, hæq; coronæ hodie in Dionysijs per tragœdos nouos promulgentur. Siquidem hodie illi Dionysia sunt agenda. Dixit hoc suffragium Demeas orator, propterea quòd cognatus illius propinquus, ac discipulus eius sit. Nam & orator optimus Timon: præterea quicquid voluerit. Hoc igitur tibi suffragium. Sed vtinam & filium meum ad te pariter adduxissem, quem tuo nomine Timonem appellaui. TIM.

Quî potes Demea, cùm ne vxorem quidem duxeris vnquam, quantum

ὅσα γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι; Δη. ἀλλὰ γαμῶ, ἢν διδῷ θεὸς ἐς νέωτα, καὶ παιδοποιήσομαι. καὶ τὸ γεννηθησόμενον (ἄῤῥεν γὰρ ἔσται) Τίμωνα ἤδη καλῶ. Τίμ. οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι, ὦ οὗτος, τηλικαύτην παρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων Δημ. οἴμοι. τί ἦν τὸ; τυραννίδι Τίμων ἐπιχειρεῖς, καὶ τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους, οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος, οὐδ' ἀστὸς ὤν; ἀλλὰ δώσεις ἐν τάχει τὴν δίκην, τάτε ἄλλα, καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας. Τίμ. ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρησται, ὦ μιαρὲ, ἡ ἀκρόπολις. ὥστε δῆλος εἶ συκοφαντῶν. Δη ἀλλὰ καὶ πλουτεῖς, τὸν ὀπισθόδομον διωρύξας. Τίμ. οὐ διώρυκται οὐδὲ οὗτος. ὥστε ἀπίθανά σου καὶ ταῦτα. Δη. διωρυχθήσεται μὲν ὕστερον, ἤδη δὲ σὺ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἔχεις. Τίμ. οὐκοῦν καὶ ἄλλην λάμβανε. Δη. οἴμοι τὸ μετάφρενον. Τίμ. μὴ ἐκέκραχθι, κατοίσω γάρ σοι καὶ τρίτην. ἐπεὶ γελοῖα πάμπαν πάθοιμι, δύο

quantũ nobis & scire licuit? DEM. At ducã nouo ineunte anno, si Deus permiserit, liberisq; operam dabo. Tum quod erit natũ (erit aũt masculus) Timonẽ nuncupabo. TIM. An vxorem tu sis ducturus, equidem haud scio, tanta à me plaga accepta. DEM. Hei mihi: quid hoc est rei? tyrannidẽ Timon occœptas? pulsasq; eos qui sunt ingenui, ipse nec ingenuus planè, nec ciuis? verùm propediem pœnas daturus, cum alijs nominibus, tum quòd arcem incenderis. TIM. Atqui nõ conflagrauit, arx, sceleste. proinde palàm est, te calumniatorẽ agere DEM. Verùm effoso ærario diues effectus es. TIM. Atqui non effossum isthuc, vnde ne hæc quidem probabiliter abs te dicuntur. DEM. Verùm effodietur posthac. Sed tu interim omnia quæ in eo condita, possides. TIM. Alteram itaq; plagam accipe. DEM. Hei scapulis meis. TIM. Ne vociferare: alioqui & tertiam tibi illidã. Etenim res planè ridicula mihi acciderit,

δύο μὲν Λακεδαιμονίων μοίρας καταξάνας ἄνοπλος, ἐν ὅ μιαρὸν ἀνθρώπιον μὴ ἐπιτρίψας. μάτην γὰρ ἂν εἴην νενικηκὼς ὀλυμπια πὺξ, καὶ πάλαι. ἀλλὰ τί τοῦτο; ὁ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; ὃ δὴ δεῖ ἄνω ποταπείρασθαι τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὐτὸ ἔρχεται, τιτανῶδες βλέπων, ἀνασεσοβημένος τῷ ἐπὶ τῷ μετώπῳ λόμπῳ, Αὐτοβορίας τις, ἢ Τείτων, οἷος ὁ Ζεῦξις ἔγραψεν. οὕτως ὁ τὸ σχῆμα ἰσπλὴς, καὶ μέσμος τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς τῷ ἀνα βολῇ, ἕως μυεῖται ὅσα περὶ ἀρετῆς διεξιὼν, καὶ τὴν ἡδονὴν χαμαὶ ῥοντων καταγελῶν, καὶ τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν, ἐπειδὴ κατάμπερ ἀφίκοιτο ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ ὁ τῶς μιμάδιλω τῷ λύχνικα ὁρίξειεν αὐτῷ (ὡς ἑωρότερα δ' ἐχάρη μάλιστα) καθάπερ τὸ λύθης ὕδωρ ἐκπιὼν, ἐναπλιώτατα ἐπιδείκνυται τοῖς ἑωθινοῖς ἐκείνοις λόγοις, πθαρπάζων ὥσπερ ἐκεῖνο τὰ ὄψα, καὶ τὸν πλησίον παραγκωνιζόμενος, καρύκης

si quum inermis duas Lacedæmoniorũ acies fuderim, vnũ scelestum hominem nõ protriuero. Tum frustra vicerim in Olympijs & pugil, & palæstrites. Sed quid hoc? anna non philosophus Thrasycles hic est? Profectò ipsius est, promissa barba, subductisq; supercilijs, & magnum quiddam secũ murmurãs accedit, & Titanicũ obtuens, cæsariẽ per scapulas fluentem ventilans, alter quidã Boreas, aut Triton, quales eos Zeuxis depinxit. Hic habitu frugalis, incessu moderatus, amictu modestius, manè mirum quid multa de virtute disserit, damnans eos qui voluptate capiuntur, frugalitatẽ laudãs: at vbi lotum ad cœnã venit, puerq; ingentẽ illi calicẽ porrexit (meraciore aũt maximè gaudet) perinde vt Lethes aquã ebibens, à diluculanjs illis disputationibus diuersissima quæ sunt, exhibet, dum milui instar prædatur obsonia, & proximum cubito oppositio arcens, mentio in-

ρύκης τὸ γένειον ἀνάπλεως, κυνηδὸν ἐμφορούμενος, ἐπικεκυφὼς, καθάπερ ἐν ταῖς λοπάσι τὴν ἀρετὴν εὑρήσειν πεσδοκῶν, ἀκριβῶς τὰ τρύβλια τῶν λιχανῶν ἀπομήχων, ὡς μηδὲ ὀλίγον τοῦ μυττωτοῦ καταλίποι. μεμψίμοιρος ἀεὶ, ὡς τὸν πλακοῦντα ὅλον, ἢ τὸν σὺν μόνος τῶν ἄλλων λάβοι, ὅτι περ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος. μέθυσος, καὶ πάροινος, οὐκ ἄχρις ᾠδῆς καὶ ὀρχηστύος μόνον, ἀλλὰ λοιδορίας, καὶ ὀργῆς πεσέτι, καὶ λόγοι πολλοὶ ἐπὶ τῇ κύλικι, τότε δὴ καὶ μάλιστα περὶ σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος. καὶ ταῦτα φησὶν ἤδι ἑπὸ τοῦ ἀκράτου πονήρως ἔχων, καὶ ἑποτραυλίζων γελοῖος, εἶτα ἔμετος ἐπὶ τούτοις. καὶ τὸ τελευταῖον, ἀράμενοι τινεῦ ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τοῦ συμποσίου τῆς αὐλητρίδος ἀμφοτέραις ἐπειλημμένον. πῶν ἀλὰ καὶ νήφων, οὐδενὶ τῶν πρωτείων παραχωρήσειεν ἂν, ψεύσματος ἕνεκα, ἢ θρα=

to interim cōdimentis oppleto, dum canū ritu ingurgitat, prono incumbens corpore, perinde atq; in patinis virtutem inuenturū sese speret: dumq; vsqueadeò diligēter catinos extergit indice digito, vt ne paululum quidem reliquiarū sinat adhærere, nunquam nō querulus, tanquā deteriorē, partē acceperit, vel si totam placentam aut suem solus omnium accipiat: qui quidem edacitatis & insatiabilitatis est fructus, temulentus, vinoq; bacchatus, non ad cantum modò, saltationemq;, verùm ad conuicium vsq;, & iracundiam. Adhæc multus inter pocula sermo (tum enim vel maximè) de temperantia, sobrietateq; : atque ista quidem loquitur, quum iam à mero malè affectus, ridiculè balbutit. Accedit his deinde vomitus. Postremò, sublatum eum de conuiuio efferūt aliqui, ambabus manibus tibicinæ inhærentem. Quanquam alioqui me obrius quidem vlli primariorum cesserit, vel mendacio,

ἢ θρασύτητος, ἢ φιλαργυρίας. ἀλλὰ καὶ μολάκων δεῖ τὰ πρῶτα, καὶ ἐπιορκεῖ πεφιλοτέχνηται. καὶ ἡ γοητεία πεφύτευται, καὶ ἡ ἀναισχυντία παρομαρτεῖ. καὶ ὅλως πάνδεινον τὸ χρῆμα, καὶ παντα-χόθεν ἀκριβὲς, καὶ ποικίλως ἐντε-τυκός. οἰμώξεσθαι δέοντα ἐκ μακρᾶν χρυσὸς ὤν. τί δέ; παπᾶ, χρόνιος ἡμῖν θρασυ-κλῆς. Θρασ. δι' ἃ δ' αὐτὰ, ὦ Τίμων, δεῦρο πόδας τοὺς ἐμοὺς ἀφῖγμαι, ὥσπερ οἱ πλεῖστον σε τεθηπότες, ἀργυρείῳ καὶ χρυσίῳ, καὶ δάπανον πολυτελῶν ἐλπίδι σωρηδὸν ἁμάξας, πολλῷ τῷ μολακείᾳ ἐπιδεδρόμηκε πρὸς ἄνδρα, οἷόν σε ἁπλοϊκὸν, καὶ τῶν ὄντων μοιρωνικόν. οἶδα γὰρ ὡς μάζα σοὶ μοι δεῖπνον ἱκανὸν, ὄψον ἓν ἥλιον θυμὸν, ἢ μάρ-δαμον, ἢ ἔποτε πυφῶν ὀλί-γον τῶν ἁλῶν. τοτὲ δὲ καὶ ἐν-υάκροιν. ὁ δὲ πρίαμαι αὖ-τον, ἧς βύβλα πορφυρίδος ἀ-μείνων. τὸ χρυσίον μὲν γὰρ, ὑ-δὲν τιμιώτερον τῶν ἐν ζοῖς ὀστρακοῖς ψηφίδων μοι δοκεῖ. σὺ δὲ

vel confidentia, vel auaritia. Quin & inter assentatores primas tenet. Peierat promptissimè, anteit impostura, comitatur impudentia. In summa, prorsus admirãdum quoddã spectaculũ est, omni ex parte exactũ, variéq; absolutũ: proinde non eiulabit clarius videlicet, quum sit modestus. Quid hoc? papa tandem nobis Thrasycles? Thr. Non hoc animo ad te venio Timon, quo plerique isti, qui nimirum opes admirati tuas, argẽti, auri, opiparorum cõuiuiorum adducti spe concurrunt, multaq; assentatione deliniunt te: hominem videlicet simplicem, facileq; impertiente id quod adest. Siquidem haud ignoras, offam mihi in cœnam satesse, tum opsonium suauissimum, cepe aut nasturcium: aut si quando lubeat lautiùs epulari, pusillũ salis. Porrò potũ fons Athenis noue saliens venis, suppeditat. Tum pallium hoc quauis purpura potius. Nam aurũ nihilo magis apud me in precio est, quàm calculi qui sunt in littoribus.

Sed

σῆς αὐτῆς χάριν ἐς ἄλλον, ὡς μὴ διαφθαρῇ σοι τὸ μάκιστον τῶν ὑπαρχόντων κτῆμα καὶ πλεῖστον, ὁ πολλοῖς πολλάκις ἄπορος ἀνηκέστων συμφορῶν γε, χρημάτων δὲ ἄγαν μοι πάθοις, μάλιστα ὅλον ἐς τὸν βάραθρον ἐμβαλεῖς αὐτόν, εἰδὲν ἀνεπιτήδειον ἄνδρα ἀγαθῷ ὄντα, καὶ τὸν φιλοσοφίας πλοῦτον ὁρῶν ἅπαντα μόνος, μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦ γαθέ, ἀλλ' ὅσον ἐς βυθοὺς ἐπιβὰς ὀλίγον πρὸ τῶν ὑδάτων ἐκείνων, ἐμὲ ὁρῶντα μόνον. εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλει, ἀλλ' ἄλλον τρόπον ἀμείνω ἴσως τάχα ἐκφόρησον αὐτὴν ἐκ τῆς οἰκίας, ᾗ μηδὲν ὀβολὸν αὐτῷ ἀνῇς δραχμιδίου ἄπασι τοῖς δεομένοις, ὃ μὴ πρότερον δραχμάς, ὃ δὲ μνᾶν, ὃ δὲ τάλαντον. εἰ δέ τις φιλόσοφος ἔσῃ, ἡμιολίαν ἢ τριπλασίαν φέρεσθαι δίκαιος. ἐμοὶ δὲ καὶ ὀλίγου ἐκ ἐμαυτοῦ χάριν αὐτῷ, ἀλλ' ὅπως μεταδῷ τῶν ἑταίρων τοῖς δεομένοις, ἱκανὸν εἰ τούτου τοῦ πόρου ἐμπλήσειας παράσχοις, εἰ δ' ὅλως δύο μυρίμνους

Sed tua ipsius gratia huc me contuli, vt ne te subuerteret pessima ista atq; insidiosissima res opulētia: quippe quæ multis sæpenumero immedicabiliū malorū extiterit causa. Etenim si me audies, postissimùm opes vniuersas in mare præcipitabis, vtpote quibus nihil sit opus bono viro, quiq; philosophiæ possit opes perspicere. Ne tamen in aliū, ô bone, sed fermè ad pubē vsq; ingressus, paulò vltrà solū fluctibus opertū, me quidem vno spectante. Quòd si hoc nō vis, tute igitur eas potiore via ex ædibus eijcito, ac ne obolū quidem tibi facias reliquū: videlicet largiens ijs quicunq; opus habent, huic quinque drachmas, illi minā, alij talētum. Porrò si qui erit philosophus, hunc æquū est duplam aut triplam ferre portionē: quanquā hoc quidem mihi non mea ipsius gratia postulo, sed quò amicis, si qui egebunt, donē: sat est, si modò peram hanc largitione tua expleueris: ne duos quidem

μεδίμνους χωρεῖσαν ἀγγυητικός. ὀλίγα ἀρκεῖ μέτριον καὶ ἐμὲ φιλοσοφοῦντα, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τοὺς πέντε φρονεῖν. Τι. ἐπαινῶ ταῦτα σε, ὦ Θρασύκλεις, πρῶτον δὲ τοῦτο πίεσαι, εἶτα λοιπόν, φέρε σοι τοὺς ὑφαλοὺς ἐμπλήσω λονδίνων, ἐπιμετρήσας τῇ λιχάνῳ. Θρα. ὦ ἐλευθερία καὶ νόμοι, καθαρόν με ἀπὸ τοῦ βαλαράτου ἐν ἐλευθερίᾳ τῇ πόλει. Τίμ. τί ἀγανακτεῖς, ὦ χαῖρε Θρασύκλεις; μῶν παρακινδυνεύσας; καὶ μὲν ἐπιμεβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας. ἀπὸ τί ἦζε; πολοὶ ξυνέρχονται. Βλεψίας ἐκεῖνος, καὶ Λάχης, καὶ Γνίφων, καὶ ὅλως τὸ σύταγμα τῶν οἰμωξομένων. ὥστε τί ἂν ἐπὶ τοῦτο πέτραν ταύτην ἀνελὼν τοῦ μέλανος ὀλίγον ἀναπαύσω πάλαι πεπονηκυῖαν; αὐτὸς δ' ὅτι πλείους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλάσω πόρρωθεν αὐτοῖς; Βλ. μὴ βάλῃς, ὦ Τίμων, ἄπιμεν γάρ. Τί. ἀλλ' οὐκ ἀναμενοῦμεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἄνω τραυμάτων.

dem modios Aegineticos capientem. Nam & paucis contentũ modestiũ cõuenit esse cum qui philosophatur, neq; quicquã vltra peram cogitare. TI. Equidem ista quæ dicis, probo, Trasycles: ergo, si videtur, priusquã peram expleam, age tibi caput oplebo tuberibus, posteaquã ligone sum mẽsus. THR. O libertas, ô leges, pulsamur ab impurissimo libera in ciuitate? TI. Quid stomachtris, ô bone Thrasycles? nunte defraudaui? Atqui adjeciam vltra mensurã choenices quatuor. Sed quid hoc negocij? Complures simul aduenium, Blephias ille & Laches, & Gnipho, breuiter agmen eorum qui vapulabunt. Itaq; quin ego rupem hanc conscendo, ac ligonem quidẽ iamdudum fatigatum, paulisper interquiescere sino: at ipse plurimis congestis saxis, procul eo lapidum grandine petor.

BLE. Ne iace Timon: abimus enim. TIM. At vos quidem nec citra sanguinem, nec absque vulneribus.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

TImon Athenienſis, ob naturæ aſperitatem cùm eſſet inhumanus & inhoſpitalis, μισάνθρωπος, id eſt, oſor hominum dicebatur. fugiebat namque hominum congreſſus, præterquàm vnius Alcibiadis: humanum autẽ genus exoſus, vitam quandam inhumanam & ferain ſequebatur, in cibisq; non modò vulgaribus, ſed etiam vtil ſſimis, & ab reliquis hominibus prope damnatis acquieſcebat. In eius verò ſepulchro erat epitaphium. quod ipſe ſibi dicitur feciſſe, cuius ſenſus eſt talis:

Hic ſum poſt vitam miſeram; inopemq; ſepultus:
Nomen ne quæras, Dij lector te malè perdant.

De Timone ferè omnes intelligunt hũc Horatij locum, 1. Serm. *vt quidam memoratur Athenis*
Sordidus ac dives, populi contemnere voces
Sic ſolitus, &c. Huiuſmodi eſt apud Plautũ Euclio.

a O IVPITER.] *Expoſtulatio cum Ioue, quòd hominum prauitatem & malitiam multam ſinat. Ariſtoteles in libro de Mundo: Quum Deus, inquit, vnus ſit, multa nomina habet, ab affectionibus variis. Dictus eſt enim Græcè Ζεὺς, quòd, vt omnes interpretantur, vitæ dator ſit vel quòd animantibus vitas inſpiret. Lactantio tamen magis placet, vt Ζεὺς dictus ſit, quòd primus ex liberis Saturni maribus furtim à matre ſubtractus vixerit. Quomodo enim, inquit, vitæ dator ſit, qui vitam aliunde accepit? Latinè dicitur Iupiter, à iuuando, quaſi iuuans pater. Appellatus eſt φίλιος, quòd amicitiæ præeſſet. ξένιος, id eſt, hoſpitalis, quem inuocabant hoſpites, ſi quando hoſpitium violaretur. De quo Virgilius:*

Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

ἑταίρειος, id eſt, ſodalitij iuris diſceptator. huic Iaſon cum Argonautis ſacra feciſſe dicitur. ἑφέστιος, domeſticus, familiaris, Lararius. nam ἑφεστίους θεὸς penates interpretãtur. ἀστραπαῖος, ἀστεροπήτης, id eſt, fulgurator. ἀστροπαιήτης, κεραύνιος, id eſt, fulminator. ὅρκιος, quòd eſſet violati iuriſiurandi vindex. Huius autẽ Iouis Orcij ferunt eo in loco, vbi Eliorum cogebatur ſe-

natus, fuisse statuam effigie horrendam, quippe vtraque manu fulmina tenentem: credo vt homines à periurio deterrerentur. νεφεληγερέτης, *id est, nubicoga. Huius mentio est frequens apud Homerum, Hesiodum, & poëtas cæteros.* ἐρίγδουπος, *id est, grandistrepus: &* βρονταῖος, *id est, tonans, quòd in ea regione quæ supra nos est, nubes & tonitrua cogat, indeq; fulmina torqueat, tempestatesque & turbines inde deferantur.*

b Quibus rebus.] *A consequentibus, & exemplo. c* Salmoneus tibi sit.] *Salmoneus Aeoli filius, regnantis quondã in Elide vrbe, quæ est sub Olympo monte, dum æreo ponte constructo, & superinductis curribus tonitrua imitaretur, vt propterea deus crederetur, per Iouem fulmine ictus in tartara præcipitatus est. Meminerunt huius Lucianus in Tragopodagra, sub finem. item in Philopatre, paulò post initium. & Virgilius Aenedios libro 6:*

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi.

Hac fabula docuerunt poëtæ, non esse æmulandum, quod longè supra fortunã nostram habeatur. Sed vtinam homo ille, bombardæ (fas sit mihi nouo in re noua vti verbo) inuentor, ad generis humani exitium natus (is monachus quidam Franciscanæ hæresis fuisse perhibetur, vt iam nihil malorum sine hoc hominum genere emergere ex inferis certò scias) cum Salmoneo fulmine, quod ipse reperit, dum flammas Iouis & sonitus imitaretur Olympi, flagrasset: primusq; in montem quempiam, seu in spaciosum aërem, impellente sulphureo puluere, igneq; tartareo consumptus fuisset, vt bombis cœlum omne complesset. Nunquam postea tot vrbes dirutæ, tot fortia hominum corpora, illo mortis genere essent prostrata. d Sub mandragora stertis.] *Mandragoræ somnifica vis inest, adeò vt enecet etiam largiore potu, si Plinio credimus, Historiæ mundi libro 15. Dioscorides indicat, radicem vino decoctam sumi aduersus insomnia. Datur & secandis aduersus intolerabilem cruciatum. Quin & sedi immissa herba glandis vice, somnum facit. Hanc Pythagoras* ἀνθρωπόμορφον *appellauit, quòd radix imitetur hominis formam. Vnde Columella in carmine semihominem dicit:*

Quamuis

Quamuis semihominis væsano gramine fœta
Mandragorę pariat flores. *Vnde qui cessant in negocio siue officio, dormitantq́;, sub mandragora dormire, aut multã mandragoram bibisse dicuntur. Idem quoq; Lucianus inter magnificas Demosthenis laudes, ab illo, inquit, solitos excitari Athenienses, tanquã mandragora sopitos. Sic vsus Iulianus in epistola quadã ad Calixenũ:* ὁ φανεῖται πολλὴν πάνυ μανδραγώραν ἐκπεπωκὸς, *id est, Annón videtur multam hausisse mãdragoram? Vsurpat & Demostenes in Philippica quarta:* ἀλλὰ μανδραγώραν πεπωκόσιν. ἤτι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον ἐοίκαμεν ἀνθρώποις. *Id est, Similes videmur his qui mandragoram biberunt, aut aliud simile pharmacũ.* e Flagitia cõmittunt.] *Iuris violatores aduertis.* f Cùm iuuenis adhuc esses.] *Ab anteactis.* g Dignũ socordia præmiũ.] *A' consequentibus, & euentu.* h Sedebas, cùm tibi cęsaries ab illis circũtonderetur.] *Hic prouerbiali schemate* περικειρόμενον τοὺς πλοκάμους, *pro ludibrio habitum, dixit Lucianus: vt annotat Erasmus. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, vt eis non sentientibus cæsaries circumtondeatur. Vsurpat idẽ Lucianus in Pseudomante.* i Ex pauperrimis diuites reddiderim.] *Descendit à generali querela ad speciem.* k Ad extrema redactus consilia.] *Epilogus, per exhortationẽ.* l Epimenidẽ quoq;.] *Historia de Epimenide Cretensi theologo, extat in noctibus Gellianis, & apud Laêrtium. Is ambulando fessus, in specum quendam subierat, illic obdormiuit: nec experrectus est à somno ante exactos annos 47. Laërtius & Plinius ponunt 57.*

m Quis hic est.] *Personæ descriptio, & occasio dialogi.*

n Ad hunc modum.] *Non liberalitate, sed parsimonia diuitias retineri.* o Atqui profectò vir.] *Digressiuncula in Atheniensium mores & philosophos continens excusationem neglecti Timonis* p Hæc in causa.] *Mendacium Iouis.*

q Cæterùm de palponibus.] *Alia excusatio, cur non statim puniat nocentes, iocosa.* r Anaxagoram.] *Anaxagoras Clazomenius, philosophus Asiaticus, Xerxis Persarum regis tempore floruit, & hoc mundi atque naturæ opificium ab æterna mente architectatrice conditum & ordinatum esse, docuit hoc versu:* Νοῦς ἐστι διακοσμεῖν τε τῶν πάντων αἴτιον.

Quoq

Quod est: Mens æterna est, quæ gubernans omnia, omnium est causa. Quæ professio semper laudabilis, tantum inuidiæ sibi peperit, vt Athenienses ex ea ansam rapientes, eum, quum parricidæ talentum erat promissum, interfici voluerint: nullam aliam ob causam, quàm quòd deorum turbam hac professione eum negare iudicabant. s Quantum habet momenti.] *Epiphonema, audaces atq; improbos fortunam iuuare. t* Haudquaquã ad istum rediturus sum.] *Hic inducit Plutũ omnia formidãtem, nulliq; fidentem. Neq; verò dissimilem animi habitum opes adferunt diuitibus, cùm cõtrà paupertas secura in vtramq; dormiat aurem. u* Quid ita nõ rediturus.] *Detrectatio Pluti, à qualitate personæ. x* Num rursus ad istũ.] *Est autem collatio prodigorum & auarorum, ostendens, veriũ vsum diuitiarum in mediocritate vtendi consistere. y* At tu mihi.] *Sordidorum descriptio. z* In præsepi canis.] *Vtitur eodem aduersus indoctum, qui egregios codices inclusos diligenter adseruet, quos nec ipse vnquam euoluat, nec alijs euoluendi faciat copiam. Extat elegans apud Græcos epigramma, in eos quis rebus suis nec vtuntur, nec alijs vti patiuntur. Sic habet epigramma Latinè versum à Moro nostro:*

In præsepi canis fœno nec vescitur ipse,
Nec sinit vt fœnum qui cupit edat equus.
Seruat auarus opes, opibus nec vtitur ipse:
Atq; alios vti, qui cupiunt, prohibet.

A Si quis vbi puellã.] *Amplificat similitudine. B* Tantali in morem.] *Tantalus Phryx ob luculentas diuitias in fabulam hominum venit, ita vt fingatur & apud inferos simile quiddam pati, cuiusmodi solent inter congestas opes tenaces isti diuites. Horatius in Sermonibus:*

Tantalus à labris si iens fugientia captat
Pocula, quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur--

Ostendit, allegoriam figmenti ad diuites sordidos pertinere, quibus adsunt quidem bona, verùm ijs frui denegatũ est. De Tãtali pœnis lege Homer. Odyss. 11. & ea quæ in Dipsadibus annotauimus. C Ceu Phineo cibos.] *Quoniã Phineus filios suos ex Cleopatra susceptos excæcauit, à dijs excæcatus est, & harpyiæ im-*

Pyiæ immissæ, quæ cibos & mensam eius turpissimè fœdârunt. Harpyiæ autem volucres finguntur fuisse monstrosæ, facie virgines, vnguibus vultures referentes. De his Virg. 3. Aen. D Ceu foraminoso cophino.] id est, tanquam è situla perterebrata, & liquorem non continente. Alludit ad pertusum dolium Danaidum apud inferos, quarum fabula hæc est. Belus Priscus Epapho Aegyptio rege Isidis & Telegonij filio natus, genuit Danaum & Aegyptum, vnde regio nomen accepit. Danaus autem ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit, dictas Belides & Danaides, quæ totidem Aegypti fratris Danai filijs nupserūt. Danaus verò cùm responsum accepisset, se à genero interfectum iri, filiæ monitis patris, factaq; simul coniuratione, omnes sponsos vnà interfecerunt, præter Hypermnestram, quæ Lyno viro suo pepercit: à quo Danaus postquam annos regnasset quinquaginta, interfectus est. Propter quod flagitium Plato scribit Danaides apud inferos has pœnas dare, vt vrnis perstillantibus aquas assiduè hauriant atq; in perforata dolia inferant, graui nimirū & inutili labore. Ouid. 4 Metamorph.

Moliriq; suis lethum patruelibus ausæ
Assiduè repetunt, quas perdunt, Belides vndas.

Idem in Ibin:

Quæque gerunt humeris perituras, Belides vndas.

Huius fabulæ mentionem facit rursus Lucianus in Hermotimo. Item de Dipsadibus, & in dialogo Cratetis ac Diogenis. Alciphron in epistola Galeni ad Cyrtonem ad hanc alludit, ᾧ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο ἐς Δαναΐδων τὰς ἀμφορέας ἐγχέομεν πίθους. id est: Ac iuxta prouerbium, amphoras in Danaidum dolia infundimus. Plautus in Pseudulo: In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. Catullus:

Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis.

E Cæcum modò.] à Græcis diuitiarum Deus fingitur. Posidonius in subterraneis Hispaniæ locis huius domicilium constituit, eò quòd regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat. Batus apud Theocritum in Messoribus non solùm cæcū esse Plutō, sed & Cupidinem dicit. F Vtroq; claudus pede.] Quibus diuitiæ potissimū obueniāt improbis ac stultis videlicet, rarò ac tardè bonis ac modestis. Id quod significare voluit, dum

à Ioue

à Ioue claudum & cæcũ exire, & ad ignotos fingit: contrà auitè à Dite alatũ etiã. Lucianus hic imitatus est Aristoph in Pluto, qui consimilia quædã de Pluto diuitiarũ deo narrat, qui cæcus quidẽ semper est, at tũ demũ claudicãs, quoties ad bonos viros mittitur, aliàs pedibus perniciſſimis. G Per somnium diuites sint.] De votis immodicis. Nã quicquid optaris, id somniare cõtingit: sicut Micyllus noſter diuitiẽ se ac præpotentem somniat. Et piscator apud Theocritũ in Piscatoribus, somniat aureũ piscẽ. Apud eundem, Ecloga 9. pastor quidã, vim magnã ouium, multasq; capellas. In somnis sortis homines, nonnunquam regiarum coniugium somniant, inquit Eraſmus. Cicer. in Saluſt. Repentè tanquam somnio beatus. H Thynnus elapsus] Prouerbium: piscis est marinus, in portu Lusitano magno numero capitur, ad Lysibonam, & iuxta mare Herculeum. De eo Plin. lib. 9. cap. 15. Athen. libr. 7. Eustath. in Iliad. ad ξ. & μ. χ. Odyss. Dictus ἐστὶ ἀπὸ τοῦ θύνω, τὸ θύω, ὁ ἐστιν ὁρμῶ, à dando impetu, & motus vehementia. Nam sub ortũ canis astro agitatur. I Cecrope generosior.] Cecrops primus Athenarum rex fuit circa annũ Mundi 2425. K Callidiorem Vlysse.] Homerus Vlyssem vbiq; vafrum & callidum facit. L Vt se aëreo.] Alludit ad Theognidis poëtæ carmen illud de paupertate, quod in progymnasmatis Aphthonij in sententiæ exhortatoriæ exemplo exiat:

χρὴ πενίλλων θαλάσσης, καὶ ἐς μεγάλητα πόντον
ῥιπίζειν, καὶ πέτρῶν κύρτος κατ' ἠλιβάτων. Id est,

In mare fluctiuagum, ne te premat aspera egestas,
Desili, & à cellis corrue Cyrne iugis.

Quod quidam hunc ad modum expressit:

Paupertatis enim duræ terraq; mariq;
Quærere Cyrne aliquod conuenit effugium.
At satius multò est inopem succumbere morti,
Quàm dura pressum viuere pauperie.

Ad hoc item alluſit idẽ Lucianus, in dialogo de Mercede conductis. Ac forsitan tibi hoc volebas Theogni, cùm diceres eam in altum mare, ac præruptis de scopulis præcipitẽ dari oportere. Theodoretus quoq; de curatione Græcarum affectionũ libro 11. alludens huc adducit. M Inscitia, errorq;.] Effectus diuitiarum, inscitia & error. N Mecum introijt.] Vecordia, superbia, præteruitas,

seruitas, &c. O Vt Plutus hic.] *Iam eorum quæ quasi verbis hactenus disputauit, exemplum quoque & actionem subijcit.* P Quinam estis.] *Effectus paupertatis, modestia scilicet, & diuitiarũ contẽptus.* Q Innumerabilium malorum hic mihi fuit auctor.] *Accusatio diuitiarũ, ab effectu & accidentibus.* R Paupertas.] *Artium inuentrix, laboris & industriæ magistra, & incitatrix ad virtutem est, sic Theocritus ait in Piscatoribus. Aristophanes in Pluto eundem locũ communẽ tractat, commemorans quæ cõmoda paupertas humano generi adferat: quæ contrà incommoda, copia rerum, & luxus. Et Iuuenalis Satyr. &.*

Nullum crimen abest, facinusq; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit —.

Et paulò pòst:

Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitię molles *&c.*

Et Claudianus in Raptu:

-sed quòd dissuasor honesti
Luxus, & humanas oblimat copia montes
Prouocet vt segnes animos, rerumq; remotas
Ingeniosa vias paulatim exploret egestas.

Et Virgilius de aureo seculo, in 1. Georg.

-labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

Hesiodus ait: Sudorem posuêre dij virtutis ad arcem, *&c.*

S Suppeditauit lab.] *Paupertas sic definitur apud Aristophanem: Paupertas est, cùm quis parcè viuit intentus operi, nec illi superest quicquam, neque necessaria desunt.* T Attamen vide.] *Defensio, per remotionem criminis, in malè vtentem.* V Ac lucrifer Mercurius.] *Mercurius apud Græcos multa habet cognomia. κερδῶος hic & in Nauigio seu votis dicitur, quasi Lucrorum conciliator & compendiarius, quæstoriúsue & quæstuarius. Et ἐμπολαῖος ἐρμῆς καὶ ἀγοραῖος, quasi negociator & circumforaneus. Plaut. in Pœnulo: Ecquid amare videor? Mil. Damnum quod Mercurius minimè amat.*

X Etenim quę tandem.] *Effectus diuitiarum: fastus scilicet, inhumanitas & insolentia, & τὸ verè μισάνθρωπον.*

Y Quis

γ Quis hic est.] *Assentatores & simulati amici.* Z Sedecim talenta ciuitati dependit.] *Sycophantæ, hæredipetæ, & fumiuenditores.* α Scire licuit.] *in Græco intelligitur* ἐξεῖ.

β Titanicum obtuens.] *id est, vultu Titanico aspiciens: hoc est, terribili, torueq;. Idem in Icaromenippo: At Iupiter admodũ terribiliter, acriterq;, & Titanico me intuens vultu.* γ Paucis contentum.] *Vltra per eam esse sollicitum, prouerbiali figura dicit. Iesus etiã vetat cogitare de crastino. Debet aũt Christianorũ & philosophorũ vita esse frugalis, parca, & ab omni strepitu atq; ambitione semota.* δ Nec citra sanguinẽm.] *Apud Græcos* ἀναιμωὶ νικᾶν. *i. citra sanguinem vincere dicitur. Latini incruentã victoriã vocant, cùm nulla cæde contigit victoria. Gell. lib. 5. cap. 6. Quandi, inquit, causa est, cùm deditio venientẽ facta sine puluere, vt dici solet, incruenta quæ victoria obuenit.*

ΑΛΚΥΩΝ, ΗΠΕΡΙ μεταμορφώσεως. *ALCYON, SIVE De transformatione.*

Augustino Datho Senensi interprete.

ARGVMENTVM.

IN hoc dialogo de potestate diuina disputat Socrates, quòd scilicet Deo possibilia sunt omnia, & quòd nos illius operum atq; effectuũ causas, intellectu ac ratione consequi non possumus. Esse enim nos, quod ad collationem Dei & rerũ æternarũ attinet, pueros ac veluti cæcos. Quòd aũt Deus multa facilè efficiat, quæ nobis impossibilia videntur, probat primùm à signo siue exemplo tempestatum, quæ illius prouidentia seu administratione ex maximis & turbulentissimis subitò in summam tranquillitatem & serenitatem conuertuntur. Item ab incremento & collatione ætatum hominis: cùm æquè mirum sit, ex puero imbecilli ac paruo virum tantum & tã fortem fieri. Postremò ab effectis & vi naturæ, quæ quũ Deo longè inferior sit, tamen ea quæ nobis ratione scilicet ac sensu omnia metientibus, impossibilia videri poterant, operatur. Occasio dialogi sumitur à cantu & obiectu Alcedinis: disputationis autem, à fabula quæ de transformatione illius narratur.

CHAERE-

CHAEREPHON.

Τις ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόῤῥωθεν ἀπὸ τῶν ἀιγιαλῶν, καὶ τῆς ἄκρας ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα ταῖς ἀκοαῖς; τί ποτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ φθεγγόμενον ζῶον; ἄφωνα γὰρ δὴ τά γε καθ' ὕδατος δαιτώμενα. Σω. θαλαττία τις, ὦ Χαιρεφῶν, ὄρνις, ἀλκυὼν, ὀνομαζομένη, πολύθρηνος καὶ πολυδάκρυς. περὶ ἧς δὴ παλαιὸς ἀνθρώποις μεμύθευται λόγος. φασὶ γυναῖκά ποτε οὖσαν αἰόλου τοῦ ἕλληνος θυγατέρα, κουρίδιον ἄνδρα τὴν ἑαυτῆ τεθνεῶτα, θρηνεῖν πόθῳ φιλίας, Κήϋκα τὸν τραχίνιον, τὴν Εωσφόρου τοῦ Ἀστέρος, καλοῦ πατρὸς καλὸν υἱόν. εἶτα δὴ πτρωθεῖσαν διάτινα δαιμονίαν βούλησιν. εἰς ὄρνιθος τρόπον πρὶ πέτεσθαι τὰ πελάγη, ζητοῦσαν ἐκεῖνον· ἐπεὶ δὴ πλαζομένη γῆν πεγὶ πᾶσαν, οὐχ οἷά τ' ἦν εὑρεῖν. Χαιρ. ἀλκυὼν τοῦ τ' ἔστιν, ὃ σὺ φῄς; οὐ πώποτε πρόσθεν ἠκηκόειν

re haudquaquam potuit. nam Alcyon est, quod ais

QVAE vox insonuit nobis, ô Socrates, procul à littoribus & promontorio illo? quàm iucunda auditu? quódnam est, inquam, vocale hoc animal?[a] Nam muta quidē sunt quæ in aquis degunt. SO. Maritima quædam ales, ô Chærephon, cui Alcyon nomen est, luctuosa admodum, & per quàm flebilis: de qua uetus iampridem hominibus [b] fabula proditur. Etenim ferunt hanc aliquando mulierem,[c] Aeoli Græci filiam, quem à puella uirum acceperat, studij atq; amoris gratia lugere mortuum,[d] Trachiniū Ceyca Luciferi[e] Astri pulchri atq; honesti patris pulchrum quoq; atque honestum filium. Mox verò diuino quodam numine pennis circunfusam, volucris instar maria circundare, atque illum perquirere. Cæterùm terram omnem peragrans, inueni-

CHAER. Nunquid? Neque ego vnquam antè

κόειν τῆς φωνῆς. ἀλλά μοι ξένη τις τοῦ ὄντι προσέπεσε. γοώδη γοῦν ὡς ἀληθῶς τὸν ἦχον ἀφίησι τὸ ζῷον. πηλίκον δέ τι καὶ ἐστὶ, ὦ Σώκρατες, Σω. οὐ μέγα. μεγάλην μὲν τοι διὰ τὴν φιλανδρίαν εἴληφε περὶ θεῶν τιμήν. ἐπὶ γὰρ τῇ τούτου νεοττείᾳ καὶ τὰς ἀλκυονίδας προσαγορευομένας ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει, κατὰ χειμῶνα μέσον διαφερούσας ταῖς εὐδίαις, ὧν ἐστὶ καὶ ἡ τήμερον παντὸς μᾶλλον. οὐχ ὁρᾷς ὡς αἴθρια μὲν τὰ ἄνωθεν, ἀκύμαντον δὲ καὶ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος, ὅμοιον, ὡς εἰπεῖν, κατόπτρῳ; Χαιρ. λέγεις ὀρθῶς. φαίνεται γὰρ ἀλκυονὶς ἡ τήμερον ὑπάρχειν ἡμέρα, καὶ χθὲς δὲ τοιαύτητις ἦν ἀλλὰ πῶς θεῶν, τοῦ ποτὲ χρὴ πεισθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο, ἢ ὄρνιθες ἐκ γυναικῶν; παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον

hanc vocē audieram: at mihi quidem externa quæpiam contigit.[f] Lugubrem scilicet perquàm verè vocem profundit animal. Cuiusmodi quæso & hoc est, ô Socrates? SOC. Non magnum, Chærephon: at magnum, ob coniugalem pietatem, & à dijs [h] accepit honorem. Siquidē in nidulatione istarum auiū & Alcyonum, quas appellāt, dies mundus agit per mediam quoque hyemem tranquillitatis differentis,[i] è quibus est & hodierna præsens nunc in primis. Nonne cernis summa ac superiora maris, quàm serenissima? Pacatum autem ac tranquillum omne pelagus; [k] simile denique (vt ita dixerim) speculi? CHÆR. Rectè dicis. videtur namque hodierna Alcyonis dies. sed & hesterna talis quæpiam fuit. Sed per deos quæso, nunquid opus est ijs fidem adhibere, quæ initio habita sunt,[l] ô Socrates: vt vel ex auibus mulieres aliquando effectæ sint, vel ex mulieribus aues? Nullo enim pacto tale quippiam videtur

τῶν φαίνεται πᾶν τὸ τοιοῦτον. Σωκρ. ὦ φίλε Χαιρεφῶν, ἐοίκαμεν ἡμεῖς τῶν δυνατῶν τῶν καὶ ἀδυνάτων ἀμβλυωποί τινες εἶναι κριταὶ παντελῶς. ἀποκιμαζόμεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην ἄγνωστον οὖσαν, καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον. πολλὰ οὖν φαίνεται ἡμῖν καὶ τῶν εὐπόρων ἄπορα, καὶ τῶν ἐφικτῶν ἀνέφικτα. συχνὰ μὲν καὶ δι' ἀπειρίαν, συχνὰ δὲ καὶ διὰ νηπιότητα φρενῶν. τοῦ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ παῦνυ γέρων, ἐπεί τοι μικρὸς παῦνυ καὶ νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. τί δ' ἄν, ὦ γαθὲ, οἱ ἀγνοοῦντες τὰς τῶν θεῶν καὶ δαιμονίων δυνάμεις ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν; πότερον δυνατὸν ἢ ἀδύνατόν τι τῶν τοιούτων; ἑώρακας Χαιρεφῶν τρίτην ἡμέραν, ὅτος ἦν ὁ χειμών; καὶ ἐν-

detur fieri posse. Soc. O amice Chærephon, videmur nos quidem & eorum quæ fieri possunt, & [m] eorum quoque quæ effici nequeant, [n] tardi atque obtusiores quidam esse iudices. Nam [o] iudicamus nos planè pro humanæ facultatis viribus, quæ & rerum ignara ac rudis est, & difficilè adducitur vt credat: sed & nequaquam perspicaciter intuetur. Itaque compluria nobis & de ijs quæ facilia sunt, difficilia: & quæ consequi possunt, impossibilia sæpe videntur. Atque id quidem nonnunquam per imperitiam, sæpenumero verò ob quandam [p] mentium ipsarum infantiam. Omnis namq; homo infans vtiq; videtur esse, vel [q] vltima senectute prouectus: quandoquidem [r] pusillum admodum, [s] ac nouellum est vitæ tempus

[t] ad vniuersum æuũ Quid est igitur, ô bone vir, quod ex eiusmodi rebus, possibilesne, an impossibiles sint, dicere quippiã possint ij, [u] quos deorum [x] ac dæmoniorum latẽt potestates, [y] quibusve totius naturæ vis incognita est? [z] Meministi, ô Chærephon, quanta nudiustertius tempestas A extiterit?

καὶ ἐνθυμηθέντι γάρ τοι δεῖ ἐπέλθοι· καὶ τὰς ἀστραπὰς ἐκείνας καὶ βροντὰς, ἀνέμων τε ἐξαίσια μεγέθη; ὑπολαβεῖν ἄν τις τῷ οἰκουμένῳ ἅπασαν, ἢ δὶν συμπεσεῖσθαι. μετὰ μικρὸν δὲ θαυμαστή τις κατάστασις ἀθλίας ἐγγίνεται, καὶ διέμενεν ἄνεμος ἔτι πνεῦ. πότερον δὲ οἴει μεῖζόν τι καὶ ἐργωδέστερον εἶναι, διαπτῶσαι ἀθεάτως ἐξ ἐπείσης τ' ἀνυποστάτου πάλαπος καὶ τραχείης μεταθεῖναι, καὶ εἰς γαλήνην ἀναγαγεῖν τὸν ἅπαντα κόσμον, ἢ γυναικὸς εἶδος μεταπλάσαι εἰς ὄρνιθός τινος ποιῆσαι; τὸ μὲν γὰρ ῥᾴδιον, καὶ τὰ παιδάρια τὰ παρ' ἡμῖν, τὰ πλαστῆρα ἐπισάμενα πηλὸν, ἢ κηρὸν, ὅταν λάβῃ ῥᾳδίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλοὺς ὄγκου, μεταχηματίζει πολλὰς ἰδέας φύσεως. ὧν δαιμονίῳ μοι δοκεῖ καὶ ὁ συμβουλεύων ὑπὲρ ὀχλου ἔχοντι πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις, οὐχὶ τυχὸν ἅπαντα τὰ ῥᾳδιώτατα, καὶ λίαν ἐπὶ

B Nam vel cogitantem quidē tum fulgura illa ac tonitrua, tum C uentorum incredibiles atq; immensas magnitudines, cogitantem inquam, pauor incessit, vereretur forsitan quispiam, vniuersam iamiam ruituram mundi fabricam. Porrò verò admirabilis quædam tranquillitatis constitutio exorta est, quæ ipsa & hactenus perdurauit. D Vtrum igitur maius ac difficilius arbitraris esse, eámne serenitatem ex illo vehementissimo turbine ac perturbatione traducere, transferréq; in tranquillitatem per mundum omnem: an potiùs mulieris formam transfiguratam in auis cuiuspiam speciem conuertere? E Etenim & pueri nostri quoq; huiusmodi aliquid fingere ac formare scientes, limum cerámve cùm ceperint, facilimè ex eadem massa varias multiplicesq; transfigurant formarum naturas. Diuino autem numini, quicum ne minima quidem ex parte nostræ facultates conferri debent, perfacilia ac prona hæc sunt omnia.

Tum

ἐπεὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν πόσῳ τι-
νὶ σαυτοῦ δοκεῖς εἶναι μείζω,
φράσαις ἄν; Χαιρ. τίς δ' ἀν-
θρώπων, ὦ Σώκρατες, νοῆ-
σαι δύναιτ' ἂν ἢ ὀνομάσαι
τι τοῦ τοιούτων; οὐδ' γὰρ εἰπεῖν ἐ-
φικτόν. Σωκ. οὐκοῦν δὴ θεω-
ροῦμεν ἀνθρώπων πρὸς ἀλλή-
λους συμβαλλομένων μεγά-
λας τινὰς ὑπροχάς, ἐν ταῖς
δυνάμεσι καὶ ἀδυναμίαις
ὑπροχούσας. ἡ γὰρ τοῦ ἀνδρῶν ἡ-
λικία, πρὸς τὰ νήπια παντε-
λῶς βρέφη, τὰ πεμπταῖα ἐκ
γενετῆς, ἢ δεκαταῖα, θαυμα-
στὴν ὅσην ἔχει τὴν διαφορὰν
δυνάμεώς τε καὶ ἀδυναμίας,
ἐν πάσαις σχεδὸν ταῖς κατὰ
τὸν βίον πράξεσι. καὶ ὅσα διὰ τῶν
τειχῶν τούτων οὕτω πολυμη-
χάνων, καὶ ὅσα δὴ τοῦ σώματος
καὶ τῆς ψυχῆς ἐργάζονται. ταῦ-
τα γὰρ τοῖς νέοις ὡς ἂν εἶπον
παιδίοις, οὐδ' εἰς νοῦν ἐλθεῖν
δυνατὰ φαίνεται, καὶ τῆς ἰ-
σχύος δὲ τῆς ἑνὸς ἀνδρὸς τελείου
τὸ μέγεθος, ἀμέτρητον ὅσην
ἔχει τὴν ὑπροχὴν πρὸς ἐκεῖνα.

*Tum mundum omnem quan-
to teipso maiorē putas esse?
Dicásne tu?* CHAE. *Quis
hominum, ô Socrates, huius-
modi quicquam vel cogita-
tione complecti, vel oratione
consequi valeat? Neque enim
id dicēdo quisquam assequa-
tur.* SO. *Itaque iam cerni-
mus homines, si fortè inuicē
conferantur, permultum dif-
ferre inter sese, præstareq; al-
terum alteri tum viribus, tū
PROM. Nostin' Mercuri Thetin? Sed quid verbis opus? præstat enim celare arcanum, quo me maneat præmium post solutam pœnam. MERC. Quando quidem id præstat, tecum recondas licebit. Quin nos, Vulcane, abimus? iam enim non longè abest aquila. At tu Titan, præstolare tantisper, dum tibi Thebanus (vt ais) sagittarius cõtingat, qui te ab aluis huius laniatu quietum reddat, ac liberum.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

DEfensionem Promethei Caucaso affixi Lucianus hic proponit, in qua verius deprehendere liceat, veluti ex instituto, acriorem in louem ac reliquos ethnicorum deos recriminationem. Verùm quis fuerit Prometheus, & quam ob culpam Caucasi supplicio destinatus, superiùs diximus in Apologia in eum à quo fuerat Prometheus appellatus Lucianus. De quo Hesiodus in Ergis, Ouidius, Horatius, ex recentioribus Erasmus in Chiliadibus suis, & Cælius in Antiquitatibus annotârunt.

a EN tibi Caucasum.] *Exordium Dialogi ab occasione loci, & Caucasi montis altissimi Septentrionali Asiæ tractu, Indiam dirimentis à Scythia, cacumina habentis prærupta, perpetuisq; niuibus tecta. Huius montis descriptionem apud Arrianum in vita Alexandri lib. 3. reperies. Prometheum verò affixum fuisse ad Caucasum, tam multi affirmant, vt vix negari possit. Hoc in primis testatur Cicero lib. 2. Tuscul. quæst. Hoc*

etiam

etiam Apollonius in fine 2. libr. Argonaut. asserit, quod eius interpres affirmat. Illud ipsum Pausanias, Seruius, & alij multi.

b Hic Titan.] *Prometheus filius Iapeti, qui fuit vnus ex sex Titanibus.* *c* Supra conuallem passis hinc atque illinc è regione manibus.] *Philostratus in Apollonio Tyaneo refert, duo esse Caucasi cacumina, stadio inter se disiuncta, quibus accolæ Promethei manus affixas fuisse ferunt.* *d* Aquila iecur depascet.] *Aquilam hanc Higinus Tiphone & Echidna genitam affirmat, alij Terra & Tartaro, alij à Vulcano factam.*

e O Saturne, ô Iapete, ô tu tellus parens.] *Iapetus Cœli & Terræ filius fuit, vir potens apud Thessalos, qui, teste Hesiodo, quatuor reliquit filios, Atlantem magnanimum, gloria præsignem Manœtium atque Prometheum varium, versipellem, stultumque Epimetheum* *f* Nullum facinus.] *Causæ ob quas Prometheus Caucaso defigitur.* *g* Hesiodi.] *Ex Theogonia Hesiodi colligitur, quando Prometheus, quæ illius astutia & prouidentia erat, Ioui Opt. Max. imposuerat, præcipuè in carnium idolothytarum distributione, quam Græci scriptores soliti sunt appellare κρεονομίαν. Siquidem sibi opipara, & forinsecus marcida: Ioui, cui tum optio dabatur, ossa alba pinguedine obducta apposuit. Vnde videtur esse prouerbium, Promethei portio. Ideo iratus Iupiter, cùm quòd homines finxerat luto, & ignem ferula cœlitùs sustulerat, tum propter hanc imposturam, Caucaso eundem alligari iussit, vbi eius epar ab aquila corroditur, quod nocte renatum, iterumq; exeditur, vt perpetua crucietur pœna.* *h* Videris.] *Conqueritur Prometheus, se iniustè à Ioue damnatum, cùm nihil mali patrauerit.* *i* In Prytaneo publico alendum.] *Prytaneum locus erat Athenis in arce dignissimus, vbi iudices & magistratus habere consilium solebant, & vbi alebantur publicè, qui bene meriti erant de Republ. sic dictum quasi πυρῦ ταμίειον, tritici victus promptuarium.* *k* Tu verò quandoquidem tam eloquio polles.] *Præparatio ad defensionem, seruiens dialogi decoro, eademque vice exordij.*

l Prope portas Caspias.] *Caspijs populis Scythici generis vicinæ sunt Tauri montis angustiæ, ad octo millia passuum in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, vt vix plaustro sint peruiæ, quas idcircò Caspias portas Scriptores appellant,*

quòd per eas ex Babylonia & Perside ad mare Caspium pateat transitus. m Quo pacto.] *Repetit capita accusationis.* n Recens for.] *Græcè καινουργῆσαι καινουργεῖν, designare & nouas res edere, καὶ τὸ καινοποιεῖν significat.* o Pro deo.] *A' persona.* p Maiorem partem.] *A' circumstantijs facti.* q Nam Iouem.] *A' consilio facti.* r Sed age Mercuri.] *Amplificatio καθ' ὑπόθεσιν.* s Cœlum terræ.] *Hyperbole prouerbialis est, pro, omnia perturbare, nihilq; non facere. Erasmo nostro interprete.* t Videre iam licet.] *A' collatione humanorum morum.* u Sic enim] *A' consilio & causa finali.* x Iuxta Poëtæ dictum.] *Homines se è luto finxisse non negat Prometheus: quem sermonem ex Aeschyli Prometheo decerpsit Lucianus. Et est transitio ad secundum caput de plastice, ad quam bifariam respondet. Primùm: Nihil damni ex hac fictione accessisse Ioui. Secundò: Multum verò etiam vtilitatis inde promanasse, à consequentibus & effectis.* y Mineruam.] *Quæ sapientiæ & bonarum omnium artium dea, & ex Iouis cerebro sine matre procreata est.* z Gigantes.] *Terræ filij excelsissimæ staturæ in deorum perniciem procreati, vt superis scilicet bellum inferrent, Iouemque de cœli possessione deijcerent.* A Prorsus omnia Iouis plena sint.] *Lucianus ex Arato sumpsit, quæ Virgilius hoc versu reddidit in Palemone Ecloga 3.*

Ab Ioue principium Musæ: Iouis omnia plena.

B Templum Promethei.] *Conqueritur Prometheus, nullam sibi aram dicatam esse, nullum extructum templum, cùm in honorem Iouis, Apollinis, Mercurij, fana ac delubra condita passim visantur.* C Flagitiosi.] *Obiectio, quam exemplo deinde diluit.* D Sic enim eandem.] *Alia, quam per inuersionem à simili.* E Atqui non.] *Elegans amplificatio obiectionis per regestionem.* F Sed si hoc dixeris.] *Altera pars huius capitis, qua & de modo figmenti respondet.* G Hæc sunt.] *Transitio.* H Quando.] *A' natura rei.* I Quod contra.] *Ab officio deorum.* K Sed quid.] *Ab vsu ignis.* L Ad alia necessaria ignis habendus.] *Ab vtili ex consequentibus.* M Miror autem.] *Amplificatio ab exemplo.* N Cùm vates sis.] *Exprobrat Prometheo vim significationis*

nis nominis. Nam cùm sit Προμηθεὺς *vocatus, debebat prouidere vt euitaret fortunam.* O Thebanus.] *Herculem ex Alcmena & Ioue natum intelligit, quem inplacabile Iunonis odium maximè nobilitauit.* P Thetin.] *Cùm Iupiter Thetidis amore captus, vxorem eam ducere vellet, Prometheus futurorum præscius, à nuptijs eiusmodì magnopere cùm deterruit: quòd in fatis esse diceret, quicunque ex Thetide nasceretur, patre suo maiorem fore. Memor itaque Iupiter eius exempli, quod ipse in patrem suum ediderat, veritusque ne similiter à filio de cœli possessione depelleretur, à Thetidis nuptijs abstinuit: memorque beneficij quod in se Prometheus contulerat, Herculem ad Caucasum mittit, qui interfecta aquila, Prometheum vinculis liberauit. Vide plura de hoc apud Seruium in illud Virgilij 6. Ecloga:*

Caucaseasque refert volucres, furtumq; Promethei.

& in sequenti Dialogo, vbi liberationem Promethei ad Mercurium refert. Fabula extat apud Pindarum Hymmo octauo Isthmiorum, Apollon. Rhodig. lib. 4. carminis Argonautici, & Ouid. 11. Metamorph.

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

EN tibi Caucasum.] *Exordium dialogi, ab occasione loci.* Rectè dicis præ.] *Actio & affictio Promethei, vnde occasio dramatis petitur.* Ne igitur cuncteris.] πρόσταξις. Ad vos saltem.] συγγνώμη. Tanquam parum sit.] ἄρνησις. Sed tu porrige [προστάξεις. Ne quippiam tibi.] σαρκασμός. O Saturne, ô Iapete.] σχετλιαστικὸν μέρος. Qui primò quidem.] *Accusatio Promethei.* Verùm sic vacat.] κατάστασις. Tu verò quandoquidem.] *Præparatio ad defensionem, seruiens dialogi decoro, eademq; vice exordij.* Verùm quando.] *Correctio.* Primùm igitur.] ἀξίωσις καὶ μετάστασις τῆς μεθόδου. Cæterùm tu Vulcane.] ἀποστροφὴ προστακτική. Partiri igitur vos.] διαίρεσις τῆς κατηγορίας. Nihil autem video.] ἀπὸ τοῦ

δυνατοῦ κολακεία. Mercurius meam obibit prouinciam.] *Reijcit partes in Mercurium.* Nam ego.] *Extenuatio sui.* Nihil est quod Merc.] *Interfatio.* Quomodo enim.] αὐτικατηγορητική. Atqui tempus expetit.] προοίμιον εἰδικὸν προσεχείας ἕνεκα. Si mihi propositum.] *Repetit capita accusationis.* Quo pacto videlicet.] διαίρεσις τῆς κατηγορίας. Denique quòd ignem.] αὔξησις. At verò.] προέκθεσις καὶ ὑπόσχεσις τῆς πίστεως. Cæterùm si.] τὸ δεύτερον μέρος. Quid enim.] ἀπίθεσις λόγου. Nunc verò.] παρασκευὴ πρὸς τὴν τῶν ἐγκλημάτων διάλυσιν. Et primò quidem.] *Apologia Promethei ad primũ caput de carnium distributione, per* ἀξίωσιν καὶ δέησιν καὶ μείωσιν. Immemor sané.] *Exprobratio.* Nam quis non.] *A' persona.* Sed agendum.] *Concessio.* Nam Iouem.] *Expolitio superiorum ad commorationem.* Vt ne interim.] ὁ λογισμός. Nil enim aliud.] παρομολογία. Meliorem.] ἀφαίρεσις. Sed age Mercuri.] συναθροισμὸς, αὐξητικὸς τῆς δίκης, μείωσιν τοῦ ἐγκλήματος. Fallor si hæc.] *Conclusio calumniæ.* Nam quum hæc.] *A' minori contentio.* Videre iam licet.] ἄλλη ἀντίθεσις συγκριτικὴ αὐξήσεως ἕνεκα. Tempus nunc monet.] μετάβασις καὶ κατάστασις. Cuius culpæ me.] διαίρεσις. Quàm ego illos.] ὑπόσχεσις. Ego ad vtrumque.] κατασκευὴ διμερής. Sic enim nullo.] ἐκ τῆς ἐκβάσεως. Cùm itaque tellus.] καταδιήγησις. Adeò vt neque.] ἡ πρόφασις ἢ ἀφορμή. Ego cùm alioqui.] ὁ λογισμός. Quippe vel id erat.] τὸ αἴτιον τοῦ πραχθέντος. Cæterùm iuxta.] αὐτὸ τὸ πραχθέν. Hæc sunt magna.] *Clausula narrationis per extenuationem.* Iam verò mirum.] παραύξησις. Itaque neminem fugit.] *Conclusio primi argumenti.* Atqui in promptu est.] *Secundum argumentum, multum verò etiam vtilitatis inde promanasse, à consequentibus & effectis.* Quòd si ego.] τὸ καταπλαστέν. Verùm ego.] ἀντίθεσις. Nam si quæ ad rempubl.] κατασκευή. Cæterùm istuc.] *Aliud argumentum, à causa finali.* Quod ideò dixerim.] ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐκβαίνω. Ad de quòd nemo ex nobis.] ἄλλο ἐπιχείρημα. Verùm enimuerò quum optimo.] *Conclusio.*

clusio. In crucem à vobis leuatus.] ἀπὸ τοῦ ἀνηκέστου. Sed ais, flagitiosi.] *Obiectio, quam exemplo deinde diluit.* Liceat reperire hanc.] τὸ ἐναίτιον. Nec verò est quòd dicas.] *Alia, quam per inuersionem à simili soluit.* Sed adime obsecro dijs.] τὸ κοθ' ὑπόθεσιν. Cæterùm malè me.] *Aliud caput accusationis secundæ.* Quas tamen:] *Elegans amplificatio obiectionis, per regestionem.* Atqui non erat.] *Altera pars huius capitis, qua & de modo figmenti respondet.* Sed si hoc dixeris.] *A' consequenti contrario.* Hæc sunt quæ.] *Conclusio.* Ad ignem transeamus.] *Transitio. Tertium caput de igne è cœlo sublato.* Fœdam nimirum.] ἐξουθενισμός. Per deos autem.] δέησις. Sed mox mihi.] ἐρώτησις ἀντὶ τῆς ἀρνήσεως. Quod quidem vix.] τὸ ἐπιχείρημα, *à natura rei.* Itaque euidentissimum.] ἀντιδιαβολή. Quo contra.] *Ab officio deorum.* Sed quid si omnem.] *Concessio.* Quibus ignis.] *Ratio.* Cùm neque coquere.] *Ab vsu ignis.* Verùm hominibus.] *Ab vtili ex consequentibus.* Itaque parum apposité.] *Clausula.* Miror autem.] *Amplificatio ab exemplo.* Vestrûm erit.] ἐπίλογος σὺν ἐταγγελίᾳ. Haud facile est.] *Interfatio Mercurij.* Mirum autem.] θαυμαστικὴ ἐρώτησις. Præsciui hæc,] ἀπόκρισις. Et nunc Thebanus.] μάντευμα. Vtinam hæc.] εὐχή. Bono sis animo.] προσοχή. Ne oro graueris.] ἀξίωσις. Nostín' Mercuri.] ἔκθεσις. Quin nos, Vulcane, abimus?] *Conclusio.*

DEORVM DIALOGI.

ARGVMENTVM. IN eosdem.

Dialogi qui sequuntur, tam superorum quàm inferorum deorum, quasi quandam syluam ac summam continent omnium ferè fabularum, quæ partim apud Homerum & cæteros Epicos Poëtas, partim à

Tragicis, Aeschylo, Euripide, Sophocle & reliquis tractantur. Sunt autem vti breuiores, ita argutiores quoque, siue res, siue verba & compositionem spectes: adeoque germanam illam Atticæ eloquentiæ festiuitatem & gratiam exprimunt. Videtur autem Lucianus non hoc tantùm agere voluisse, vt deorum gentilium & Homericorum vanitatem argueret atque irrideret (quis enim veterum, saltem mediocriter sapientum atque doctorum, vnquam fuit, qui huiuscemodi nugis vllam fidem adhiberet, aut numen nostris & humanis affectionibus obnoxium esse crederet) verùm illud quoque, vt (quod in Prometheo ipse de se dicit) Heroicam illam dialogi personam, & tragicam grauitatem, Comico risu temperaret. Et quia in omni genere scriptorum versatum esse oportet eum, qui veram ac solidam eloquentiæ atque doctrinæ laudem assequi cupit, quemadmodum ipse infrà in Lexiphane præcipit: existimo equidem etiam exempli & exercitationis causa, ad hunc modum in hoc genere illum sese exercuisse. Nam vt hic Tragicorum & Homericorum fabulas, vt infrà Comicorum quoque argumenta retractat, & ad dialogorum festiuitatem reuocat. Interim tamen etiam seria obiter monet ac docet: vt in Cupidine, vbi tacitè illud indicat, quod Cicero pro Cælio multis verbis commemorat: studiosos puta, & literarum amantes, nullis externis ac prauis cupiditatibus alligari ac vinci. quod idem & Theocritus de Musis apertè dicit:

Nam quos aspiciunt illæ (inquit) exhilarantq; videndo,
Nulla venenosæ lædunt hos pocula Circes.

ΠΡΟΜΗ-

ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ
καὶ Διός

PROMETHEI
& Iouis.

Iacobo Micyllo interprete.

PROMETHEVS.

Λυσόν με, ὦ Ζεῦ, δεινὰ γὰρ ἤδη πέπονθα. Ζεύς. λύσω σε φὴς, ὃν ἐχρῆν βαρυτέρας πέδας ἔχοντα, καὶ τὴν Καύκασον ὅλον ὑπὲρ κεφαλῆς ἐπικείμενον, ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν μὴ μόνον κείρεσθαι τὸ ἧπαρ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεσθαι, ἀνθ' ὧν τοιαῦθ' ἡμῖν ζῶα ἀνθρώπους ἔπλασας, καὶ τὸ πῦρ ἔκλεψας, καὶ τὰς γυναῖκας ἐδημιούργησας: ἃ μὲν γὰρ ἐμὲ ἐξηπάτησας ἐν τῇ διανομῇ τῶν κρεῶν, ἐστᾶ πιμελῇ με καλυμμένα μοι παραθεὶς, καὶ τὴν ἀμείνω τῶν μοιρῶν σεαυτῷ φυλάττων, τί χρὴ λέγειν: Προ. οὐκοῦν ἱκανὴν ἤδη τὴν δίκην ἐκτέτικα, τοσοῦτον χρόνον τῷ Καυκάσῳ προσηλωμένος, τὸν κάκιστα ὀρνέων ἀπολούμενον ἀετὸν τρέφων τῷ ἥπατι. Ζεύς. οὐ δὲ πολλοστημόριον τοῦτο, ὧν σε δεῖ παθεῖν.

Solue [a] me Iupiter, [b] grauia enim iam passus sum. IVP. Soluam te, ais, quem oportebat grauiores pedicas habētem, & Caucasum totum super caput incumbentem, à sedecim vulturibus non solùm corrodi epar, sed & oculis carere effossis: eò quòd talia nobis animalia, homines videlicet, effinxeris: & ignem furtim surripuisti, & mulieres fabricatus es? Nam [c] quibus meipsum decepisti in distributione carnium, ossa pinguedine obducta mihi apponens, & meliorem partium tibijpsi seruans, quid attinet dicere? PRO. Igitur sufficientem iam pœnam exolui, [d] tantum tempus Caucaso affixus, pessimam auium perditam aquilam nutriens hepate.

IVP. Ne minimum quidem hoc eorum quæ te oportet pati.

1790

Προ. καὶ μὴν οὐκ ἀμισθί μελύσεις, ὦ Ζεῦ, ἀλλά σοι μη νύσω πάνυ ἀναγκαῖον. Ζ. κατασοφίζῃ με, ὦ Προμηθεῦ; Προ. καὶ τί πλέον ἔξω: οὐ γὰρ ἀγνοήσεις αὖθις, ἔνθα ὁ Καύκασός ἐστιν, οὐδ' ἀπορήσεις δεσμῶν, ἤν τι τεχνάζων ἁλίσκωμαι. Ζ. εἰπὲ πρότερον, ὅν τινα μισθὸν ἀποτίσεις ἀναγκαῖον ἡμῖν ὄντα Προ. ἢν εἴπω ἐφ' ὅ, τι βαδίζεις νῦν, ἀξιόπιστος ἔσομαί σοι καὶ περὶ τῶν ἑπολοίπων μαντευόμενος; Ζ. πῶς γὰρ οὔ; Προ. παρὰ τὴν Θέτιν, συνευόμενος αὐτῇ. Ζ. τοῦτι μὲν ἔγνως. τί δ' οὖν τὸ ἐπὶ τούτῳ; δοκεῖς γάρ τι ἀληθὲς ἐρεῖν. Προ. μηδὲν, ὦ Ζεῦ, κοινωνήσης τῇ Νηρηΐδι. ἢν γὰρ αὐτὴ κυοφορήσῃ ἐκ σοῦ, τὸ τεχθὲν ἴσα ἐργάσεταί σε, οἷα καὶ σὺ ἔδρασας τὸν Κρόνον. Ζ. τοῦτο φῄς, ἐκπεσεῖσθαί με τῆς ἀρχῆς; Προ. μὴ γένοιτο ὦ Ζεῦ. πλὴν τοιοῦτό τι ἡμῖξις αὐτῆς ἀπειλεῖ. Ζ. χαιρέτω τοιγαροῦν ἡ Θέτις· σὲ δὲ ὁ Ἥφαιστος ἐπὶ τούτοις λυσάτω.

PRO. *Atqui non sine mercede me solues Iupiter, sed tibi significabo valde necessarium.* IV. *Blandiendo decipis me Promethee.* PRO. *Et quid plus habebo? Non enim ignoras rursus vbi Caucasus est: neque indigebis vinculis, si quo modo versutias agens deprehendar.* IVP. *Dic prius, quâmnam mercedem persolues necessariã nobis existentem?* PRO. *Si dixero ad quem locũ vadis nunc, fide dignus ero tibi & de reliquis vaticinans?* IVP. *Quomodo enim non?* PRO. [e] *Ad Thetin, coiturus cum ipsa.* IVP. *Hoc quidem nosti. Quid igitur postea? videris enim verum quiddam dicere.* PRO. *Nihil, ô Iupiter, rei habeas* [f] *cũ Nerine hac. si enim ipsa grauida reddetur ex te, fœtus similia faciet tibi, qualia & tu fecisti Saturno.* IVP. *Hoc ais, expulsurum me regno?* PRO. *Vtinam ne fiat, ô Iupiter: veruntamen tale aliquid coitus ipsius* [g] *minatur.* IVP. *Valeat igitur Thetis: te verò* [h] *Vulcanus ob hæc soluat.*

GILBER.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a SOLVE me, Iupiter.] *Prometheus hic orat Iouẽ, vt tandem liberetur.* b Grauia enim iam sum passus.] *De Prometheo inquit idem Lucianus de Sacrificijs, cui non cognitum est, quàm atrocia sit passus, propterea quòd supra modum humanæ gentis amans fuerit. Siquidem hunc Iupiter in Scythiam deportatum super Caucasum montem cruci suffixit, adhibita illi aquila, quæ iecur illius assiduè circumroderet.*

c Nam quibus meipsum decepisti.] *Breuis repetitio capitum accusationis Promethei. Hyginus in Astronomico poëtico: Antiqui, inquit, cùm maxima ceremonia deorum immortalium sacrificia administrarent, soliti erant totas hostias in sacrificiorum consumere flamma. Itaque cùm propter sumptus magnitudinem sacrificia pauperibus non contingerent, Prometheus, qui propter excellentiam ingenij miram, homines finxisse existimatur, recusatione dicitur ab Ioue impetrasse, vt partem hostiæ in ignem conijcerent, partem in suo consumerent vsu. Idq; postea consuetudo firmauit. Quod cùm facilè à deo, non vt ab homine auaro, impetrasset, ipse Prometheus immolauit tauros duos: quorum primùm iecinora quum in ara posuisset, reliquam carnem ex vtroque tauro in vnum compositam, corio bubulo texit: ossa autem quæ circum fuerunt, reliqua pelle contecta in medio collocauit, & Ioui fecit potestatem, vt quam vellet earum sumeret partem. Iupiter autem, etsi non pro diuina fecit cogitatione, nec vt deum decebat, omnia qui debuit antè prouidere: sed quoniam credere instituimus historijs, deceptus à Prometheo, vtrumque putans esse taurum, delegit ossa pro sua dimidia parte. Itaque postea in solennibus & religiosis sacrificijs carne hostiarum consumpta, reliquam, quæ pars fuit deorum, eodem igne comburunt. Hæc Hyginus: ex cuius verbis facilè intelliges, quod scribit hic Lucianus.* d Tantum tempus.] *Aeschylus dicit in Prometheo, Prometheum aliquot annorum millia Caucaso affixum fuisse.* e Ad Thetin.] *Ouidius lib. 1. Metam. hoc vaticinium attribuit Proteo: sed Lucianus hic videtur Aeschyli poëtæ & aliorum sequi sententiam*

tiam. *f* Cum Nerine.] *Thetide & Doridis filia.* *g* Minatur.] *Constitutum erat in fatis, Thetin parituram filium longè præstantiorem patre, quod Prometheus Ioui, & Proteus ipsi Thetidi prædixerunt.* *h* Vulcanus.] *Præcedenti proximo dialogo Prometheus dixit Herculem liberaturum eum.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Iuppiter iratus furto fraudiq; Promethei,
Vinctum Caucaseis liberat inde iugis.
Significat curas hepar: cœlestis at ignis,
Nostrum animum, quoniam cœlitùs ille datur.

Solue me] *Deprecatur supplicium Prometheus.* Soluam te.] *Recusatio Iouis.* Eò quòd talia.] αἰπολογία δι' ἀπαριθμήσεως. Nam quibus.] παράλειψις. Tantum tempus.] *Pœnæ exaggeratio & extenuatio.* Qui non sine] ὑπόσχεσις τοῦ μισθοῦ διὰ κατασοφίσματος. Si dixero.] προτρεπτικὸν καὶ προῤῥιτικὸν μέρος. Nihil, ô Iupiter.] ἀποτροπή. Vtinam ne fiat.] εὐχή. Te veró.] *Impetratio veniæ.*

ΕΡΩ-

ΕΡΩΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

CVPIDINIS & Iouis.

Eodem interprete.

CVPIDO.

Ἀλλ' ἁ ἁμά τι ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ, σύγγνωθί μοι. παιδίον γάρ εἰμι, καὶ ἔτι ἄφρων. Ζ. οὐ παιδίον, ὦ Ἔρως· ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ἰαπετοῦ; ἢ διότι μὴ πώγωνα, μηδὲ πολιὰς ἔφυσας, διὰ ταῦτα καὶ βρέφος ἀξιοῖς νομίζεσθαι, γέρων καὶ πανδερμος ὤν; Ἐρ. τί δέ σε καὶ δίκαιόν ἐστιν ὁ γέρων, ὡς φῂς, ἐγὼ, διότι μοι καὶ πεδῆσαι δέδοκεν; Ζ. σκόπει, ὦ κατάρατε, ἃ μικρὰ, ὃς ἐμοὶ μὲν ἔτως ἐνυβρίζεις, ὥστε μηδέν, ἔστιν, ὃ μὴ πεποίηκάς με, σάτυρον, ταῦρον, χρυσὸν, κύκνον, ἀετόν. ἐμοὶ δὲ ὅλως οὐδεμίαν τῶν τινα ἐραθῆναι πεποίηκας. οὐδὲ σωφρονεῖν δοκεῖς γυναικὶ δοκοῦσα συγγεγυμνένος, ἀλλά με δεῖ μαχαναῖσιν ἐπ' αὐτὰς, καὶ λαθέσθαι ἐμαυτόν. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἐᾶν χρή· τὸν δὲ ταῦρον ἢ κύκνον φιλοστορεῖν δεῖ, καὶ ἐκείνοις ἐπιτρέπειν.

At si quid etiam peccaui, Iupiter, ignosce mihi: [a] puer enim admodum sum, & adhuc imprudens. IVP. Tu puer autem Cupido, qui antiquior multò Iapeto es? An quia neque barbam habes, neque canos produxisti, propterea etiã infans putari cupis, senex & verfutus adeò cũ sis? CVP. Qua verò iniuria affeci te ego senex ille, vt tu ais, cur me vincire quoque cogitas? IVP. Specta, sceleste, an parua, qui me ita ludibrio habes. Itaq; iam nihil est quod me non effeceris, satyrum, taurum, [b] aurũ, cygnum, aquilam: omnia hæc feciſti me. At quæ me viciſſim amaret, nullam planè vnquã feciſti: neq; intellexi me etiam vxori propter te gratiorem fuiſſe: ſed oportet me præſtigijs vti ad illas, & meipſum abſcondere. Illæ autem taurum aut cygnũ exoſculantur:

φιλοῦσιν, ἐμὲ δὲ ἢν ἴδωσι, τεθνᾶσιν ὑπὸ τοῦ δέους. Ερ. εἰκότως· οὐ γὰρ φέρουσιν, ὦ Ζεῦ, θνητὰ οὖσαι τὴν πρόσοψιν. Ζ. πῶς οὖν τὸν Απόλλω ὁ Βράγχος καὶ ὁ Υάκινθος φιλοῦσιν; Ερω. ἀλλ' ἡ δάφνη κἀκεῖνον ἔφευγε, καί τοι κομήτην καὶ ἀγένειον ὄντα. εἰ δ' ἐθέλεις ἐπέραστος εἶναι, μὴ ἐπίσειε τὴν αἰγίδα, μηδὲ τὸν κεραυνὸν φέρε, ἀλλ' ὡς ἥδιστον ποίει σεαυτὸν, ἑκατέρωθε καθειμένος βοστρύχους, τῇ μίτρᾳ τούτους ἀνειλημμένος. πορφυρίδα ἔχε, ὑποδέου χρυσίδας, ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις εὔρυθμα βαῖνε, καὶ ὄψει ὅτι πλείους ἀκολουθήσουσί σοι τῶν Διονύσου Μαινάδων. Ζ. ἄπαγε. οὐκ ἂν δεξαίμην ἐπέραστος εἶναι τοιοῦτος γενόμενος. Ερ. οὐκοῦν, ὦ Ζεῦ, μηδὲ ἐρᾶν θέλε· ῥᾴδιον γὰρ τοῦτό γε. Ζ. οὐκ ἀλλ' ἐρᾷν μὲν, ἀπραγμονέστερον δ' αὐτοῦ ἐπιτυγχάνειν. ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ἀφίημί σε.

tur: me verò si aspiciant, moriũtur præ formidine. CVP. Meritò. neque enim. ferunt, ô Iupiter; vt quæ mortales sint, aspectum tuum. IVP. Quomodo igitur [c] Apollinem Branchus ille & Hyacinthus tantopere amant? CVP. [d] At Daphne etiam fugiebat illum, quamuis comatum & imberbem. Quòd si autem voles amabilis esse, neque concutias [e] ægidem, neq; fulmen geras, sed quàm suauissimum teipsum perhibe: vtrinque demisso capillo, eoq; mitra reuincto, vestem sume purpuream, crepidas subliga auratas, ad tibiam & ad tympana composito gressu incede: & videbis quòd plures te sequentur, quàm Bacchum Mænades. IVP. Apage, equidem nolim amabilis esse isthoc pacto, vt talem meipsum exhibeam. CVP. Proinde & amare nolis: nam hoc certè facile est. IVP. Quin amare quidem volo, minore autem negocio illo potiri. Atque ob hæc nunc dimitto te.

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

HVius dialogi argumentum continet hoc incerti authoris distichon:

ΟΖεὺς πρὸς τὸν ἔρωτα βέλη, τὰ σὰ πάντ' ἀφελοῦμαι,
χ' ᾧ πτανὸς, βρόντα καὶ πάλι κύκνος ἔσῃ. *Id est,*
Tela tibi eripiam, sic Iuppiter inquit Amori.
Cui puer ille: Tona, denuò cygnus eris.

Huc allusisse videtur Iacobus Sannazarius:

De Veneris nato quæsta est Dictynna Tonanti,
Quòd nimis ille puer promptus ad arma foret.
Tunc pater accito ostendens graue fulmen Amori:
Hoc tibi sæue puer spicula franget, ait.
Cui lasciuus Amor metis hæc reddidit alis:
Quid si iterum posito fulmine cygnus eris?

a PVER.] *Pingebatur puer imberbis, cæcus, alatus, facem gestans & sagittas: quarum vna cuspide aurata vulneratos ad amorem, altera plumbea ad odium impellit. quorum omnium rationem pulcherrimis versibus Marullus & Aeneas Syluius ingeniosissimè complexi sunt.* *b* Aurum.] *Cupido Iouem diuinitatis suæ immemorem, ad furtiuos Danaës amplexus è cœlo per impluuium in imbre aureo demisit.* *c* Apollinem.] *Apollo Daphnes, Branchi, & Hyacinthi pulchritudine arsit.* *d* At Daphne.] *Quæ cùm Apollinis vim alioqui effugere non posset, implorato patris Penei fluminis auxilio, in laurum arborem est commutata. Ouid 1. Metam.* *e* Aegidem.] *hoc est, thoracem, seu loricam: sic enim Martialis exponit libro septimo Epigrammatum.*

ΑΠΟΛ-

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ καὶ Ἡφαίστου.

APOLLINIS & Vulcani.

Eodem interprete.

VVLCANVS.

Ἑώρακας, ὦ Ἀπολλον, τὸ τῆς Μαίας βρέφος, τὸ ἄρτι τεχθέν, ὡς καλόν τι εἰσὶ, καὶ προσηνὲς πᾶσι, καὶ ἀγλαόν τι ἤδη ὡς μέγα ἀγαθὸν ἀφυσόμενον; Απ. ἐκεῖνόν γε φῶ βρέφος, ὦ Ἡφαιστε, ἢ μέγα ἀγαθόν, ὃ τοῦ Ἰαπετοῦ πρεσβύτερόν ἐστιν, ὅσον ἐν τῇ πανουργίᾳ; Ηφαι. καὶ τίνα ἂν ἀδικῆσαι δυνηθείη ἀρτίτοκον ὄν; Απ. ἐρώτα τὸν Ποσειδῶνα, οὗ τὸ τρίαινον ἔκλεψεν· ἢ τὸν Ἄρη, καὶ τοῦτο γὰρ ἐξέλκυσε λαθὼν τὸ ἀκόντιον τὸ ξίφος ἵνα μὴ ἐμαυτὸν λέγω, ὃν ἀφώπλισε τὸ τόξον, καὶ τῶν βελῶν. Ηφ. τὸ νεογνὸν ταῦτα, ὃ μόλις ἐκινεῖτο ἐν τοῖς σπαργάνοις; Απ. ἔσῃ, ὦ Ἡφαιστε, εἰ σοι πεισθήσομαι μόνον. Ηφ. καὶ μὴν πεισθήσῃ ἤδη. Απ.

VIdistin' Apollo Maiæ infantulum illũ, nuper genitũ, vt formosus est, & arridet omnibus, & iam quoq; tale quiddam præ se fert, quasi in magnum aliquod bonum euasurus sit? APOL. Illúmne ego infantem dicam, ô Vulcane, aut in magnum aliquod bonum euasurum, qui ipso Iapeto antiquior est, quantum ad fraudulentiam attinet? VVL. Et quem adeò iniuria afficere potuerit, iam primùm in lucem editus? APOL. Interroga Neptunum, cuius tridentem suffuratus est, aut Martem: nam & huius subtraxit clàm è vagina gladium, vt interim de meipso non dicam, quem & arcu spoliauit, & sagittis.

VVL. *Hæccine infantulus & modò natus ille, qui vixdum mouebatur in cunis inter inuolucra?* APOL. *Scies Vulcane, si modò ad te aliquãdo venerit.* VVL. *Atqui venit iampridẽ.*

APOL.

Απ. τί οὖν; πάντα ἔχεις τὰ ἐργαλεῖα, καὶ οὐδὲν ἀπόλωλεν αὐτῶν; Ηφ. πάντα, ὦ Ἄπολλον. Απ. ὅμως ἐπίσκεψαι ἀκριβῶς. Ηφαι. νὴ Δία τὴν πυράγραν οὐχ ὁρῶ. Απ. ἀλλ' ὄψει αὐτὴν που ἐν σπαργάνοις τοῦ βρέφους. Ηφ. οὕτως ὀξύχειρ ἐστί, καθάπερ ἐν τῇ γαστρὶ ἐκμελετήσας τὴν κλεπτικήν; Απ. οὐ γὰρ ἤκουσας αὐτοῦ καὶ λαλοῦντος ἤδη στωμύλα καὶ ἐπίτροχα. ὁ δὲ καὶ διακονεῖσθαι ἡμῖν ἐθέλει. χθὲς δὲ προσκαλεσάμενος τὸν ἔρωτα, κατεπάλαισεν εὐθύς, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑφελὼν τὼ πόδε. εἶτα μεταξὺ ἐπαινούμενος, τῆς Ἀφροδίτης μὲν τὸν κεστὸν ἔκλεψε, προσπτυξαμένης αὐτὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ. τοῦ Διὸς δὲ γελῶντος, τὸ σκῆπτρον. εἰ δὲ μὴ βαρύτερος ὁ κεραυνὸς ἦν, καὶ πολὺ τὸ πῦρ εἶχε, κἀκεῖνον ἂν ὑφείλετο. Ηφαι. γοργόν τινα τὸν παῖδα φῄς. Απ. οὐ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ μουσικόν. Ηφαι. τῷ τοῦτο τεκμαίρεσθαι ἔχεις;

APOL. Quid igitur? habésne omne fabrile instrumentum? necdum quicquam illius tibi amissũ est? VVL. Omne, Apollo. APO. Attamen inspice diligẽter. VVL. Per Iouem, forcipem non video. APOL. Sed videbis illũ alicubi inter inuolucra in cunis infantis. VVL. Adeóne [a] aduncas manus habet, perinde ac si in ipso ventre iam tũ meditatus esset furãdi rationẽ? APO. An non audîsti ipsum loquentẽ quoq; iam arguta ac volubilia quædã? Atq; hic etiam ministrare nobis vult. Heri autem vocato ad se Cupidine, statim illum palæstra superauit, nescio quo pacto pedes illi subtrahens. Deinde cùm à cæteris laudaretur, interea Veneri surripuit cingulũ, quum illa amplexata ipsum fuisset ob victoriam. Ioue autem ridẽte, sceptrum illius sustulit: & nisi grauius fuisset, & plus ignis habuisset, ipsum quoque fulmen subtraxisset. VVL. Celerem atq; agilem quendam puerum mihi narras. APOL. Quinimò & musicum præterea. VVL. Vndénam huius rei coniecturam facis?

Απ. χελώνην ποτὲ νεκρὰν εὗρε, ὄργανον ἀπ' αὐτῆς σοι πέπηξατο. πήχεις γὰρ ἐναρμόσας, καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, μετὰ ταῦτα ἐντείνας ἑπτὰ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ηφαιστε, καὶ ἐναρμόνιον, ὡς μοὶ αὐτὸς φθονεῖν, τὸν πάλαι διαπείσιμον ἀεὶ σπουδῶντα ἔλεγε δὴ καὶ Μαῖα, ὡς δεῖ μένοι τὰς νύκτας ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' ὑπὸ περιεργίας ἄρτι τοῦ ἕῳθεν κατίοι, λιπόντων τὴν ἀκρόπολιν ἀγαλμάτων. ἐπόμπευσε δ' ὅτι, καὶ ῥάβδον τινὰ παποίησατο θαυμασίαν τὴν δυνάμιν, ἣ ψυχαγωγεῖ καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς. Ηφαι. ἐγὼ ἐκείνην ἔδωκα αὐτῷ παίγνιον εἶναι. Απ. τοιγαροῦν ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν τὴν σκάφην. Ηφαι. εὖ γε ὑπέμνησας. ὡς καὶ βαδιοῦμαι ἀπολησόμενος αὐτὴν, εἴ που, ὡς φῂς, εὑρεθείη ἐν τοῖς σπαργάνοις.

APOL. Testudine mortua alicubi inuenta, instrumentum ex ea compactum dedit. Brachijs enim adaptatis, & iugo superinducto, deinde calamis (chordarum ansulis videlicet) infixis, fundoque infrà, & quasi quodam dorso subiecto, atque inde septem chordis suspensis & intentis, iucundum adeò quiddam modulatur, & concinnum, vt ego quoque illi iam inuideam, qui iam olim personando citharam me exerceo. Cæterùm ipsa Maia illud quoque dicebat, quòd neque in cœlo noctu maneret, sed præ nimio agendi studio ad inferos vsque descenderet, furaturus scilicet etiam inde aliquid. [b] Alatus autem quoque est, ac virgam quandam apparauit, mirificam potestatem ac vim habentem, qua animas euocat, & educit mortuos. VVL. Ego illam dedi ipsi, vt esset quasi ludicrum. APOL. Proinde & mercedem istam tibi retulit, forcipem videlicet. VVL Recte sanè admonuisti. quare ibo vt illum recipiam: sicubi, vt ais, inter inuolucra in cunis inuenire poterit.

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a Aduncas manus.] *Mercurium furem, & furum præsidem poëtæ faciunt, vnde ὀξύχειρ à Luciano dictus est, & manibus aduncis.* b Alatus quoque est.] *Lilius Gregorius in Mercurij symagmate scribit, vidisse se Mercurij imaginem, in libro quodam antiquitatum hoc modo effictam: filo quidem erat corporis iuuenili, facie imberbi, cum alis supra aures, nudus verò totus, præterquam quod pallium habere videbatur, dextra marsupium continebat quod supra caput hirci iacebat. Sinistra verò caduceum præferebat, ad pedes illius hircus & gallus suberant, Vide Macrob.* c Ac virgam quandam.] *De Mercurij virga Homerus Odyss. 5. cuius verba expressit Virgil. 4. Aeneid.*

Tum virgam capit, hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos, adimitq; & lumina morte resignat.

Vide nostram annotationem in Protesilai Dialogo. Ab aurea autem virga dictus est Mercurius χρυσόῤῥαπις.

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Επιθετικὸς καὶ ὑποπτικός.

Furto quàm promptus fuerit Cyllenius infans,
Exponit Phœbo claudus vbique faber.
Sic natum memorant: & iam natura manebit
Illi, qui tali sidere prodit homo.

MATAE infantulū.] ἔκπληξις à matre, ætate, forma, & actu. Et arridet omnib.] ἐκπλησμός. Tale quiddam.] ἀπορία. Qui ipso Iapeto.] ὑποβολὴ συγκριτική. Interroga.] ἀπαίτησις τοῦ ἐλέγχου. Nam & huius.] *Descriptio personæ ψεκτική, à natura & moribus.* I. ὅτι κλέπτης. Scies Vulcane, si modò.] *Enumeratio furtorum.* Per Iouem.] ὅρκος. Adeóne aduncas manus.] ἐκφώνησις θαυμαστική. An non audisti ipsum.] II. ὅτι λάλος. Statim illum.] III. ὅτι παλαιστικὸς κατ' ἀφήγησιν. Veneri surripuit.] *Redit ad furta.* Et nisi grauius.] τὸ παραλῆφθεν.

Celerem.] *Transitio.* Quinimò & musicum.] ὅτι μουσικός. ἀφήγησις, *quomodo citharam confecerit: causa efficiens, forma, materia, finis, effectus.* Cæterùm ipsa.] *Ad furta nocturna transit.* Alatus autem.] *Alia descriptio, à corpore & actu.* Animas euocauit.] ὅτι ψυχαγωγικὸς καὶ νεκροπομπός. Rectè sanè.] *Conclusio.*

ΗΦΑΙΣΤΟΥ καὶ Διός.

VVLCANI & Iouis.

Iacobo Micyllo interprete.

VVLCANVS.

ΤΙ με, ὦ Ζεῦ, δεῖ ποιεῖν; ἥκω γὰρ, ὡς ἐκέλευσας, ἔχων τὸν πέλεκυν ὀξύτατον, εἰ καὶ λίθον δέοι μιᾷ πληγῇ διατεμεῖν. Ζ. εὖ γε, ὦ Ηφαιστε. ἀλλὰ δίελέ μου τὴν κεφαλὴν εἰς δύο, κατεγγκών. Ηφ. πειρᾷ μου, εἰ μέμηνα; πρόσαττε δ' οὖν τἀληθὲς, ὅπερ θέλεις σοι γενέσθαι. Ζεύς. διαιρεθῆναί μοι τὸ κράνιον. εἰ δ' ἀπειθήσεις, οὐ νῦν πρῶτον ὀργιζομένου πειράσῃ μου. ἀλλὰ χρὴ καθικνεῖσθαι παντὶ τῷ θυμῷ, μηδὲ μέλλειν. ἀπόλλυμαι γὰρ ὑπὸ τῶν ὠδίνων, αἵ μου τὸν ἐγκέφαλον ἀναστρέφουσιν. Ηφ. ὅρα, ὦ Ζεῦ, μὴ κακόν τι ποιήσομεν.

QVid me oportet facere, Iupiter? venio enim ita vt iussisti, securim habens acutissimam, etiamsi lapides opus sit vno ictu dissecare. IVP. *Rectè sanè, Vulcane. Sed iam impacta illa, diuide mihi caput in duas partes.* VVL. *Tentas me num insaniã? Impera igitur verè quod vis tibi fieri.* IVP. *Diuide mihi caluariã volo. si verò nõ obedieris mihi, me experieris non nunc primùm irascentẽ. Veruntamen ferire oportet audacter, & præsenti animo, neq; cũctari. Pereo enim præ doloribus, qui mihi cerebrũ inuertunt.* VVL. *Vide Iupiter, ne quid mali faciamus.*

Acuta

ὀξὺς γὰρ ὁ πέλεκυς ὅδι, καὶ οὐκ ἀνεμωτὶ, οὐδὲ κατὰ τοῦ Διὸς κεφαλὴν ἀναπηδήσαν μαιώσεταί σε Λοχείαν μόνον, ὦ Ἥφαιστε, θαρρῶν ἔτι γε ἐγὼ τὸ συμφέρον. Ἥφ. ἄκων μέν, Ἀθηνᾶ, τοῦτο ποιήσω σε. τί γὰρ χρὴ ποιεῖν, ὅτι μὴ πείθηται; τί τοῦτο; κόρη ἔνοπλος; μέγα, ὦ Ζεῦ, τὸ κῶμα ἔσχες ἐν τῇ μεθύῃ ἐπόησας δῆτα, τηλικαύτῃ κατὰ τοῦ μειρακίου παρθένον ζωογονῶν, καὶ ταῦτα ἔνοπλον. ἔπου στρατόπεδον, ὦ ἀφελὲς, ἐκπεπήδηκας ἔχων. ἦ που φρενῶν καὶ πυρρίχιδα, καὶ τοῦ ἀσπίδα γυάσθαι, καὶ τὸ δόρυ πάλλειν καὶ ἐνθουσιᾷν. καὶ τὸ μέγιστον, ἀλλὰ πάνυ καὶ ἀκμαία γύναι ἤδη ἐν Βραχᾷ, γλαυκῶπις μέν, ἀλλὰ ἱκανὴ καὶ τοῦτο κόρυς. ὥστε, ὦ Ζεῦ, μαίωτρά μοι ἀπόδος. ἐγνύσας μοι αὐτίκα. Ζ. ἀδύνατα αἰτεῖς, ὦ Ἥφαιστε. παρθένον γὰρ ἀεὶ θέλει μένειν. ἐγὼ γοῦν, τό γε ἐπ' ἐμοὶ, οὐδὲν ἀντιλέγω.

Acuta enim securis est, & non absque sanguine, neque etiam ad Lucinæ mortem tibi obstetricabitur. IVP. *Incute modò Vulcane audacter: ego enim noui quid sit conducibile.* VVL. *Inuitus quidem, sed tamen feriam. Quid enim agat aliquis, te iubente? Sed quid hoc? puella armata hæc est. Magnũ, ô Iupiter, malum habuisti in capite. meritò igitur iracũdus fuisti, tantam intra cerebri panniculũ virginem viuam nutriens, idq; armatã. nimirum castra, non caput habuisti, nõ aduertens. Hæc verò etiam saltat, & cum armis tripudiat, clypeum concutit, ac hastam vibrat, & quasi quodam furore concitatur: &, quod maximũ est, formosa admodum, ac maturis nubilis annis breui adeò iam facta est, cæruleos quidem oculos habens. Sed tamen & huic gratiam addit galea. Quare, ô Iupiter, obstetricandi præmium hoc mihi refer: desponde mihi illam.* IVP. *Impossibilia petis, Vulcane: perpetuò enim virgo manere vult. Ego certè, quantum in me est, nihil repugno.*

Ηφαι. τοῦτ' ἐβουλόμην, ἐμοὶ μελήσει τὰ λοιπά. καὶ ἤδη συναρπάσω αὐτήν. Ζεύς. εἴ σοι ῥᾴδιον οὕτω, ποίει. πλὴν οἶδα, ὅτι ἀδύνατον ἐρᾷς.

VVL. *Hoc volebam: reali quum quod est, ipse curabo: ac iam simul rapiam hinc ipsam.* IVP. *Si tibi facile adeò hoc, facias licet: veruntamen illud scio, quòd amas ea quæ tibi contingere nequeunt.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

FAbulantur poëtæ, à Ioue deuoratam μῆτιν, qua deuorata, mox Mineruam concepisse. Iupiter, inquit Hesiodus, Metin vxorem suam, deorum atque hominum sapientissimam deuorauit, Cœli terræque consilio, nę quis alius deorum imperium ei pręripere posset, &c. Si cui vacat, Procli & Moscopuli hunc in locum annotata adeat. Clemens etiam Epiphanius, Theophilus huius fabulę mentionem faciunt. Addunt Vulcanũ securi Iouis patris sui caput aperuisse, ex quo Minerua adulta & armata prodijt: à qua te κορυφαγένη dicta est. Lucanus lib. 9:

Hanc & Pallas amat, patrio quæ vertice nata est.

Et alius: *-quæ de patrio vertice nata dea est.*

Hoc & Lucianus ridet.

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Διηγητικός. *De Minerua nata ex cerebro Iouis.*

Vulcanus findit iussus caput Altitonantis,
Quo in latuit menses Pallas amica decem.
Artes proueniunt alti de sede parentis,
Nascitur è cerebro quippe Minerua dei.

QVID me oportet.] ἐρώτησις. Venio enim ita.] *Ratio αὐξητική.* Rectè sané.] *Collaudatio.* Sed iam impacta.] *Iussio.* Tentas me.] *Recusatio, cum iussione.* Diuidi mihi.]

di mihi.] *Repetit mandatum.* Si verò non.] ἀπειλή. Veruntamen.] *Hortatio.* Pereo.] *Querela.* Vide Iupiter.] *Dehortatio à periculoso.* Incute modó.] *Hortatio.* Inuitus quidem, sed.] *Assensus ad iussionem.* Quid hoc? puella armata?] *Exclamatio admirantis.* Virginem viuam.] ἔκφασις *Palladis.* Quare, ô Iupiter.] ἀξίωσις. Impossibilia petis.] *Recusatio.* Hoc volebã.] *Conclusio.*

ΔΙΟΣ, ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ, ϗ Ηρακλέους. *IOVIS, AESCVLApij, & Herculis.*

Eodem Interprete.

IVPITER.

ΠΑύσασθε, ὦ Ασκληπιὲ καὶ Ηράκλεις, ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἄνθρωποι ἀπρεπῆ γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλότρια τοῦ συμποσίου τῶν θεῶν. Ηρ. ἀλλὰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, τουτονὶ τὸν φαρμακέα προκατακλίνεσθαί μου; Ασκ. νὴ Δία. καὶ ἀμείνων γάρ εἰμι. Ηρ. κατὰ τί, ὦ ἐμβρόντητε; ἢ διότι σε ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν, ἃ μὴ θέμις ποι ὄντα; νῦν δὲ κατ' ἔλεον αὖθις ἀθανασίας μετέλημφας; Ασκ. ἐπιλέλησαι γὰρ καὶ σύ, ὦ Ηρακλεῖ, ἐν τῇ Οἴτῃ καταφλεγεὶς, ὅτι μοι ὀνειδίζεις τὸ πῦρ;

DEsinite, ô Aesculapi, & tu Hercules, contẽdere inter vos iurgijs, perinde vt homines. Indecora enim hæc, & à conuiuio deorum aliena. HER. *At vis, ô Iupiter, medicamẽtarium istũ priore loco accumbere, quàm me?* AES. *Quidni, per Iouem? melior quoq; enim sum.* HER. *In quo igitur, ô attonite, an quòd te* [a] *Iupiter fulmine aliquando percussit, eò quòd quæ nefas erant, feceras: nunc autem ex msericordia iterum immortalitatis particeps factus es?* AES. *Oblitus verò etiam tu es Hercules, quòd in Oeta cõflagrâsti, quandoquidem mihi ignem obijcis?*

Θρα. Ἴσως ἴσα καὶ ὅμοια βιοτεύομεν ἡμῖν, ὃς διὸς μὲν υἱός εἰμι, τοσαῦτα δὲ πεπόνηκα ἐν καθάρσει τὸν βίον, θηρία διαγωνιζόμενος, καὶ ἀνθρώπους ὑβρεις τὰς τιμωρούμενος. σὺ δὲ ἰατρὸς εἶ, καὶ ἀγύρτης, νοσοῦσι μὲν ἴσως ἀνθρώποις χρήσιμος ἐπιθήσειν τε φάρμακον, ἀνδρωδέστερον δὲ οὐδὲν ἐπιδώσόμενος. Ασκ. οὐ λέγεις, ὅτι σου τὰ ἰατρεύματα ἰασάμην, ὅλῳ πρώην ἀνήλθες ὑμιφλιτλος, ἐπ' ἀμφοῖν διεφθαρμένον καὶ τὸ σῶμα, τὸν χιτῶνα, καὶ μετὰ τοῦτο, τὸ πυρός. ἐγὼ δὲ εἰ μὴ μόνον ἄλλο, ὅτε ἐβόλινσα ὥσπερ σὺ, ὅτε ἐξανθρακίαν, ἔτι ἐν Λυδίᾳ, πορφυρίδα ἐνδεδυκὼς, καὶ πατούμενος ὑπὸ τῆς Ομφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. ἀλλ' οὐδὲ μελαγχολήσας ἀπέκτεινα τὰ τέκνα, καὶ πλὴν ἐμοῦ. Ηρα. ἀλλὰ παύσομαι λοιδορούμενός μοι, αὐτίκα μάλα ἴσως, ὡς οὐ πολύ σε ὀρθὰς ἡ ἀθανασία ἐπὶ ἁρμένος σε, ῥίψω ἐπὶ κεφαλὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε

Herc. Nequaquam æqualia atq; similia sunt quæ vterque in vita egimus, vt qui ipse quidem Iouis filius sum, tantos autē labores sustinuerim, expurgata vita, deuictis bestijs, & hominibus contumelioſis vindicta ac pœna affectis. Tu verò radicum incisor es, & circulator, ægrotantibus fortaſsis hominibus vtilis medicamenta adhibendo: virile autem nihil quicquam opere præstitisti. Aesc. Rectè dicis, quoniam & inuſtiones tuas curaui, quando paulò antè aſcendisti ad nos, semiuſtulatus, corpore vtrinque corrupto ac perdito, & tunica ista, & poſt illam etiā à flāma. Ego verò quid? ſi nihil aliud, tamen neque ſeruiui quemadmodum tu, neq; lanificium exercui in Lydia indutus purpura, & ab Omphale verberatus ſandalio aureo: neq; verò etiam inſaniens occidi liberos & vxorē

HERC. Niſi deſinas conuiciari, ſtatim admodū ſenties, quòd non multū tibi profutura ſit immortalitas: quoniā ſublatū hinc è cœlo præcipitē dabo te vt ne

ὥστε μηδὲ τὸν πείνονα ἰάσασθαί σε, τὸ κρανίον συνταβέντα. Ζ. παύσασθέ φημι, καὶ μὴ ἐπιταράττετε ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, ἢ ἀμφοτέρους ἀποπέμψομαι ὑμᾶς τοῦ συμποσίου, καί τοι ἄγνωμον, ὦ ἥρακλεῦ, προκατακλίνεσθαί σου τὸν Ασκληπιὸν, ἅτε καὶ πρότερον ἀποθανόντα.

vt ne ipse quidem Pæon curauerit te, diminuto atq; effracto tibi cerebro. IVP. Desinite, inquam, & ne perturbate nobis conuersationē hanc: aut ambos hinc ablegabo vos è conuiuio. Quanquam etiam æquū est, ô Hercules, priore loco accumbere Aesculapium, quippe qui & prior mortuus est.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

AEsculapius & Hercules de discubitu & sessione contendunt.

a IVPITER fulmine percussit.] *Aesculapius adeò excelluisse in ægrotorum curatione dictus, vt mortuos ab inferis excitare crederetur: quare apud Iouem accusatus, fulmine ictus est. Hippolytum vitæ restituit, vt Pausanias inquit.* b In Oeta conflagrâsti.] *Oeta mons in finibus Thessaliæ, Doridi à tergo incumbens, morte & sepulchro Herculis nobilitatus. Illic enim Hercules se hominem incendio exuit, vnde factum est nomen tragœdiæ Senecæ, quæ Hercules Oeteus inscribitur. Post mortem ob fortitudinem in deorum numerū relatus est.* c Ab Omphale verberatus.] *Omphale Lydiæ regina Herculem amore sui captum ad lanificium compulit, cùm ipsa calathum & colum, cultusq́ue fœmineos, sagittis & claua leonisq́ue tegmine mutaßet.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Προσταγματικὸς καὶ ἐριστικὸς: *Aesculapius enim & Hercules de sessione contendunt.*

Non vult inferior factis Aſclepius eſſe
Herculis, Aetęo qui dedit oſſa rogo.
Dirimit hanc litem radiantis rector Olympi,
Quod præſtent medicæ viribus vſque manus.

DESINITE, ô Aeſculapi.] ἡ σύντηξις ἀπὸ τοῦ παραφθέγματος ἀπῳδεπάς ἐστι τὸ τόπος. At vis, ô Iupiter.] ἡ ἔφεσις. An quòd.] ἡ ὕβρεως καὶ λοιδορίας. Oblitus verò.] ἀνάπτωσις, ἢ ἀνοηλοιδορία. Nequaquam.] οὐδαμῶς. Vt qui ipſe.] *Commendatio ſui.* Tu verò radicum.] ἀπαπόδοσις: *vituperatio Aeſculapij.* Rectè dicis.] *Commeſſatio, & ἀντονειδισμός.* Ego verò.] *Compenſationẽ tendit ei alias contumelias.* Niſi deſinas.] ἡ ἐκπληξις ἀγωνιαστικὴ ἀορίστως ἀνομοσχήμως. Deſinite.] ἡ σύντηξις, *Iouis lites dirimens, cum* ἐκπληξει. Quanquam.] ἡ τοῦ διὸς ἐπίκρισις εἰρωνική.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ. IVNONIS ET Iouis.

Iacobo Micyllo interprete.

IVNO.

ΕΓῺ μὴ ἐρυθριάσαιμι ἄν, ὦ Ζεῦ, εἰ μοι τοιοῦτος ὁ υἱὸς ἦν, θῆλυς ὢν καὶ διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς μέθης· μίτρᾳ μὲν ἀναδούμενος τὴν κόμην, τὰ πολλὰ δὲ μαινομένοις γυναιξὶ συνὼν, ἀβρά τε καὶ αὐτῶν ἐκείναις, ὑπὸ τύμπανοις τε καὶ αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις χορεύων, καὶ ὅλως παντὶ μάλλον ἐοικὼς, ἢ σοὶ τῷ πατρί. Z. καὶ μὴν οὗτός γε, ὦ θηλυ-

EQuidem erubeſcerem, ô Iupiter, ſi mihi talis eſſet filius, effœminatus adeò, & perditus ebrietate, [a] mitra quidem religata coma incedẽs: vt plurimum autem cum inſanis mulieribus conſuetudinem habens, molliorĭpſis illis ad tympana & tibias & cymbala choreas agens, & inſumma, cuiuis magis quàm patri tibi ſimilis. IVP. At verò hic mitratus & mulierioſus,

μίτρης, ὁ ἀβρότης τῶν γυναικῶν, ὁ μόνον, ὦ Ἥρα, τὴν Λυδίαν ἐχειρώσατο, καὶ τοὺς Μαιωτικοὺς τὸν Τμῶλον ἔλαβε, καὶ τὰς θράικας ὑπηγάγετο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Ἰνδοὺς ἐλάσας τοῦ γυναικείου τούτου στρατιωτικοῦ, τοὺς τε ἐλέφαντας εἶλε, καὶ τῆς χώρας ἐκράτησε, καὶ τὸν βασιλέα τὸν ὀλίγον ἀντιστῆναι τολμήσαντα, ἀχμάλωτον ἀπήγαγε, καὶ ταῦτα ἅπαντα ἔπραξεν, ὀρχούμενος καὶ ἅμα καὶ χορεύων, θύρσοις χρώμενος λιπλίνοις, μεθύων ὡς φῄς, καὶ ἐνθουσιῶν. εἰ δέ τις ἐπιχέρησε λοιδορεῖσθαι αὐτῷ, ὑβρίζεσθαι ἐστὶν ὅτε τιτθίοις, καὶ τοῦτον ἐτιμωρεῖτο, ἢ καταδήσας ζώνῃ κλήμασιν, ἢ διασπασθῆναι ποιήσας ὑπὸ τῆς μητρὸς ὥσπερ νεβρόν. ὁρᾷς ὡς ἀνδρεῖα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀνάξια τοῦ πατρός; εἰ δὲ παιδία καὶ πρωΐ πρὸς τροφὴν αὐτοῖς, εὐθὺς φθόνος. καὶ μάλιστα εἰ λογίσαιτό τις οἷός ἂν νήφων οὗτος ἔσοιτο, ὅπου ταῦτα μεθύων ποιεῖ.

Ηρ. lierosus, non solùm, ô Iuno, Lydiam subiugauit, & eos qui ad Tmolum habitant cepit, prætereà & Thraces sub se redegit, verumetiam contra Indos profectus cum muliebri isto exercitu, & elephantos cepit, & terra potitus est, ipsumq; regem, qui aliquantulum resistere ausus fuerat, captiuum abduxit. Atq; hæc omnia fecit, saliens pariter, & choream ducens, hastis vtendo hederaceis, ebrius interea, vt ais, atque furore correptus. Quòd si verò quispiam illum conuiciari aggressus sit, contumeliosè de sacris illius loquendo: etiam hunc vlcisci solet, vel palmitibus ipsum implicando, vel à matre, perinde vt hinnulum, lacerari faciendo. Vides quàm virilia hæc, et me patre minimè indigna? Si verò lusibus quoque & deliciis inter hæc indulget, non est quòd inuideas: & maximè si quis cogitet, qualis hic sobrius futurus erat, quando etiã ebrius hæc facit.

IVN.

Ηρ. σύ μοι δοκεῖς ἐπαινεῖσθαι καὶ τὸ εὕρημα, αὐτοῦ τὴν ἄμπελον, καὶ τὸν οἶνον, καὶ ταῦτα, ὁρῶν οἷα μεθυσθέντες ποιοῦσι σφαλλόμενοι, καὶ πρὸς ὕβριν τραπόμενοι, καὶ ὅλως μεμηνότες ὑπὸ τοῦ πότου. τὴν γοῦν Ἰκάριον, ὦ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται αὐτοὶ διέφθειραν, παίοντες ταῖς δικέλλαις. Ζ. οὐδὲν τοῦτο φής. οὐ γὰρ οἶνος ταῦτα, οὐδὲ ὁ Διόνυσος ποιεῖ. τὸ δὲ ἄμετρον τῆς πόσεως, καὶ τὸ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐμφορεῖσθαι τοῦ ἀκράτου. ὃς δ' ἂν ἔμμετρα πίνῃ, ἱλαρώτερος μὲν, καὶ ἡδίων γένοιτ' ἄν. οἷον δὲ ὁ Ἰκάριος ἔπαθεν, οὐδὲν ἂν ἐργάσαιτο οὐδένα τῶν ξυμποτῶν, ἀλλὰ σὺ ἐπιζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ Ηρα, καὶ τῆς Σεμέλης μνημονεύειν, εἴ γε δεδάκρυσας τοῦ Διονύσου τὰ κάλλιστα.

IVN. *Tu mihi videris etiam laudare* [b] *inuentum ipsius, vitem videlicet, & vinum: & hoc cùm videas qualia inebriati isti factitēt, titubantes, & ad contumeliam prolabentes: & in summa, insanientes præ vino. Itaque & Icarium illum, cui primò donauit palmitem, ipsi compotores interfecêre, ligonibus cæsum.* IVP. *Nihil hoc dicis. Non enim vinum hæc, neque ipse Dionysius efficit, sed immoderatus potus, & vltrà quàm decet & satis est, repleri mero. Cæterùm si quis moderatè bibat, hilarior ille quidem & suauior fieri solet. Qualia verò Icarius passus est, tali nihil vlli compotorum facilè fecerit. Sed, tu adhuc* [c] *zelotypia affici videris, ac Semeles reminisci, Iuno: siquidem eas res Dionysij calumniaris, quæ sunt omnium pulcherrimæ.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

Iuno Ioui mollitiem Bacchi obijcit.

a MITRA quidem.] *Mitram gestasse viris turpe & molle censebatur: vt apud nostrum Lucianum alibi apparet. quin*

& θηλυμίτρης per probrum hic Bacchus vocatur. b Inuentum ipsius.] *Calumniatur Iuno vini inuentorem Bacchum. Cui Iupiter vinum mala non designare respondet, sed nimius eius potus.* c Zelotypia affici videris.] *Iunonem muliebri illo dolore ex Iouis incontinentia suscepto excruciatam, ac detrahentem rebus Bacchi egregiè gestis sic obiurgat.*

IOANNIS SAMBVCI, ANNOTATIONES.

Iuno cùm Semeles gnatum contemnat Iacchum,
Inuenisse illum noxia quæque putat.
At pater hunc laudat contrà: sic resque nocere
Nil per se ducit: solus abusus obest.

EQUIDEM erubescere.] *Exprobrationis τοῦ ὀνειδισμοῦ propositio.* Mitra quidem.] *ἔκθεσις κατ' ἔκφρασιν τοῦ προσώπου, Bacchi ab habitu, moribus & actibus, ψεκτικὴν.* At verò hic mitratus.] *ἀντεισαγωγὴ, compensatio: ἐπαινετικὴ, ab enumeratione rerum præclarè & fortiter gestarum, à repugnantibus.* Quòd si veró.] *Respondet ad alias intentatas calumnias.* Si veró lusibus.] *Alia pars.* Et maximé.] *Conclusio.* Tu mihi videris.] *Obiectio. Vinum non est à te laudandum, quia reddit homines ebrios.* Itaque & Icarium illum.] *Ab exemplo & effectu.* Nihil hoc dicis] *λύσις.* Non enim.] *αἴτιον, ὅτι ὁ οἶνος ἀναίτιον τῆς μέθης ἐστί.* Cæterùm si quis.] *αὐτίθεσις veræ causæ.* Ille quidem.] *Vtilitates vini, & commendatio.* Qualia verò Icarius.] *Respondet ad exemplum.* Sed tu adhuc zelotypia.] *ἀντιλοιδορίᾳ συμπεραίνει.*

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ καὶ Ερωτος. — *VENERIS ET Cupidinis*

Erasmo Roterodamo interprete.

VENVS.

ΤΙ δήποτε, ὦ Ερως, τοὺς μὲν ἄλλους θεοὺς κατηγωνίσω ἅπαντας, τὸν Δία, τὸν

QVid tandem in causa est, [a] Cupido, vt quum reliquos [b] deos omneis ador

tus

Ποσειδῶ, τὸν Ἀπόλλω, τὴν Ἡραν, ἐμὲ τὴν μητέρα, μόνης δὲ ἀπέχῃ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ ἐπ' ἐκείνης ἄπυρος μέν σοι ἡ δᾷς, κενὴ δὲ ὀϊστῶν ἡ φαρέτρα, σὺ δὲ ἄτοξος εἶ, καὶ ἄστοχος. Ερ. δέδεσθαι, ὦ Μῆτερ, αὐτήν· φοβερὰ γάρ ἐστι, καὶ χαροπὴ, καὶ δεινῶς ἀνδρική. ὁπόταν οὖν ἐντεινάμενος τὸ τόξον ἴω ἐπ' αὐτὴν, ἐπισείουσα τὸν λόφον, ἐκπλήττει με καὶ ἐπίτρομος γίνομαι, καὶ ἀπορρεῖ μου τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν. Αφρο. ὁ Ἄρης γὰρ οὐ φοβερώτερος ἦν; καὶ ὅμως ἀφώπλισας αὐτὸν, καὶ νενίκηκας. Ερ. ἀλλ' ἐκεῖνος ἑκὼν προσίεταί με, καὶ προσκαλεῖται. ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ὑφορᾶται ἀεί. καί ποτε ἐγὼ μὲν ἄλλως παρέπτην, πλησίον ἔχων τὴν λαμπάδα. ἡ δὲ, εἴ μοι πρόσει, φησὶ, νὴ τὸν πατέρα, τῶν δορατίῳ σε διαπείρασα, ἢ τοῦ ποδὸς λαβομένη, καὶ ἐς τὸν τάρταρον

tus expugnaris, Iouem ipsum, Neptunum, Apollinem, Iunonem, me denique matrem, ab vna Minerua temperes, vtq; aduersus hanc nec vllum habeat incendium tua fax, & iaculis vacua sit pharetra, tum & ipse arcu careas, neque iaculari noris? CVP. *Equidem hanc metuo, mater: est enim formidabilis, truculentoq; aspectu, ac ferocitate quadam supra modum virili: proinde si quando tenso arcupetam illam, galeæ cristã quatiens expauefacit me, moxq; formidine tremere occipio, sic vt arma mihi è manibus excidãt.* VEN. *Atqui Mars ánnon erat hac formidabilior? & hunc tamen superatum exarmasti.* CVP. *Imò ille cupidè me recipit, atque vltrò etiam inuitat: verùm Minerua semper adductis superciliis obseruat. quin aliquando temerè ad illam aduolaui, facem propiùs admouens. At illa: Siquidem ad me accesseris, inquit, per parentẽ Iouẽ, quouis modo te cõfecero, aut lancea te transfigã, aut pedibus arreptum in^e tartara*

ρον ἐμβαλοῦσα, ἢ αὐτὴ δασπασαμένη δαφθερῶ. πολλὰ τοιαῦτα ἠπείλησε, καὶ ὁρᾷ δὲ δειμὺ, καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους ἔχει πρόσωπόν τι φοβερὸν, ἐχίδναις κατάκομον, ὅπερ ἐγὼ μάλιστα δέδια. μορμολύττεται γάρ με, καὶ φεύγω, ὅταν ἴδω αὐτό. Αφροδ. ἀλλὰ τὴν μὲν Αθηνᾶν δέδιας, ὡς φῄς, καὶ τὴν Γοργόνα, καὶ ταῦτα, μὴ φοβηθεὶς τὸν κεραυνὸν τοῦ Διός. αἱ δὲ Μοῦσαι, δὰ τί σοι ἄτρωτοι, καὶ ἔξω βελῶν εἰσιν; ἢ κἀκεῖναι λόφους ἐπισείουσι, καὶ Γοργόνας προφαίνουσιν; Ερω. αἰδοῦμαι αὐτὰς, ὦ μῆτερ· σεμναὶ γάρ εἰσι, καὶ ἀεί τι φροντίζουσι καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι. καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους. Αφρ. ἔα καὶ ταύτας, ὅτι σεμναί· τὴν δὲ Αρτεμιν τίνος ἕνεκα οὐ τιτρώσκεις; Ερ. τὸ μὲν ὅλον, οὐδὲ καταλαβεῖν αὐτὴν οἷόν τε, φεύγω.

tara dabo præcipitem, aut ipse te discerpam. Plurima item id genus comminabatur. Adhæc acribus obtuetur oculis: postremò & in pectore [d] faciem quandam gestat horrendam, viperis capillorum vice comatam. hanc nimirum magnoperè formido: territat enim me, fugioq; quoties eam aspicio. VEN. Esto sanè, Mineruã metuis, vt ais, atque huius gestamen Gorgona reformidas, [e] idq; cùm Iouis ipsius fulmen non formidaueris. Cæterùm [f] Musæ quam ob causam abs te non feriuntur, atque [g] à tuis iaculis tutæ agunt? num hæ cristas quatiunt, aut Gorgonas prætendunt? CVP Has quidem reueor mater: sunt enim vultu pudico ac reuerendo: prætereà [h] semper aliquo tenentur studio, semper cantionibus animũ intentũ gerunt. quin ipse etiam non rarò illis assisto, [i] carminis suauitate delinitus. VEN. Esto, nec has adoriris, propterea ꝙ sint reuerẽdæ: at [k] Dianã qua tandem gratia non vulneras? CVP. Vt breuiter dicã, hãc ne deprehendere quidẽ vsquam sum potis, quippe

φεύγουσαν ἀεὶ διὰ τῶν ὀρῶν, εἶτα καὶ ἴδιόν τινα ἔρωτα κέκτηται ἐρᾷ. Αφρ. τίνος, ὦ τέκνον; Ερ. θήρας, καὶ ἐλάφων καὶ νεβρῶν αἱρεῖν τε διώκουσα, καὶ κατατοξεύειν, καὶ ὅλως πᾶς τοῦ τοιούτου ἐστὶν, ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς, καί τοι τοξότην αὐτὸν ὄντα, καὶ ἐκηβόλον. Αφρ. οἶδα, ὦ τέκνον, πολλὰ ἐκεῖνον ἐτόξευσας.

quippe perpetuò per montes fugitantem. Adhæc alterius cuiusdam sui Cupidinis illa tenetur cupidine. VEN. *Cuius, ô gnate?* CVP. *Nempe venatu ceruorum & hinnulorum, quos insectatur vt capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerum huiusmodi studio tenetur: tametsi fratrê eius, qui nimirum arcu valet & ipse, feritq; eminus.*

VEN. *Teneo gnate, eum sæpenumerò sagitta vulnerâsti.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ELeganter hoc dialogo ostendit, nullum amori & obscœnæ libidini esse locum apud eos, qui nunquam opere vacent, sed aliquo semper labore & negotio distringuntur. Nam hunc eius esse dialogi quasi scopum, quiuis facilè viderit, tum plurimorum malorum causam existere ocium, denique libidines obscœnas luxu atque ocio nutriri, vt ille in tragœdia testatur. Itaque rectè ingeniosus Poëta de Remedio amoris:

Fac monitis fugias ocia prima meis.
Hæc vt ames faciunt, hæc quæ fecêre tuentur,
Hæc sunt iucundi causa cibusq; mali.
Ocia si tollas, periêre Cupidinis arcus:
Extinctæque iacent, & sine luce, faces.

Huc pertinet quod mox sequitur:

— finem qui quæris amori:
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
Quæritur, Aegistus quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.

a CVPI-

a CVPIDO.] *Cupido amoris deus, quem Simonides & Cicero ex Marte & Venere natũ esse volunt. Pingitur puer imberbis, cæcus & alatus: armatus flammis, & duob. diuersissimæ naturæ spiculis, altero videlicet aureo, altero plumbeo, quorum illud vim habet amorem conciliandi, hoc pellendi fugandiq; : vt pulcherrimè scribit Ouid. libr. 1. Metam. in fabula Apollinis & Daphnes. Itidem Aeneas Syluius & Marullus ingeniosissimè versibus complexi sunt. A pharetra, id est, sagittarũ theca, Pharetratus à poëtis dicitur. Venus porrò ab antiquis, amorum, gratiarũ, pulchritudinis, deliciarũ, voluptatũq; omnium habita est dea. Minerua ex Iouis cerebro prognata, sine matre. Ferunt enim Iouem, quum Iunonem sterilẽ videret, ne prorsus sine prole esset, cerebrũ suũ percussisse, indeq; Mineruã prosiliisse. Sapientiæ & disciplinarũ omnium dea, quã Græci Palladẽ vocãt, ὅτι τῷ πάλλεσθαι, id est, à vibrando, propterea quòd hastã tenens, eam veluti vibrare videatur. Fiebat enim eius simulachrum galea, scuto, in quo erat caput Gorgoneæ Medusæ, & hasta formidabile. Ab Homero peculiari epitheto γλαυκῶπις dicitur, à glauco oculorũ colore: vnde & Caesiam nostri cognominant. Ogygis regis temporibus, circa Tritonidem Africæ paludẽ virginali facie dicitur apparuisse. Vulcani nuptias constantissimè fertur detrectasse, virginitatemq; perpetuò illibatã seruasse: vnde & Innuptam appellant p ëtæ. b* Dëos omneis.] *Cupidinem non solùm hominibus, sed dijs ferè omnibus imperare, & ipsum Iouem amori succumbere, latè describitur in Iunonis & Iouis dialogo. Iouis porrò amores, & quòd cœlum liberis impleuerit, habemus de Sacrificijs inferũs. c* Tartara.] *Locus inferorum profundissimus dicitur, in quo sonies plectuntur, & sol non lucet. d* Faciem.] *Medusæ Gorgonidis. e* Iouis fulmen.] *Ioui fulmen attribuunt poëtæ. f* Cætërùm Musæ quam ob causam.] *Musas nõ peti à Cupidine, hoc etiam epigrammate testatur, quod Platoni tribuit Diogenes Laërtius.*

ἀ Κύπρις Μώσαισι, κορώνια ταὶ Ἀφροδίταν
πυθοῦ· ἦ τὸν ἔρον ἐφοπλήσομαι.
χ' αἱ Μῶσαι ποτὶ Κύπριν ἄρει τὰ γωνύλα ταῦτα,
ἁμὶν δ' ὐ πίπταται τᾶτο τὸ παιδάριον.

Hoc ita vertit Bentinus:

o Hæc

Hæc Venus ad Musas: Venerem exhorrescite nymphæ,
In vos armatus haud Amor exiliet.
Cui contrà Musæ. Lepida hæc ioca tolle precamur,
Aliger huc ad nos non volat ille puer.

Marsilius Ficinus hoc Platonis epigramma illustrans, ideo priscos, Musas & Mineruam castas esse voluisse indicat, quòd coitus spiritus subtiliores exhauriat, cerebrum debiliter, labefactet stomachum, quo malo nihil ingenio aduersius esse potest: Venere siquidē & Baccho studiosus adolescens abstinuit. Vide Theocritum Idyll. 11. Homerus in hymno Veneris, deos deasq; omnes amore capi docens, Dianam, Vestam, & Mineruā excipit: non ita Musas puto, quia Musarum filij prædicantur Linus, Orpheus, Palæphatus, Temius, Rhesus, omitto reliquos. Fuit autem Rhesus Strymonis fluminis & Terpsichoræ vel Euterpæ filius. Cicer. de Nat. deor. 3. Itaq; Achillem Asiria ea insula sanctissimè colit: qui si deus est, & Orphæus & Rhesus dij sunt, matre Musa nati. g A tuis iaculis tutæ.] *Alludit ad prouerbium,* ἔξω βελῶν. i. *extra telorum iactum, pro eo quod est, in tuto citraq; periculum, quod pluribus explicuimus in dialogo Cyclopis & Neptuni. h* Semper aliquo tenentur studio.] *Semper aliquid meditantur Musæ. i* Carminis suauitate delinitus.] *Idem de Saltatione dixit, suauem vocum modulationem munus deorum longè esse pulcherrimū, atq; omnibus iucundissimum. k* Dianam.] *Diana eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata est, & ob virginitatis amorem fertur hominum consortia fugisse: & vt à se libidinis pruritum amoueret, venando syluas incoluisse, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat, & pharetram, succincta semper incedens, & cothurno induta. Ob hanc causam syluarum & nemorum dea putabatur. Apud Callim. Diana, postquam à Ioue patre, quicquid voluerat, impetrasset, nymphas primum 60. ad chorum deligit: deinde ad Cyclopes pergit, à quibus pharetram cum sagittis postulet.*

Huius Dialogi argumentum festiuissimè in Cupidine suo tractauit Georg. Sabinus, quem libet hoc loco adscribere, cùm ad huius videatur imitationem confictum, nec minus sit elegans:

Cypria

Cypria compellens pharetratum mater Amorem,
Flebilis audita est talia verba queri:
Dic age, qui fiat, dulcissime nate Cupido,
Omnes cùm timeant numinis arma tui,
Humanumq; genus, manes Erebiq; profundi,
Sollicitent superos & simul illa deos:
Sola tamen doctis quæ præsidet artibus, omne
Effugit imperium casta Minerua tuum?
Iuppiter immensi moderator & arbiter orbis,
Ipse tuas sensit captus amore faces.
Sensit & æquoreis Neptunus victus in vndis,
Iunoq; furtiuo sæpe reperta toro.
Vt taceam reliquos: & tu quoq; nate parentem
Iura pudicitiæ me violare iubes.
Degener an solam quo Pallada vincere possis,
Extinctus nullam vim tuus ignis habet?
Desine diua parens mirari, & quærere causas, CYP.
Hanc mea quòd nequeunt tela ferire deam:
Cumq; potestati sint omnia subdita nostræ,
Sola meas spernat cùm tamen illa faces.
Hanc ego perculsus metuo, cum lumine tantum
Aspicit, aut vultu me truculenta notat.
Sed tamen aggressus sumptis quandoq; sagittis,
Cùm dea non esset casside tecta fui:
Cælauiq; meum perplexis artibus ignem,
Ne tacitos posset prodere flamma dolos.
Nemo sed occultum quantumuis cęlat amorem,
Ipse meo semper proditus igne fui.
Insidias igitur postquam cognouit apertas,
Me procul in celerem depulit illa fugam.
Concita tum quoties galeam dea vibrat, & hastam,
Pectore cuncta mihi membra pauente tremunt.
Quid galeam metuis? quid acutæ cuspidis hastã? VEN.
Nate tuo vanos excute corde metus.
Marte quid asperius fuit, aut quid durius ipso?
Succubuit regnis trux tamen ille tuis.
Qui prius indomitus tibi tela necemq; parabat,

Nónne dedit vinctas in tua vincla manus?

CVP. Mars deus armorum nobis se dedidit vltrò,
Ipse nec impositum ferre grauatur onus.
At quoties oculis me conspicit improba Pallas,
Quas iracundo non iacit ore minas?
Quã gerit horrendam magna vi concutit hastã:
Taliaq; insano dicta furore refert:
Ne mihi tela puer, mihi ne puer arma mineris:
Etras, haudquaquam nos tua turba sumus.
Si tamen accedes, nec me finis esse quietam,
Nostra tibi sæuas afferet ira manus.
Aut ego te pedibus rapiens ad tartara mittam,
Aut tibi transfiget lancea nostra latus.
Hoc pater ipse deum cuius sum vertice nata,
Iuppiter, hoc Etebi rex mihi testis erit.
Tales quando refert irato pectore voces,
E' manibus nobis tela facesq; cadunt.
Præterea anguicomæ gestat caput illa Medusæ,
Cuius ad aspectum lumina nostra pauent.
Hoc vbi prætendit, fugio ceu cerua leonem,
Aut fugit infestum territa dama lupum.

VEN. Siccine tu metuis conterritus ægide diuam?
Magnanimi curas qui Iouis arma nihil.
At quoq; contemnunt quare tua spicula Musæ?
Imperiumq; fugit turba nouena tuum?
Num galeas vibrant etiam, aut hastilia torquent,
Diráve prætendunt Gorgonis ora tibi?

CVP. Aonides vultu sunt, ô Cytherea, pudico:
Vnicè & illarum numina sancta colo:
Artibus hę semper studijsq; tenentur honestis,
Iuris in his igitur nil meus ignis habet.
Cantibus inuigilant, ducuntq; per arua choreas:
Luxuria verò desidiaq; vacant.
Adde quòd illarum captus dulcedine vocis
Sępe voluptates, gaudia sępe fero.
Deniq; casta manet quare Dictynna, nec vllum
Vulnus habet iaculis saucia facta tuis?

In nullo

In nullo manet illa loco, cursuq́; pererrans
Omnia, conatus effugit illa meos.
Nunc iuga montis adit, curuis nunc vallibus errat.
Aut nemorum saltus irrequieta tenet.
Nunc ibi veloces sequitur per deuia ceruos,
Subdola nunc alibi retia tendit apris:
Suspensumq́; humeris arcum gestatq́; pharetram,
Armat & illius cuspidis hasta manum.
Hæc super Aonio cœtu, castisq́; deabus,
Arcitenens matri verba Cupido dedit.
Quisquis at insani vitare Cupidinis arcum,
Ignibus & vacuum pectus habere cupit:
Numina Pieridum, venatricémve Dianam,
Aut locat armigeram Pallada, tutus erit.

IOANNIS SAMBVCI, ANNOTATIONES.

Ἐξηγητικός.

De puero quærit mater, cur Pallada solam
Non lædat iaculo, Castaliumq́; chorum:
Aliger excusat factum, commune Mineruæ
Nil est cum tædis, ingeniumq́; hebetant.

Quid tandem in causa.] *Cupido omnes deos superat, exceptis Minerua, Musis, & quibusdam alijs. Propositio θαυμαστική, per comparationem. Distributio, ἀνταπόδοσις.* Equidem hanc metuo.] *ἀφήγησις, causæ expositio, cur amor Mineruam non vincat.* Atqui Mars.] *ὑποφορὰ ἐνστατική, ἢ συγκριτική.* Imò ille.] *ἀπόκρισις.* At illa, si.] *τὰ φοβερὰ, αἱ τῆς Αθηνᾶς ἀπειλαί.* Cæterùm Musę.] *Transitio ad alteram partem, cur Musas cupido non feriat.* Reuereor eas, ô mater.] *ἡ τῆς ὑποφορᾶς ἀνασκευή.* Graues enim sunt.] *Musarum actiones.* Esto nec has adoritis.] *μετάβασις ad tertiam partem: cur Dianam venatricem sagittis suis non petat.* Prorsum tota rerum.] *Apollo.* Teneo gnate.] *Conclusiuncula.*

ΑΡΕΩΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

MARTIS ET MERCURII.

Erasmo Roterodamo interprete.

MARS.

ΗΚουσας, ὦ Ερμῆ, οἷα ὑπέλησεν ἡμῖν ὁ Ζεὺς, ὡς ὑπερόπτικα, καὶ ἀπίθανα; ἢν ἐθελήσω, φησίν, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ σφᾶς καθήσω, ὑμεῖς δ' ἢν ἀπρεπιαθήτου, καταστᾶν βιάζεσθέ με, μᾶλλον πονήσετε· ἐγὼ δὲ οὐ καταλήψομαι. εἰ δ' ἐγὼ θελήσαμι ἀνελκύσαι, ὑμόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅμα, καὶ τὴν θάλατταν σωαρτήσας μετέωρα. καὶ τάχα, ὅ σε καὶ σὺ ἀκήκοας, ἐγὼ ὅτι μὴ καθ' ἓν ἀπάντων ἀμείνων, καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν, ἐκ ἂν ἀρνηθείην. ὁμῶς δ' ἔτ ἔστιν ὑπερφέρειν, ὡς μὴ καταβαρήσειν αὐτὸν, κἂν τὴν γῆν κἂν τὴν θάλατταν προσάψωμεν, ἐκ ἂν παθείην. Ερ. εὐφήμει, ὦ Ἄρες· ὀὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μὴ καί τι κακὸν ἀ-

AVdistin', Mercuri, cuiusmodi nobis minatus sit Iupiter? quam superba, quamq; dictu absurda? Ego, inquit, si voluero, a catenam ex aethere dimittam: vnde si vos suspensi me vi detrahere conemini, b luseritis operam: nunquam enim me deorsum trahetis. Contrà ego vos si velim in aliũ attrahere, non vos modò, verumetiam tum terram ipsam, tum mare pariter subuectum in sublime sustulero. Adhæc alia permulta, quæ tu quoque audisti. At ego, si quidem cum vno quolibet singulatim conferatur, ita præstantiorem eum esse, viribusq; superiorem, b haudquaquam negauerim: verùm vnum tam multis pariter in tantum antecellere, vt eum ne pondere quidem vincere queamus, etiamsi terram ac mare nobis adiunxerimus, id neutiquam crediderim. MER. Bona verba, Mars. Neque enim sat tutum est ista loqui, ne quid fortè mali nobis

hæc

πολαύσωμεν τῆς φλυαρίας. Αρ. οἴει γάρ με πρὸς πάντας ἂν ταῦτα εἰπεῖν, οὐχὶ δὲ πρὸς μόνον σὲ, ὃν ἐχεμυθεῖν ἠπιστάμην; ὃ γοῦν μάλιστα γελοῖον ἔδοξέ μοι, ἀκούοντι μεταξὺ τῆς ἀπειλῆς, οὐκ ἂν δυναίμην σιωπῆσαι πρὸς σέ. μέμνημαι γὰρ οὐ πρὸ πολλοῦ, ὁπότε ὁ Ποσειδὼν, καὶ ἡ Ηρα, καὶ ἡ Αθηνᾶ, ἐπαναστάντες ἐπεβούλευσαν ξυνδῆσαι, αὐτὸν λαβόντες, ὡς παντοῖος ἦν δεδιὼς, καὶ ταῦτα τρεῖς ὄντας. καὶ εἰ μή γε ἡ Θέτις κατελεήσασα ἐκάλεσεν αὐτῶν σύμμαχον Βριάρεων ἑκατόγχειρα ὄντα, καὶ ἐδέδετο αὐτῶν κεραυνῷ καὶ βροντῇ. ταῦτα λογιζομένῳ, ἐπήει μοι γελᾷν ἐπὶ τῇ καλλιρημοσύνῃ αὐτοῦ. Βρ. σιώπα εὐφήμει. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς οὔτε τοὶ λέγειν, οὔτε ἐμοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα.

hæc petulantia conciliet. MARS. *An verò credis apud quemlibet hæc dicturum me? imò apud te solum id audeo, quem linguæ continentis esse sciebam. Sed quod mihi maximè ridiculum videbatur tum quum hæc minitantem audirem, haud queam apud te reticere. Etenim memineram, cùm nō ita multò antè Neptunus, Iuno ac Pallas, mota aduersus eum seditione, machinarentur comprehensum illum in vincula conijcere, quantopere formidârit, vtq́ in omnem speciem sese verterit, idq́ quum tres duntaxat essent dij. Quòd ni Thetis* [c] *misericordia commota,* [d] *Briareum centimanum illi auxilium accersiuisset, ipso pariter cum fulmine ac tonitru vinctus erat. Hæc reputanti mihi, ridere libebat eius magniloquentiam, iactantiamq́.* MERC. *Tace, bona verba. neque enim* [e] *tutum est ista vel tibi dicere, vel audire mihi.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a CATENAM.] *Iouis Catenæ fit mentio in Tragœdo.*
b Luseritis operam.] *Quod Lucianus dixit μάτην πονεῖτε, Erasmus vertit, operam luseritis. antiqui enim latinitatis authores sic loquuti sunt, quum frustra aliquid fieri putabant. Plautus in Casina: Sì nunc me suspendã, meam operã lusserim. In Pseudulo: In pertusum ingerimus dicta dolium, operã ludimus. Terentius in Phorm. In illis opera luditur, id est, perditur & frustratur.* c Thetis misericordia.] *Cùm Pallas, Iuno, Neptunus, aliíq; ex dijs nonnulli, aduersus Iouem coniurassent, Briareus à Thetide Nerei filia persuasus in cœlũ ascendit, vt Ioui suppetias ferret: cuius aduentu dij coniurati territi, à cœptis destiterunt, & cum Ioue in gratiam redierũt, teste Homero in I. Iliad. Hæc etiã habentur in Ioue tragœdo.* d Briareum.] *centũ manibus armauit fabula, Ioui auxiliarem, à cæteris dijs per insidias appetito vnde ἑκατονταχείρα & Homerus centimanum Latini, & centumgeminũ Virgilius vocant, nominis etymo robustũ & prævalidũ significante: id enim est βριαρός.* e Tutũ eſt.] *Theocritus in Bacchis, in fine, dicit, neminẽ facta deorum vituperare debere. Hoc enim nomen à rei natura est confictum: nam βριαροὶ Græcis vocantur, βαρεῖς, ἀγριοὶ, στερεοὶ καὶ φοβεροί, id est, odiosi, molesti, agrestes, solidi, duri & terribiles. Hesiod. Briarei & fratrum genealogiam tradit, & memorat Briareum, Cottum, & Gygem fratres fuisse, & terræ filios, quorum singulis centum fuerint capita, ac totidem manus. Hi multa bella contra Saturni filios gesserunt. Tandem deuicti ad inferos præcipites dati sunt.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Iouis iactantia irridetur.

Iuppiter ostentans vires, quibus eminet omnes,
Se cunctos iactat vincere posse deos.
Hoc Mars non credit, certa argumentaq; profert:
Nemo ergo fortis, quin etiam metuat.

Audi-

Audisti n'.] *Propositio τ̓ητῦ ζωὸς ἀπφλῆς.* Ego, inquit.] ἔκθεσις συγκελικὴ ἢ ὑποφορά. Contrà ego.] ἀνάπόδοσις. Adhæc alia.] *Clausula ἀντιποφορᾷ κατ' αὐτ(σαγωγὴν.* Haudquaquam.] παρομολογία. Bona verba.] κθέτησις. Neque enim] ἀλλολογία ἀπὸ Ϝ κειμένων. Putas verò.] ἀπόκλεισις ἀπὸ τῶν κθέτησιν. Etenim] *Conclusio.* Quòd ni Thetis.] *A contrario & minori amplificatio.* Hęc reputanti.] ἐπίλογος. Bona verba.] κθέτησις.

ΖΕΥΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΣ.

IOVIS ET Solis.

Iacobo Micyllo interprete.

IVPITER.

ΟΙα πεποίηκας, ὦ Τιτάνων μάκιστε ἀφρόνων τὰ ἐν τῇ γῇ ἅπαντα, μεθυσθεὶς ἀνοήτῳ πώλῳ τὸ ἅρμα, ὃς τὰ μὲν ἀτέφλιξε, πρόσχθος ἐνεχθείς. τὰ δὲ ὑπὸ κρύους διαφθείρων ἐποίησε, πολὺ αὐτῶν ἀφεστὼς τὸ πῦρ, καὶ ὅλως ἐθόλωσε, τὸ μὲν ξυνετάραξε, καὶ ξυνέχεε, καὶ ἀμὲ ἐγὼ ξυνεὶς τὸ γιγνόμενον, διατύβαλον αὐτὴ τῷ ἡφαίστῳ, δόλιον ἀνθρώπων ἐπιμελούμενον, ζιζῦφον ἡμῖν τὸ καλὸν ἔθος ἔχον καὶ διαφυλάττον ἐκπέπομφας. Ηλ. ἤμβλον, ὦ Ζεῦ, *QVa lia feciſti autem, Titanum peſſime qui, quæ in terris ſunt, perdidiſti omnia, adoleſcentulo fatuo ac ſtulto commiſſo curru, qui alia quidem exuſsit, nimis prope terrā curſu delatus: alia verò præ frigore corrumpi fecit, longiùs ab ipſis abſtracto igne: & in ſumma, nihil non conturbauit & commiſcuit: ac niſi ego animaduerſis ijs quæ gerebātur, deturbaſſem ipſum fulmine, nullæ ne reliquiæ quidem hominum manſiſſent. Talem nobis pulchrum iſtum aurigam atque rectorem currus emiſiſti.* SOL: *Peccaui, Iupiter:*

ἀλλὰ μὴ χαλέπαινε· ἀτὰρ πόθεν ἦν σοι παῖς ἱκετεύοντι; πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἤλπιζον τηλικοῦτον γενέσθαι λαπόν; ΖΕΥΣ. ὃν ἔλεες, ἔφης ἐλεῖν ἀκριβείας τὸ πρᾶγμα, ἢ ὡς ἐ βραχύ τις ἐκβαίη τῆς ὁδοῦ, οἴχεται πάντα; ἠγνόεις δὲ καὶ τῶν ἵππων τὸν θυμόν, ὡς δεῖ σωφρονεῖν ἀναγκαῖον τὸν χαλινόν; ἐὰν γέ τοί τις ἀφιῇ ἐξουσίαν αὐθύς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ζεῦγος ἐξέφυγεν, ἅρτι μὲν ἐπὶ τὰ λαιὰ, μετ' ὀλίγον δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ, καὶ ἐς τὸ ἐναντίον ζεῦγος δρόμου, ἐνίοτε καὶ ἄνω καὶ κάτω, ὅλως ἔνθα ἐβούλοντο αὐτοί. ὁ δὲ οὐκ εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο αὐτοῖς. ΗΛ. ταῦτα μὲν πάντα ἠπιστάμην, καὶ δεῦρο ζεῦγος ἀντεῖχον ἐπίτηδες, καὶ οὐκ ἐπίστευον αὐτῷ τὴν ἔλασιν. ἐπεὶ δὲ

sed ne offensior eo fias, si credidi puero multa supplicanti. Nam vnde vel sperare potui, hoc tantum futurum esse malum? IVP. Annon noras quàm multa opus habebat diligentia negocium hoc, & vt si quis etiam modicum excidat à via, pereant protinus omnia? Ignorabat autem etiam equorum vehementiam, vt oporteat vi quadam continere frenum? Si quis enim permittat illis, arrepto eo continuò diuersi abeunt: quemadmodum videlicet & istum transuersè abripuerunt, nunc quidem ad læuam, paulò autem pòst ad dexteram, interdum etiam in contrarium eius quem cœperant cursus, & in summa, sursum ac deorsum, quocúnque ipsis libitum fuisset. Ille autem ignarus nesciebat quomodo vtendum ipsis esset. SOL. *Equidem omnia hæc sciebam, & propterea resistebam quoque aliquandiu, neque illi aurigationem committere volebam.*

Post-

ἐπεὶ δὲ διατελέσαι δεομένου δακρύων, καὶ ἡ μήτηρ Κλυμένη μετ' αὐτοῦ, ἀναβιβασάμενος ἐπὶ τὸ ἅρμα, ὑπεθέμην, ὅπως μὴ χαλεπαίνοι αὐτὸν, ἐφ' ὁπόσον δεῖ εἰς τὸ ἄνω ἀφυῆ ὑπερηχθῆναι, εἶτα εἰς τὸ διαντεῖνες αὖθις ἐπινεύειν, καὶ ὡς ἐγχρατῆ εἶναι τῶν ἡνιῶν, καὶ μὴ ἐφεῖναι τῷ θυμῷ τῶν ἵππων. ἔφην δὲ καὶ κλίνειν ὀλίγον, εἰ μὴ ὀρθὸν ἐλαύνοι. ὁ δὲ (πᾶς γὰρ ἦν) ἐπιβὰς τοσούτου πυρὸς, καὶ ἐπικύψας ἐς βαθὺ ἀφανὲς, ἐξεπλάγη, ὡς τὸ εἰκός. οἱ δὲ ἵπποι, ὡς ἤσθοντο οὐκ ὄντα ἐμὲ τὸν ἐπιβεβηκότα, καταφρονήσαντες τοῦ μειρακίου, ἐξεπράσσοντο τῆς ὁδοῦ, καὶ τὰ ἄλλα ταῦτα ἐποίησαν. ὁ δὲ τὰς ἡνίας ἀφεὶς, οἰμαι, ἀπλοῦς μὲν ἐκπώσῃ, αὐτὸς ἅρπετο τῆς ἄντυγος. ἀλλὰ ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει τῶν δίκην, ἰαμοί, ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν τὸ πρόστιμον.

Z. ἱκανὸν ἔστω καὶ ἐμοὶ, ὦ Ἄτη.

Postquam autem impensius obsecrabat lachrymando quoque, & mater [b] Clymene vnà cum ipso: in currum impositum submonui, quo pacto oporteret insistere viæ ipsum, quantum in sublime agitantem sursum ferri, deinde rursum per decliue deorsum vergere, & vti habenas regere, neque impetum permittere equis deberet. Dixi autem etiam quantum periculum foret, si non recta via ageret. At ille ([c] puer enim erat) conscenso tanto igne, & vastiæ adeò profunditati supernè incumbens, vt consentaneum est, obstupuit. Equi verò vt senserunt non me esse eum qui conscendisset, contempto adolescentulo, è via diuerterunt, & hæc tanta mala perpetrârunt. Ille autem dimissis habenis, metuens, opinor, ne excideret ipse, iugum currus apprehendit ac tenuit. Sed & ille iam pœnas suas dedit: & mihi, [d] Iupiter, satis supplicij luctus hic est.

IVP.

Ζ. ἱκανὸν λέγεις, οἱ αὖτα ζηλοτύπως ἐνεγκεῖν μὴ ὄν συγγνώμην ἀφήμω σοι. ἐς δὲ τὸ λοιπὸν, εἴ τι ὅμοιον πρᾶνομήσεις, ἢ ἵνα τὸν σαυτῆς διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα ἴσῃ ὁπόσον ἢ σὸν πυρὸς ὁ ἡμέτερος πυρωτερός ἐστιν. ὥστε ἐκεῖνον μὲν αὐτὰ ἀδελφὰ θαπέτωσαν ἐπὶ τῷ Ηριδανῷ, ἵνα πρὸς ἔπιστον ἐκδιαφρουθεὶς, ἥκιστον ἐπ' αὐτῷ δακρύσαι, καὶ ἄχθοι γιγνέσθωσαν ἐπὶ τῷ πάθει σὺ δὲ συμπηξάμενος τὸ ἅρμα (θατία γε δὴ καὶ ὁ ῥυμὸς αὐτοῦ, καὶ ἄτερ τῶν τροχῶν σωτήριαλλαι) ἔλαυνε, παραγαγὼν τοὺς ἵππους· ἀκὰ μέμνησο ταῦτα ἅπαντα.

IVP. *Satis autem, qui talia ausus sis? At nunc quidem veniam tibi tribuo: deceterò autem si quid simile deliqueris, aut talem aliquem successorem tibi emiseris, statim senties quanto igne tuo* e *fulmen nostrum plus ignis habeat. Quare illum quidem* f *sorores ipsius sepulchro tradant & iuxta Eridanum, quo loco etiam decidit curru excussus, electrū ipsi illachrymantes: deinde & in populos conuertantur præ dolore. tu verò cōpacto curru (fractus enim temo ipsius est, & altera rotarum comminuta) aurigare, iunctis denuò equis: ac vide, vt memineris horum omnium.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a COMMISSO curru.] *De eo quòd Phaëton currum Solis perperàm ducens, è curru patris Solis deturbatus à Ioue sit. Fabula omnibus nota, ex Ouid. lib. 2. Metamorph.* b Clymene.] *Clymene Oceani & Thetios filia: quæ, quia forma præstabat, Soli placuit, ex quo peperit Phaëtontem, & sorores eius.* c Puer enim erat.] *Errauit, lapsus est ætatis tyrocinio, anni & moderationem & prudentiam addidissent. Pueritiæ veniam merebatur.* d Pœnas suas dedit.] *Notissimum*

tissimum est, Phaëtontem ætate iam adulta, cùm patris currum moderari illo diu, multumq; negante voluisset, cœlumq; & terras ob aurigandi inscitiam incendio miscuisset, ambustum ipsum, fulmineq́ue percussum in Eridanum fluuium decidisse. e Fulmen nostrum.] *Suprema & alta sedes vnde calor emanat, cùm Ioui sit attributa, ideo illum vetustas fulgura & fulmina ciere confinxit.* f Sorores ipsius.] *Phaëtontiades à fratre dictæ, quæ dum fratrem in Eridanum curru excussum & extinctum flerent, mœroreq́ue contabescerent, conuersæ sunt in populos, vt Virg. 10. Aen. ait, vt verò Ecloga 6, in alnos arbores. Apollonij sententiæ accedens & Græcorum, earum nomina fuerunt Phœbe, Phaëtusa, Lampetiæ.* g Iuxta Eridanum.] *Italiæ fluuium, qui in Vesulo monte nascens, & in mare Adriaticum influens, hodie notiore nomine Padus appellatur.*

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

Εξηγητικὸς, κατηγορητικὸς, καὶ ἀπολογητικός. *De eo quòd Phaeton currum Solis perperàm ducens punitus sit.*

Qualia fecisti.] κατηγορία κατὰ περιοχήν. Et in summa.] αὔξησις καθ' ὑπόθεσιν. Talem nobis.] ἐπιφώνημα. Peccaui, Iupiter.] *Concessio per deprecationem.* Nam vnde vel sperare.] *Prætexit ignorantiam.* An non notas.] *Inficiatio ignorantiæ.* Si quis etiam.] αὔξησις ἀπὸ τῶν ἐκβαίνων κακῶν κατ' ὑπόθεσιν. Ille autem.] *Secunda pars.* Equidem hæc omnia sciebam.] ἐξομολόγησις. Postquam autem.] αὐτεισαγωγὴ ἀπὸ τῶν αἰτιῶν κινητικῶν. Dixi autem etiam.] *Respondet ad secundam partem, quòd non ignorauerit, quia præmonitus fuerit.* At ille puer,] ἀφήγησις. Sed & ille.] *Occupatio.* Et mihi Iupiter.] *Inficiatio. Errati veniam impetrat.* At nunc quidem.] ἔκπληξις, *comminatio.* Quare illum.] αἱ προστάξεις. Ac vide.]

Commonitione conclu-
dit.

MARI.

MARINI DIALOGI.

ARGVMENTVM IN eosdem.

NEque horum dialogorum diuersa aut alia ratio est, quod ad occasiones & argumenta pertinet, quàm superiorum. Nam & ipsi ex Homericis ac Tragicis fabulis desumpti sunt, & eadem elegantia ac festiuitate nitent: nisi quòd omnes (quod idem tamen & in superioribus propè fit) de rebus amatorijs tractant. Vnde illud quoq; verisimile est, Lucianum ostendere voluisse, quòd quæcunq; sub hac tota mundi machina mouentur & viuunt, inter cæteros affectus pręcipuè amori obnoxia sint, ac voluptatem appetant. Illumq́; adeò generalem qnendam omnium tam deorum quàm hominũ domitorem esse. Quòd autem deos maximè ex amore desipere atque insanire, deinde & voluptatibus deditos esse fingit, ex professione sua facere videtur. Fuit enim, quanquam omnibus philosophorum factionibus ex æquo propè infestus, ad Epicuream tamen magis quàm cæteras inclinatus, qui & voluptatem finem bonorum asserebant, & deorum prouidentiam negabant. Id quod cùm alibi passim, tum in Demonacte, & in Cõcilio deorum animaduertere licet.

ΚΥΚΛΩΠΟΣ καὶ Ποσειδῶνος.

CYCLOPIS ET Neptuni.

Iacobo Micyllo interprete.

CYCLOPS.

Ὦ Πάτρ, οἷα πέπονθα ἑπὸ τοῦ κατρράτου ξένου, ὃς μεθύσας, ἐξετυφλώσέ με, κοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας. Ποσ. τίς δὲ ὁ ταῦτα τολμήσας, ὦ Πολύφημε; Κύκ. τὸ μὲν

O Pater, qualia passus sum ab execrabili isto hospite, qui me inebriatum excæcauit, somno grauatum aggressus. NEP. *Quis verò est qui isthæc facere ausus fuit, Polypheme?* CYCL. *Principiò quidem seipsum*

πρῶτον, Οὔτιν ἑαυτὴ ἀπεκάλε-
ι πάντ' ἄλιφυγε, καὶ ἔξω λῶ βί-
νος, Ὀδυσσεὺς ὀνομάζοιτο ἔφη. Ποσ. οἶδα, ὃν λέγεις, Ἴθα
κήσιον, ἐξ Ἰλίου δ' ἀνέπλεε. ἀλλὰ
πῶς ταῦτ' ἔπραξεν, ὁθ' πάνυ
ἀνθρώπους ὤμιλεν. Κατέπαυσον
ἐμὲ ὦ ἄνερ, ἀρὰ νομῆς ἀνα-
σρέψας. πολλούς τινας, ἐπιβου-
κολοῦντας ἀλλοτρίοις τοῖς ποι-
μνίοις, ἐπεὶ ἦλθον ἐπὶ θύρας τὸ
πῶμα (πέτρα ἦν μοι πάμ-
μεγέθης) καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαυσα,
ἐναυσάμενος δ' ἔφερον δένδρον
ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐφάνασαν ἀκρο-
πλὴν αὐτοὺς παρόντας. ἐγὼ δὲ
συναβὼν αὖ τινας, ὥσπερ ἐ-
κεῖνος λῶ, κατέφαγον λησάς ὄν-
τας. ἐνταῦθα ὁ παναργότατος
ἐκεῖνος, ἔφη, Οὔτις, ἔφη, Ὀδυσ-
σεὺς λῶ, δίδωσί μοι πιεῖν φάρ
μακόν τι ἐγχέας, ὑδὺ μὲν καὶ ἡδύ
μον, ἐπιβλαβέστατον δὲ καὶ τρα
χυδέστατον. ἅπαντα γὰρ ἀθύς ἐ-
δόκει μοι περιφέρεσθαι πόντι, καὶ
τὸ σπήλαιον αὐτὸ ἀνεσρέφετο,
κοὐκ ὀκ

seipsum Neminem vocabat: [a] *postquâ autem effugit, atq; extra tela, vt dicitur, fuit, Vlyssem nominari se aiebat.* NEPT. *Noui quem dicis,* [b] *Ithacensem illum:* [c] *ex Ilio autem nauigabat. Sed quo pacto hæc peregit, quum alioqui non ita audax atq; animosus sit?* CYCL. *Deprehendi in antro, è pascuis domum reuersus, multos quosdam, insidiantes videlicet pecuariis. Posteaquam autem apposui foribus operculum (saxum autem quoddam mihi est perquàm magnum) atq; ignem resuscitaui, accensa arbore quam de monte mecum ferebam, visi sunt abscondere sese parare. Ego verò comprehensis ipsorum quibusdam, vt par erat, deuoraui, vt qui prædones essent. Hic igitur* [d] *versutissimus ille, siue Nemo, siue Vlysses fuit, dat mihi bibere, infuso quodam veneno, dulci illo quidem, & fragranti, cæterum ad insidias struendas præsentissimo, & maximè turbulento. nam statim* [e] *omnia videbantur mihi, posteaquam bibissem, circumagitari, & antrum ipsum inuertebatur,*

& pror-

καὶ ἐκ ἔτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἦ-
μην. τέλος δ' οὖν ὕπνον μετε-
σπάσθην. ὁ δ' ἀφυλάκτως τὸν μο-
χλὸν, καὶ πυρώσας γε, τὸ σὸν ἔτυφλωσε μετὰ βαθὺ δόντα, καὶ
ἀπ' ἐκείνου τυφλός εἰμί σοι, ὦ
Πόσειδον. Πο. ὡς βαθεῖ κοι-
μήθης, ὦ τέκνον, ὃς ἐκ ἐξεθο-
ρύβησε μεθ' ἑαυτοῦ τυφλόμματον. ὃς δ'
ἦν Ὀδυσσεὺς πῶς διέφυγεν; ἢ
γὰρ ἦν, ᾧ οἶδ' ὅτι, ἐδυνήθη
ἀποκινῆσαι τοῦ πίτρου ἀφ' ἑ-
θύρας. Κύ. ἀπ' ἐμοῦ ἀφεῖλον,
ὡς μᾶλλον αὐτὸ λάβοιμι ἐξι-
όντα, καὶ λαβίσας πρὸ τῆς θύ-
ρας, ἐθήρων τὰς χεῖρας ἐκπε-
τάσας, μόνα πρὸς τὰ πρόβατα
ἐς τοῦ νομοῦ, ἐνδιαμένων τῶν
λευκῶν, ὀπόσα ἐχθὲς πρόπλην αὐτῷ
ὑπὲρ ἐμοῦ. Ποσ. μανθάνω ὑπ'
ἐκείνοις ὅτι γε ἔλαθες ὑπεξε-
θών σι, ἀπαλοὺς ἅπαντας γε Κύ-
κλωπας ἐλὼ ἐπιβουλεύσαι ἐπ'
αὐτόν. Κύ. σωτικάλουν, ὦ πά-
τερ, καὶ ἦκον ἐπεὶ ἀκροῦσ' ἐπιβουλεύοντ' τὸ ὄνομα, μά-
χῳ ἔφην, ὅτι Οὔτις ἐστί, μεγα-
λοπρεπῶν οἰηθέντων με, ὥχον-
το ἀπι-

& prorsum apud me amplius ipse non eram: postremò autem somno correptus iacui. Ille verò exacuato f vecte, eodemq; igne succenso, insuper etiam excæcauit me dormientem: & ex eo iam tempore cæcus tibi sum: Neptune. NEP. Vt aliè nimis dormijsti, fili, qui non interea exilueris, cùm excæcareris. Vlysses igitur ille quo pacto effugit? Non enim, sat scio, potuit dimouere saxum à foribus. CYC. At ego amoui ipsum, quò facilius illum comprehenderem inter egrediendum. Ac collocato meipso ad fores, extentis manibus venabar, solis dimissis in pascua ouibus, & arieti negocio dato, quæ nam ipsum agere pro me oporteret. NEP. Intelligo rem. Sub illis latuit te, clàm se subducēs. At cæteros certè Cyclopas conueniebat te inuocare cōtra ipsum. CYC. 8 Cōuocaui illos, pater, atq; etiam venerunt: sed postquam me interrogassent insidiatoris nomen, atque ego dicerem, Neminem esse: insanire me arbitrati, relicto me

ζ ἀπιόντων. ἔτω ἰατροφίλ@ τό μοι καταράζ@ τῷ ὀνόματι. καὶ ὁ μάλιστα ἰώιασί μι, ὅτι καὶ ὀνειδίζων μοι τῶν συμφορῶν, ἀλλ' ὁ πατήρ, φησίν, ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε. Πο. θάρσει, ὦ τέκνον· ἀμωυξήσει γὰρ αὐτῷ, ὡς μαθῇ ὅτι ἃ καὶ πάρεσίν μοι ὀφθαλμῶν ἰᾶσθαι ἀδωάζομ. τὰ γοιῶ τ πλοίζων τὸ σῴζειν ἐῶντας, καὶ ἀφωυώσα ἐπ' ἐμοὶ πρόσεσι· πλεῖ γέ τι.

cto me iterum discesserunt. Ita imposuit mihi execrabilis ille, nomine. Et quod omniũ maximè mihi ægrè fuit, contumeliosè obiecta mihi clade hac: Ne pater quidem Neptunus, inquit, leuabit te hoc malo. NEP. Confide fili.[h] vlciscar enim ipsum, vt sentiat, etiamsi cæcitatem oculorum mederi non queam, nauigantes certè tamen seruare vel perdere, penes me esse. nauigat autem adhuc.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

MArini dei à Græcis θαλάσσιοι, vel ἁλίοι vocantur, quorum turba ingens fuit. & horum princeps Neptunus, & eo antiquiores Nereus & Oceanus: Alij fuêre in hoc numero litorales dij, qui à Græcis ἀιγιάλιοι nũcupantur. Scribit Gellius, antiquos vocasse Neptuni filios, immanes & feroces homines, ab omniq; humanitate alienos, tanquam è mari genitos, cui & Seruius in 3. Aen. subscribit: ait enim de Harpyis agens, Neptunum prodigiorum omnium patrem: & perinde etiam factũ, vt quotiescunq; desunt parentes, rédeamus ad generalitatem. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Sed enim & Phurnutus ait, propter maris violentiam, omnes violenti & audacioris animi homines. Neptuni filij vocati sint, vt Cyclopes, sic dicti, quòd vnum tantùm haberent oculum, eumq; orbicularem, media in fronte situm. Certè Maro Cyclopes vocat æneos fratres cœlo capita ferentes. de quorum oculo sic scribit 3. Aen. *Argolici clypei & Phœbeæ lampadis instar.* vide nostras Annotationes in Cataplum.

a POSTQVAM autem effugit, atque extra tela fuit.] *è, in tuto citraq; periculum. Hoc prouerbium frequens est apud Lucian. in Votis, in Baccho, & in dialogo Veneris & Cupidinis.* b Ithacensem illum.] *Vlyssem ex Ithaca vrbe & patria insula in mari Ionio, ante Epirum frequentibus scopulis aspera.* c Exilio.] *In cuius obsidione decennium ferè consumpserat. Hæc Asiæ totius ciuitas fuit florentissima, sub Priamo ob Helenam à Paride raptam à Græcis decennali bello obsessa, ac demum expugnata. A Troë rege Erichthonij filio Troia dicta.* d Versutissimus.] *Fingitur ab Homero vir multa præditus facundia, nec minore experientia, vafer consilio, egregius bello, laborũ patientissimus.* e Omnia videbantur mihi.] *Naturam & imaginẽ hominis vino & crapula grauati exprimit.* f Vecte.] *Palo. Virg. 3. Aen.* —— & telo lumen terebramus acuto. g Conuocaui.] *Ad Polyphemi clamorem exiit omnes undiq; Cyclopes confluunt, periclitanti auxiliaturi.* h Vlciscar ipsum.] *Vlyssem, qui tibi oculum extudit, vt sciat, me vitæ necisq; potestatem habere.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Ὀδυσσεὺς, διηγησις, καὶ παραμυθητικὸς: quomodo Vlysses Polyphemum excæcauerit.

Commemorat Cyclops se oculo vt spoliârit Vlysses,
Is mario potxit dum cyathum ille mero.
Non potuit durare diu Polyphemetyrannis,
Cogeris en pœnas soluere promeritas.

Ὁ Pater.] ἡ πρόθεσις narrationis προοίμιον continens. Quis verò.] *ἐρώτησις πρὸς τὸ πρόσωπον.* Principiò quidem seipsum.] *ἀφήγησις αὐτοῦ.* Nouit, quem dicis.] *μετάβασις ad τρόπον, id est, modum.* Deprehendi in antro.] *ἀφήγησις rei perinde vt gestæ, eiusq; modi occasio.* Posteaquam.] *Facta antecedentia Cyclopis.* Ipsorum quibusdam.] *sociorum Vlyssis. Odyss 9. Aeneid. 3.* Nam statim omnia.] *Ab effectu vini.* Postremò autem.] *τὰ μέσα.* Insuper etiam.] *τὸ ὀλοσχερές.* Et ex eo tempore.] *τὰ μεταξὺ χρόνου.* At cæteros certè.] *τὰ ἔπομενα.* Ita imposuit.] *ἐπιφώνημα ἀγωνιστικόν.* Obiecta mihi clade hac,] *Insultatio Vlyssis.* Confide fili] *παραμυθία καὶ ἀπειλή.*

ΑΛ-

ΑΛΦΕΙΟΥ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

ALPHEI ET Neptuni.

Iacobo Micyllo interprete.

NEPTVNVS.

ΤΙ τοῦτο, ὦ Ἀλφεὲ, μόνος τῶν ἄλλων ἐμπόδων εἰς τὸ πέλαγος, ὅτι ἀναμίγνυσαι ἁλμῇ, ὡς ἔθος ποτὲ μοῖς ἅπασιν, οὔτε ἀναπαύεις σεαυτὸν ἀφανὲς ὑπὸ τῆς ἐκείθεν ἐκ ξωτικῶς, καὶ γλυκὺ φυλάττων τὸ ῥεῦμα, ἀμιγὲς ἔτι καὶ καθαρὸς ἐπέχεις, ὃν οἶδ' ὅπου βύθιος ἐπόλυς, καθάπερ οἱ λάροι τὴν ἱερὰν ἰοῖσαν ἀνακύψαντες πάλιν αὖθις ἀναφαίνουσι σεαυτόν; ΑΛ. ἱερόν τι τὸ πρᾶγμα ἐστιν, ὦ Πόσειδον, ὥστε μὴ ἔλεγχε πράττοντας ἢ αὐτὸς ποιεῖς. ΠΟ. γυναικὸς, ὦ Ἀλφεῖ, ἢ νύμφης ἐρᾷς, ἢ καὶ τῶν Νηρηίδων αὐτῶν μιᾶς; ΑΛ. ἔκ, ἀλλὰ πηγῆς, ὦ Πόσειδον. ΠΟ. ἦ πᾶσι γῆς αὕτη ῥεῖ; ΑΛ. νησιώτης δὲ σικελικὴ. Ἀρέθουσαν αὐτὴν καλοῦσιν. ΠΟ. οἶδα, ἐκ ἄμορφον, ὦ Ἀλφεῖ, τὸν Ἀρέθουσαν

QVid[a] hoc, Alphee, quod tu solus aliorũ in mare delapsus, neque cũ salsugine misceris, pinde vt solent cætera flumina omnia: neq; cohibes teipsum aquis diffusis, sed per mare veluti concretus, ac dulci custodito fluore, incorruptus etiam & purus cursu laberis? nescio quo locorũ in profundum teipso, [b] quemadmodũ gauiæ atq; [c] ardeæ faciunt, submerso. ac videris rursum emergere quoq; alibi, & teipsum iterũ spectandũ exhibere. AL. Amatoria quædã res hæc est, Neptune: quamobrẽ ne mihi vitio vertas. [d] Amasti autẽ & ipse sæpenumero. NEP. Mulierẽne, Alphee, an nymphã amas, an etiã Nereidum ipsarum vnam aliquã? AL. Non, verùm fontem, Neptune quendã. NEP. Vbi igitur terrarũ ille manat? AL. Insularis est, [e] in Sicilia, Arethusam ipsum vocant. NEP. Scio: non deformem sanè, Alphee, Arethusam

ἐν. ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαρῶν ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφίσιν, ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον ἀργυροειδές. Αλ. ὡς ἀληθῶς οἶσθα τὴν πηγὴν, ὦ Πόσειδον. παρ' ἐκείνης οὖν ἀπέρχομαι. Ποσ. ἀλλ' ἄπιθι μὴ, καὶ εὐτύχει ἐν τῷ ἔρωτι. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, πῶς τὴν Ἀρέθουσαν εἶδες, αὐτὸς μὲν Ἀρκὰς ὤν; ἡ δὲ ἐν Συρακούσαις ἐστίν. Αλ. ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον, πρίβγα ἐρωτῶν. Πο. εὖ λέγεις. χώρει πρὸς τὴν ἀγαπωμένην, καὶ ἀναδὺς ἀπὸ τῆς θαλάττης, ξυναυλίᾳ μίγνυσο τῇ πηγῇ, καὶ ἓν ὕδωρ γίνεσθε.

thusam amas: sed & liquidus fons ille est, & perpurum scaturiendo ebullit: atq; ipsi aquæ etiam calculi gratiam addunt, supra quos tota ea velut argentea apparet. AL. *Vt verè nosti fontem hunc, Neptune: ad illum igitur abeo nunc.* NEP. *Sed abi quidem, & feliciter vtere amore. Illud autem mihi dic, vbi tu Arethusam cōspicatus es,* [f] *Arcas ipse cùm sis, fons autem ille in* [g] *Syracusis manet?* AL. *Properantem me moraris, Neptune, curiosè nimis interrogando.* NEP. *Probè dicis. Abi igitur ad amatum, ac emergens iterum è mari, eodem alueo cum fonte illo miscearis, & in vnam aquam redigamini.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

HIc sequutus est poëtarū fabulas, qui Arethusam venatricem Dianę comitem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam: cui quum ille vim adhibere pararet, eaque effugere non posset, Dianæ miseratione in fontem sui nominis esse conuersam, occultissimeq; meatibus & per subterraneos cuniculos, ne amatoris vndis pollueretur, in Siciliam vsq; fugisse, tandemq; in ea parte Syracusanæ vrbis, quæ Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse, Alpheumque amatæ Nymphæ desiderio eodem esse insequutum. Virg. 3. Aeneid.

Alpheum

— Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.

Verum hæc fabulosa esse constat, quum Alphei aquæ nusquam absorbeantur, vt docet Strabo lib. 6. eiusque ostium manifestè videatur inter Ichthyn promontoriũ & Haliartum oppidum. Cæterum fabulam Alphei & Arethusæ refert Ouidius lib. Metamorph. 5. & Lucanus eius meminit in 3:

— populi sque per æquora mittens
Sicanijs Alpheus aquas —.

Silius Ital. lib. 13:

Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alpheon, sacræ portantem signa coronæ.

Sed longè venustissimè Papinius, in epthal. Stell: & Vol.

— timidè sic transfuga Pisa,
Amnis in externos longè flammatus amores,
Flumine demerso trahit intemerata canali,
Donec Sicanios tandem perlatus anhelo
Ore bibat fontes. Miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.

a QVID hoc Alphee.] *Alpheus fluuius in Elide Peloponnesi regione, per quam funditur, quem Pausanias lib. 5. tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Siciliæ fontem desinere. Suidas multò luculentius eiusdem fluminis naturam, cursum & ὀίξησιν describit.* b Quemadmodum Gauiæ.] *λάροι. Larum Gaza vertit Gauiam, cuius mentionem facit Plinius inter maritimas & aquaticas Halcyonem & mergum lib. 10. cap. 32. Idem cap. 74. eiusdem libri, aquaticæ, anates & gauiæ. λάρον Latinè quidem commodè reddi non posse dicit in Laro hiante, Erasmus.* c Ardeæ.] *ἐρωδιοὶ, Aues, quarum tria genera ponuntur ab Aristot. Hæc auis vrinatur sicut & λάρος.* d Amasti & ipse.] *Neptuni amores habentur apud eundem Lucianum in Philopatre & alibi.* e Sicilia.] *Italiæ insula à pleriſque Trinacria & Triquetra, quod Triquetræ figuræ triangularis faciem obtineat, nuncupata est, tribus promontorijs in diuersa procurrentibus,*

rentibus, suam claudens amplitudinem Lilibeo Aphricam, Pachinno Græciã atq; Peloro Carthaginem spectantibus. De quare Plin. lib. 2. cap. 8. Sub Pachinno Siciliæ promontorio sunt Syracusæ vrbs Græcorum maxima & fons Arethusæ à quo Syracusæ Arethusides apud Poëtas plerumq; dicuntur. Ouid. lib. 4. Fast.

Vtq; Syracusas Arethusides abstulit armis
Claudius—.

f Arcas.] *ab Arcadia. Gentile.* *g* Syracusis manet.] *Syracusa ciuitas Siciliæ amplissima, sub Pachinno monte sita, vbi fons Arethusa ab Alpheo Elidis fluuio per subterraneos cuniculos means, magna aquarum vbertate erumpit.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Ερωτηματικὸς καὶ διηγητικός. *Quòd Alpheus annis dulcem in mari aquam retineat.*

Alpheus nulla inficitur salsugine Ponti,
Naturam retinet semper vbiq; suam.
Neptuno quosdam simul hisce fatetur amores,
Arcas init thalamum sæpe Syracusiæ.

QVID hoc.] *Propositio θαυμαστικὴ κατ' ἀφήγησιν μακροπέραν, καὶ ἐλεγκτική.* Amatoria quędam.] ἀπόκρισις. Mulierémne.] ἐράτησις περὶ τοῦ ἐρωτικοῦ τούτου. Insularis est.] διήγησις, *interfatio de loco.* Non deformem.] ἀπόκρισις. Vt verè nosti.] ἐπίκρισις. Liquidus fons.] *Laus fontis.* Ad illum igitur.] *Discessus quasi colloquentium* θαύμασις. Properantem me.] *Reprehensio morantis.*

MENE-

ΜΕΝΕΛΑΟΥ ΚΑΙ Πρωτέως.

Αλλὰ ὕδωρ μὲν σε γένοιτο, ὦ Πρωτεῦ, ἐκ ἀπίθανον, ἐνάλιόν γε ὄντα, καὶ δενδρον ἔτι φορητόν. καὶ εἰς λέοντα ὁπότε ἀναγέης ὅμως ἐθέλω ἔτι ἐξαπατᾶσθαι. εἰ δὲ καὶ πῦρ γένοιτο δίωατον ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ. Πρω. μὴ θαυμάσῃς, ὦ Μενέλαε, γιγνόμενα γάρ. Μεν. ἔιδον καὶ αὐτός. ἀλλά μοι δοκεῖς (ἀρέσθαι γάρ πως σε) γοητείαν τινὰ πεποιῆσθαι τῷ πράγματι καὶ τὰς ὀφθαλμὰς ἐξαπατᾶν τῶν ὁρώντων, αὐτὸς ἐθέλων τοιοῦτος γιγνόμενος. Πρω. καὶ τίς ἂν ἄλλη ἀπάτη ἐπὶ τοσοῦτον ἐνδέχοιτο γένοιτο; ἐκ ἀντιλαμβάνοιο τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔιδωλον, ὃ ἐστὶ μιμητοίημα ἐμαυτοῦ; ἃ δ' ἀπιστεῖς, καὶ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς ἂν δοκεῖ, φαντασία

MENELAI ET Protei.

Eodem Interprete.

MENELAVS.

AT in aquam cõuertũ te Proteu, incredibile adeò non est, marinus vtiq; cùm sis: etiam arborem fieri, tolerabile: præterea & in leonem aliquando muteris licet, tamen neq; hoc supra fidem est. Quòd si autem & ignem fieri te possibile est, cùm in mari habites, hoc omnino miror, neq; adducor vt credam. PRO. Ne mireris Menelaë: fieri enim soleo MEN. Vide equidem ipse: veruntamẽ videris mihi (dicetur enim hic apud te) [a] præstigias quasdam adhibere rei, atque intuentium oculos decipere: quũ interim ipse nihil tale fias. PRO. Et quænam adeò deceptio in rebus sic manifestis fieri queat? Annón [b] apertis oculis vidisti, in quàm multa ipse me transformauerim? Quòd si verò non credis, & res hæc tibi falsa videtur, nempe appa-

τασία τις πὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένη, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, πρόσενέγκε μοι, ὦ γενναιότατε, τὴν χεῖρα. εἴσῃ γὰρ εἰ ὁρῶμαι μόνον, ἢ κὴ τὸ καθὰρ τότε μοι πρόσεστιν. Μεν. οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα, ὦ Πρωτεῦ. Πρω. οὐδέ μοι Μενέλαε δοκεῖς οὐδὲ πολύπουν ἑωρακέναι πώποτε, οὐδ' ὃ πάσχαι ὁ ἰχθὺς οὗτος, εἰδέναι. Μεν. ἀλλὰ τὸν μὲν πολύπουν εἶδον· ἃ πάσχει δὲ, ἡδέως ἂν μαθοιμι πρὰ τοῦ. Πρω ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας, καὶ προσφὺς ἔχηται κατὰ τὰς πλεκτάνας, ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτὴ, καὶ μεταβάλλει τὴν χρόαν, μιμούμενος τὴν πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τοὺς ἁλιέας, μὴ δαλλάττων, μηδὲ φανερὸς ὢν δατοῦτο, ἀλλ' ἐοικὼς τοῦ λίθου. Μεν. φασὶ ταῦτα, τὸ δὲ σὸν πολλῷ παραδοξότερον, ὦ Πρωτεῦ. Πρω. οὐκ οἶδα. ὦ Μενέλαε, τίνι ἂν ἄλλῳ πιστεύσειας τοῖς σεαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν. Μεν.

rentia quædam inanis ante oculos obuersans, posteaquã ignis factus fuero, applica mihi heus generose tu manum: nimirum senties, videárne tantum ignis, an & vrendi vim habeam. MEN. Periculosum est experimentum hoc, Proteu. PROT. At tu Menelae, videris mihi neque polypum vidisse vnquam, neq; etiam quid pisci huic accidere soleat scire. MEN. [c] Verùm polypum ipsum quidem vidi: quæ verò accidant illi, libenter ex te cognouerim. PRO. Cuicunq; saxo accedens [d] acetabula sua applliquerit, atq; affixus inhæserit [e] cirramẽtis, illi seipsum similem efficit, [f] mutatq; colorem, imitando saxum: quo videlicet lateat piscatores, nihil ab illo varians, neque ob hoc manifestè apparens, sed omnino saxum referens. MENE. Ferunt hæc: sed tuũ hoc multò magis omnẽ opinionem excedit, Proteu. PROT. Nescio Menelae, cuinam alteri facilè credas, qui tuis ipsius oculis non credas.

MEN.

Μεν. εἶδον ἔγωγε, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τερατῶδες, τὸν αὐτὸν πῦρ καὶ ὕδωρ γίγνεσθαι.

MEN. Videns equidem vidi: sed tamen res ipsa monstro similis est, eundem videlicet ignem atq; aquam fieri.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

PRoteus deus marinus, Oceani & Thetyos filius, Iliaci belli tempore quum Aegyptus rege careret, in regem assumptus est, quē Aegyptij Cetea appellabant. Hunc artium peritum fuisse tradunt, Homerus Odyss. 4. & Virgilius item quarto Georgicorum, & in varias se formas vertere solitum: vt nunc animal, quandoq; arbor, aut ignis, aut aqua, aut quid aliud videretur. Quod figmentum Diodorus libro 2. sequutus Herodotum, ad Aegyptiorum regum morem refert, quibus familiare fuit, leonis aut tauri, vel draconis priorem partem in capite gestare, necnon arborem, quin ignem quoque, principatus insignia. Idem Lucianus in commentario De saltationibus, Protea illum in varias se demutantem rerum facies, non ferè alium intelligit, quàm saltatorem eximium, ad effingendum quicquid omnino collibuisset, veluti Empusa, docilem. Heraclitus Ponticus diuersam his colligit allegoriam. A' Proteo natum est adagium hoc, Πρωτέως ποικιλώτερος, id est, Proteo mutabilior: quod in vafrum & versipellem competit. Plato in Ione: ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς πανταδαπὸς γίγνη, id est, Sed prorsus Protei in morem, in omnem speciem verteris sursum ac deorsum teipsum distorquens.

a PRAESTIGIAS adhibere.] *Incantationes, delusiones, cuiusmodi sunt quæ Gœtia magiæ specie fiunt, & alia apparent, quàm reuera sint.* *b* Apertis oculis.] *Intensis & fixis.* *c* Verùm polypum.] *De polypi vario ingenio meminit Plinius libro 9. cap. 29. Præterea Plutarchus in libello,* περὶ πολυφιλίας, *ex Theognide:*

πολύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλίζει, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη. *Id est,*

Mentem habeas vafri polypi, qui protinus illa
Se quibus admòrit, saxa colore refert.

Idem Lucianus in eo qui Περὶ ὀρχήσεως *inscribitur, ex Pindaro opinor:* ποντίου θηρὸς πετραίου νόον ἴσχον. *id est, marinæ beluæ mentem habens. d* Acetabula.] *Acetabula sunt veluti quidem calculi in ijs piscibus qui molles appellantur, vt in Polypo: de quibus Plin. lib. 9. cap. 30. e* Cirramentis.] *Capillamentis. f* Mutatque colorem.] *Colorem mutat maximè in metu. Nam persequentibus piscatoribus, petris affigit sese, & cuicunque petræ adhæserit, eius colorem corpore imitatur, videlicet ne queat comprehendi.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Μυθικὸς *quòd Proteus cùm in varias formas, tum in ignem, &c. conuertatur.*

Proteus se in varias gaudet conuertere formas,
In pelagi qui se continet vsq; specu.
Fit lignum, fit aqua, & fulua ceruice leæna,
Flammæ etiam formam suscipere est solitus.

At in aquam conuerti.] ὁμολογία. Quòd si autem.] ἀφαίρεσις. Ne mireris.] *Asseueratio.* Vide & ipse.] *Obiectio.* Et quæ'nam.] *Refutatio.* Apertis oculis.] *A' testimonio Menelai.* Quòd si verò non.] ἄλλη πίστις καθ' ὑπόθεσιν. Nimirum senties.] πρόῤῥησις. At tu Menelaë.] *Ab exemplo simili.* Verùm polypum.] ἀξίωσις. Cuicunque saxo.] ἀφήγησις. Illi seipsum similem efficit.] *De polypo pisce, eiusq; in varias res transformatione.* Erunt hæc.] *Concessio.* Sed tuum hoc.] *Correctio.* Nescio Menelaë.] *Conclusio.*

ΠΟΣΕΙΔΩ-

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ καὶ Δελφίνων. NEPTVNI ET Delphinum.

Eodem Interprete.

NEPTVNVS.

Εὖγε, ὦ Δελφῖνες, ὅτι ἀεὶ φιλάνθρωποί ἐστε, καὶ πάλαι μὲν τὸ τῆς Ἰνοῦς παιδίον ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν ἐκομίσατε, ὑποδεξάμενοι ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν μετὰ τῆς μητρὸς ἐμπεσόν. καὶ νῦν σὺ τὸν κιθαρῳδὸν τοῦτον, τὸν ἐκ Μηθύμνης ἀναλαβὼν, ἐξαγάγῃς εἰς Ταίναρον αὐτῇ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ, ὃν πειρᾶδες κακῶς ὑπὸ τῶν ναυτῶν ἀπορρύμενον. Δελ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ Πόσειδον, εἰ τοὺς ἀνθρώπους εὖ ποιοῦμεν, ἐξ ἀνθρώπων γε καὶ αὐτοὶ ἐγένοντο. Ποσ. καὶ μέμφομαί γε τῷ Διονύσῳ, ὅτι ὑμᾶς καταναυμαχήσας μετέβαλε, δίκην χειρώσασθαι μόνον, ὥσπερ τοὺς ἄλλους ἐποιήσατο. ὅπως γοῦν τὰ κατὰ τὸν Ἀρίονα τοῦτον ἐγένετο, ὦ Δελφίνες; Δελ. ὁ Περίανδρος, οἶμαι, ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ πολλάκις μετεπέμπετο αὐτὸν ἐπὶ τὴν τέχνην. ὁ δὲ λαθὼν παρὰ τοῦ τυράννου, κομίσας ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἐπιβὰς πλοίου Κορινθίου ἀπέπλει. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ πελάγει ἐγένετο, ἐβουλεύσαντο οἱ ναῦται ἀποκτεῖναι αὐτὸν, καὶ τὰ χρήματα ἔχειν. ὁ δὲ ἐπεὶ ἔμαθε τὴν ἐπιβουλὴν, ἐδεήθη αὐτῶν μικρὸν ἀναβαλέσθαι, ἕως ᾄσῃ τὸν νόμον, ὃν ἐπὶ τῇ σκηνῇ ᾖδεν. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι ἐπείσθησαν, ἀναλαβὼν τὴν κιθάραν, καὶ ἐν τῇ στολῇ ἐν ᾗ ἐκιθάρῳδει, ἐπὶ τὸ πρυμνήσιον ἀναβὰς, ἐπῆδε τὸν νόμον, καὶ ἅμα τῇ ᾠδῇ ἑαυτὸν ἔῤῥιψε μέσον εἰς τὸ πέλαγος. ἐγὼ δὲ ὑπολαβὼν αὐτὸν ἐκόμισα ἐπὶ τὸν Ταίναρον, καὶ ἀπεβίβασα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐπορεύθη ἐπὶ τὴν Κόρινθον. ἐκεῖνοι δὲ ἐπειδὴ ἐπανῆλθον, ἐσταυρώθησαν ὑπὸ τοῦ Περιάνδρου. Ποσ. ἀγαθὸν ἄρα καὶ ἡ μουσική ἐστιν, ὦ Δελφῖνες, καὶ ἐπαινετὸν τὸ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπιδίδοσθαι. Δελ. καὶ μὴν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῇ μουσικῇ ἐσμεν, ὦ Ποσείδον, καὶ ἐπὶ τῷ ὀρχεῖσθαι ἀεὶ ἐν τοῖς ὕδασιν ἡδόμεθα. Ποσ. ἀλλὰ καὶ ἐγὼ ἐπαινῶ ὑμᾶς ἐπὶ τούτοις. ἀπίτω δὲ ὑμῖν ἐκ τοῦ νῦν ἐπὶ τῷ ἔργῳ τούτῳ ἐπιδίδοσθαι.

LAudo, [a] recte facitis Delphines, quod semp amantes hominũ estis. Nam & olim [b] Inus filium in Isthmũ portastis, [c] exceptũ à Scironiis scopulis, vnde cum matre præcipitatus fuerat: et nunc tu citharœdo isto Methymnensi cũ ipso ornatu & cithara recepto, in [d] Tænarũ enatasti, neq; passus es indignè à nautis perire illum. DEL. Ne mireris, Neptune, si hominib. benefacimus: nã & ipsi ex hominib. pisces facti sumus. NEP. Atq; equidẽ ob id reprehendo Bacchũ, q vos nauali pœlio superatos ita trãformauit, cũ deberet captiuos solũ in deditionẽ accipere: quemadmodũ & cæteros in potestatẽ redegit. Sed quo pacto cũ Arione hoc qđ accidit, sese habet? DEL. [e] Periander iste, puto, delectabatur homine, ac sæpe illũ ad se accersebat artis gratia. Ille aũt dies id factus à tyranno, con-

νοῦ, ἐπεθύμησε πλεύσας οἴκαδε, ἐς τὴν Μήτυμναν, ἐπιδείξασθαι τὸν πλοῦτον. καὶ ἐπιβὰς πορθμείου τινὸς κακούργων ἀνδρῶν, ὡς ἔδειξε πολὺν ἄγων χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ἐπεὶ κατὰ μέσον τὸ Αἰγαῖον ἐγένετο, ἐπιβουλεύουσιν αὐτῷ οἱ ναῦται. ὃ δὲ (ἠκροώμην γὰρ ἅπαντα, παρανέων τῷ σκάφει) ἐπεὶ ταῦτα ὑμῖν δέδοκται, ἔφη, ἀλλὰ τὴν σκευὴν ἀναλαβόντα με, καὶ ἄσαντα θρηνόν τινα ἐπ' ἐμαυτῷ, ἑκόντα ἐάσατε ῥίψαι ἐμαυτόν. ἐπέτρεψαν οἱ ναῦται, καὶ ἀνέλαβε τὴν σκευὴν, καὶ ἦσε πάνυ λιγυρῶς, καὶ ἔπεσεν εἰς τὴν θάλατταν, ὡς αὐτίκα πάντως ἀπεθανούμενος. ἐγὼ δὲ ἐπολαβὼν, καὶ ἀναθέμενος αὐτὸν, ἐξενηξάμην ἔχων εἰς Ταίναρον. Πο. ἐπαινῶ τῆς φιλομουσίας: ἄξιον γὰρ τὴν μισθὸν ἀπεδέδωκας αὐτῷ τῆς ἀκροάσεως.

no, concupiuit, nauigando in patriam, [f] Methymnam videlicet, spectandas ibi diuitias suas exhibere. Ac conscensa ad traijciendum naui hominum quorundã sceleratorum, posteaquam cognitus est multum auri secum ferre, vbi ad mediũ fermè Aegæũ peruentum fuit, insidiari illi nautæ cœperunt. Ille verò (nam auscultabam omnia, iuxta nauigium natando,) Quoniam hoc vobis ita visum est, inquit, at me saltem assumpto ornatu, & decantato prius mihi ipsi funebri aliquo carmine, volentem sinite præcipitare meipsum. Concesserunt nautæ. Tum ille assumpsit ornatum, & cecinit admodum lene ac blandum quiddam, atq; ita in mare præcipitauit sese, tanquam statim omnino moriturus. Ego verò excepto atque imposito illo, enataui vnà cum ipso in Tænarum. NEP. Laudo [g] studium erga Musicam tuum: dignam enim mercedem retulisti ipsi pro eo quod auscultâras.

GILBER.

GILBERTI COGNATI

ANNOTATIONES.

a RECTE facitis Delph.] δέλφιν, δέλφις *& Delphinus dicitur piscis & maris belua. Delphines ingenti amore homines, præcipuè pueros prosequi solent, & dorso acceptos vltrò citroque per mare incolumes vectare ac reducere: qui si quo casu postea intereunt, vocem edunt humanis gemitibus similem, & ipsi tandem mærore confecti moriuntur. Refert aliquot exempla noster Lucianus in nauigio seu votis, & Plin. lib. 9. cap. 8. musicis harmonijs mirificè demulcentur, vt Plutarch. scribit in lib. septem sapientum.* *b* Inus filium.] *Melicertam. Inus fabulam lege Ouid. libr. 3. Metam. Hom. Od. ε, c* Exceptum à Scironijs scop.] *Qui in Attica sunt post Crommionem ad eam viam quæ ab Isthmo Megara ducit, & à Scironis insignis latronis nomine dicti sunt, qui ea saxa insidens in viatores prætereuntes seuiebat.* *d* Tenarum.] *Laconiæ promontorium, oppidum eiusdem nominis habens, vbi habitum donarium diutissimè in Arionis testimonium: ex ære Delphinus cum insidente Arione dextra victoriam prætendente, læua lyram sustinente.* *e* Periander.] *Corinthiorum tyrannus.* *f* Methymnam.] *Lesbi ciuitatem.* *g* Studium erga Musicam.] *Mulcentur Delphines & sono & cantu.*

IOANNIS SAMBVCI

ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς: Delphinos amatores esse hominum, & ab aliquo istorum Arionem eiectum à prædonibus in mare transuectum esse.

Mira est Delphinum verè natura, quòd omnes
Sic redamant homines, haudq; perire sinunt.
Euadit mortem Cithara submersus Arion:
Musica nam curas pectora mœsta leuat.

LAVDO, rectè facitis.] *Collaudatio à φιλανθρωπία.* Nam & olim.] *Probatio à signis antecedentibus & coniunctis* Et nunc tu.] *A' ποςροφὴ ad vnũ Delphinẽ, qui exportauit Arionẽ.* Ne mireris Neptune.] *ἀπόκρισις αἰτιολογικὴ à coniugatis.* Atq; equidẽ ob id.] *μέμψις ab iniusto* Quemadmodum & cæteros.] *Ab exemplo.* Sed quo pacto cũ Arione.] *παρασκευὴ*

παρασκευὴ *ad fabulam de Arione.* Periander iſte puto.] *Narratio à perſona regis Corinthi.* Ac conſcenſa.] τὸ πρᾶγμα. Nam auſcultabam.] *Gell. libr. 16. cap. 19 ex lib. 1. Herodoti.* Laudo ſtudium.] *Collaudatio à gratitudine.*

MORTVORVM DIALOGI.

ARGVMENTVM *in eoſdem.*

QVanquam ex eadem occaſione & hi dialogi, quibus inferorum querelæ, iudicia, pœnæ, & id genus alia deſcribuntur, exceptis paucis quibuſdam, quorum argumenta de ſuis temporibus ſumpſiſſe Lucianus videtur, cum ſuperioribus prognati ſunt: alium tamen atque diuerſum ab illis finem habent, aliaque monent ac docent. Supra enim amores & affectus deorum tractantur: at hic illud indicatur, atq; etiam oculis penè ſubijcitur, quòd apud Inferos, & eos iudices, quorum ſententiæ poſt hanc vitam ſubijciendi omnes ſumus, nulla perſonarum ratio, nulla potentiæ, diuitiarum, honorum, famæ, aut cuiuſcunq; fortunæ æſtimatio futura eſt: ſed quòd omnes, quod ad conditionem attinet, æquales futuri, & pro eo ac quiſq; in hac vita ſe gerit & meretur, ſupplicium aut præmiū accepturi ſumus. Tametſi illud quoq; non ignorem, Lucianum ex ironia magis pleraq; hęc, quàm quòd ita animo ſenſerit, dixiſſe videri poſſe, vtpote Epicureum, &, vt ab alijs vocatur, ἄθεον, qui neque de dijs, neq; de immortalitate animarum rectè quicquam ſenſerit. Veruntamen etiam alias, cùm de veris moribus philoſophorum ſcribit, vt in Nigrino, Demonacte, & cæteris quibuſdam, eiuſmodi de præſentis vitę rebus & actionibus præcipit & tradit, quę illum haud dubiè de futura quoq; nonnihil cogitatione ac ſenſu præcepiſſe confirmare poſſint. Vrut autē hęc ſe habent, digni tamen dialogi iſti ſunt qui legantur, & ob oculos q̄ ſæpiſſimè reuocētur; vel ob hoc ſolū, vt à cupiditā-

cupiditatibus ac rerum externarum desiderio mentem auocemus, & ad illud respiciamus, quod poëta dixit: *Puluis & vmbra sumus*: quodque post hanc vitam neq; opes, neque potentia, neq; vllæ aliæ fortunæ defunctos sequentur aut iuuabunt.

Operæpretium facturũ me spero, si huc adscripsero incerti Autoris Græcũ Epigramma, ab hoc argumento non alienum: cuius versionem ex Ausonio subijciemus.

Ἐλθὼν εἰς ἅϊδαν, ὅτε δὴ σοφὸν ἴδεν Κύνα γῆρας
Διογένης ὁ κύων, κρείσσων ἰδὼν ἐλάσας.
Καὶ γρώσας ὁ γέρων τὸ θεῖον ἐγγὺς ἀνέντα
τὸν πολιὸν κὴν πομπῇ χρυσὸν ἀφυσσαμένῳ
Εἶπεν, ἐμοὶ κἀμοὶ πολέων τόπος. ὅσσα γὰρ εἶχον
πάντα φέρω σὺν ἐμοὶ κρείσσω. Τύλε, χὠ τυχὼν ἔχῃς.

Ausonius:

Effigiem rex Cræse tuam ditissime regum
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Constitit vtq; procul solito maiore cachinno
Concussus, dixit: quod tibi diuitiæ
Nunc prosunt, regum rex ô ditissime? cùm sis
Sicut ego solus, me quoque pauperior.
Nam quæcunque habui mecum fero, cùm nihil ipse
Ex tantis, tecum Cræse feras, opibus.

Diogenes in hisce dialogis, dicteria maximè in eos iacit, qui supra mortalitatem suam efferri cupiuerunt.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ Πολυδεύκους. *DIOGENIS ET Pollucis.*

Iacobo Micyllo interprete.

DIOGENES.

Ὦ Πολύδευκες, ἐυ ἴσθι ὅτι μοι δοκῶ ἐπὶ δεῖπνον τάχιστα ἀνιέναι (σὺν γὰρ ὄρνιθι οἶμαι, τὸ ἀναβιῶναι φίλιον)

COmmendo tibi, Pollux, quãprimũ ad superos ascẽderis (a tuũ .n. est, ni fallor, cras reuiuiscere)

ἄνειον) ἰδὼν ὄψει Μένιππον τὸν ἐμὸν (εὑρὼν δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κοινθῷ ἐπὶ τῷ Κράνῳ, ἢ ἐν Λυκείῳ, τοὺς ἐριζόντων πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων ἐπαγελῶντα) ἀπάρξει πρὸς αὐτὸν, ὅτι σοι. ὦ Μένιππε, ἱκανῶς ὁ Διογένης, εἰ σοὶ ἱκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς ἐπαγελάσαι, ἥκειν ἐνθάδε ποτῷ πλείω ἐπιγελασόμενον. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ σοι ἔτι ὁ γέλως ἦν, ἢ πολὺ τὸ, τίς γὰρ ὅλως οἶδε τὰ μετὰ τὸν βίον; ἐνταῦθα δὲ πάνυ βεβαίως γελῶν, ἐπειδὰν ἐγὼ νῦν, μᾶλλον ἐφορᾷς τοὺς πλουσίους καὶ ὑπερόπτας καὶ τυράννους, ὅτω ταπεινὸς καὶ ἀσήμους, ἐκμόνης οἷμαι ἂν ἀγνώστους ἀλλήλοις ὄντας, καὶ ὅτι μαλθακοὶ καὶ ἀγεννεῖς εἰσι, μεμνημένοι τ' ἂν ὧν ταῦτα ἐγὼ, καὶ πόσοι ἐμπεπλησμένον τὴν ψυχὴν ἥκειν θερμῶν τι σωμῶν; καὶ εἴ τι εὑροι ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον λεπτὸν, ἢ ὠὸν ἐκ καθαρσίου, ἢ τι σιῦ. Πολ. ἀλλ' ἐπαγελῶ ταῦτα,

re) vt sicubi videris [b] Menippum canē illū, (inuenies autē ipsum [c] Corinthi circa [d] Craneū [e] aut in Lyceo, deridentē contendentes istos inter se philosophos) dicas illi: Menippe, inquiens, iubet te Diogenes, si satis tā quæ super terram sunt, derisisti, quò & huc ad inferos descendas, vbi multò plura quæ rideas, habiturus es. Illic enim in ambiguo tibi adhuc risus fuit, & frequens illud obijci potuit: Quis enim omnino scit, quæ post vitā futura sint? Hic autem non desines cōstanter atq; perpetuò ridere, quemadmodum ego quoq; nunc facio: & maximè postquam videris diuites istos ac [f] satrapas & tyrannos ita humiles & obscuros esse, soloq; ciulatu ab alijs dignosci: tum quòd & molles & ignaui sunt, remiscentes corū quæ in vita gĕruntur. Hæc illi quæso vt dicas, & vt præterea etiam [h] pera veniat [i] impleta & multo lupino, & sicubi in triuio positam inueniat [k] Hecates cœnam, aut [l] ouum ex lustratione relictū, aut simile quippiam. POL. At renunciabo hæc illi,

Dioge-

ὦ Διόγενες. ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός τις ἐστὶ τὴν ὄψιν: Διογ. γέρων, φαλακρὸς, τριβώνιον ἔχων πολύθυρον, ἅπαντι ἀνέμῳ ἀναπεπταμένον, καὶ ταῖς ἐπὶ πτυχαῖς τῶν ῥακίων ποικίλον. γελᾷ δ' ἀεὶ, καὶ ταπολλὰ τοὺς ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ἐπὶ σκώπτει. Πολ. ῥᾴδιον εὑρεῖν ἀπόγε τούτων. Διογ. βούλει καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐντείλωμαί τι τοὺς φιλοσόφους; Πολ. λέγε. οὐ βαρὺ γὰρ οὐδὲ τοῦτό. Διογ. τὸ μὲν ὅλον, πάνσασθαι αὐτοῖς παρεγγύα ληροῦσι, καὶ περὶ τῶν ὅλων ἐρίζουσι, καὶ μέρατα φύουσιν ἀλλήλοις, καὶ κροκοδείλους ποιοῦσι, καὶ τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾷν διδάσκουσι τὸν νοῦν. Πολ. ἀλλ' ἐμὶ ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον εἶναι φύσουσι, ματηγοροῦντα τῆς σοφίας αὐτῶν. Διογ. σὺ δὲ οἰμώζειν αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ λέγε. Πολ. καὶ ταῦτα, ὦ Διόγενες, ἀπαγγελῶ. Διογ. τοῖς πλουσίοις δ', ὦ φίλτατον

Diogenes: sed quò melius illum agnoscere queam, cuiusmodi facie est? DIOG. Senex est, caluaster, pallio indutus lacero, & vento cuiuis peruio, prætereà & diuersorum pannorum assumentis variegato. Ridet autem semper, ac plerunque arrogantes istos Philosophos acerbè perstringit. POL. Facile erit inuenire illum, ex his vtique signis. DIOG. Visne vt ad ipsos quoque Philosophos illos aliquid tibi mandem? POL. Mandes licet. non enim graue neque hoc mihi fuerit. DIOG. In vniuersum adhortare illos, vt desistant à nugis suis, neque de toto contendant, neque [m] cornua sibi mutuò affingant, neque [n] crocodilos faciant, neque huiuscemodi sterilia atque ieiuna interrogare, animum instituant. POL. At indoctũ me & ineruditum esse dicent, qui doctrinam illorum reprehendam. DIOG. [o] Tu verò plorare illos meo nomine iube. POL. Et hæc nunciabo illis. DIOG. Diuitibus autem, ô lepidissimum

τατον Πολυδεύκιον ἀπάγγε-
λε ταῦτα παρ' ἡμῶν. τί, ὦ μά-
ταισι, τὴν χρυσὸν φυλάττετε; τί δὲ
τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς, λογιζόμε-
νοι τοὺς τόκους, καὶ τάλαντα ἐς-
πὶ ταλάντοις συντιθέντες, οὓς
χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας, ἥκειν
μετ' ὀλίγον; Πολ. εἰρήσεται καὶ
ταῦτα πρὸς ἐκείνους. Διογ. ἀλ-
λὰ καὶ τοῖς καλοῖς γε καὶ ἰσχυ-
ροῖς λέγε, Μεγίλλῳ τε τῷ Κο-
ρινθίῳ, καὶ Δαμοξένῳ τῷ πα-
λαιστῇ, ὅτι παρ' ἡμῖν οὔτε ἡ
ξανθὴ κόμη, οὔτε τὰ χαροπὰ ἢ
μέλανα ὄμματα, ἢ ἐρύθημα
ἐπὶ τῷ προσώπου ἔτι δεῖν, ἢ νεῦ-
ρα εὔτονα, ἢ ὦμοι καρτεροὶ,
ἀλλὰ πάντα, μία ἡμῖν κόνις
φασὶ, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλ-
λους. Πολ. οὐ χαλεπὸν οὐδὲ ταῦ-
τα εἰπεῖν πρὸς τοὺς καλοὺς καὶ
ἰσχυροὺς. Διογ. καὶ τοῖς πένη-
σιν, ὦ Λάκων (πολλοὶ δέ εἰσι,
καὶ ἀχθόμενοι τῷ πράγματι, καὶ
οἰκτείρουσι τὴν ἀπορίαν) λέ-
γε μήτε δακρύειν, μήτ' οἰ-
μώζειν, διηγησάμενος τὴν ἐν-
ταῦθα ἰσοτιμίαν, καὶ ὅτι ὅ-

pidissimum caput, hæc nostro nomine annuncies quæso: Quid, ô vani, inquiens, aurum tantoperè custoditis? quid autem excruciatis vos ipsos, supputantes vsuras, & talentum aliud super aliud accumulantes: quos non plus quàm vnum obulum habentes venire huc paulò pòst oportet? POL. Dicentur & hæc ad illos, DIOG. Sed & formisis istis & robustis dicas, Megillo puta Corinthio, & Damoxeno palæstritæ, quòd apud nos neq; flaua coma, nec cœrulei nigrive oculi, neq; rubor faciei amplius vllus est: neq; præterea nerui intenti & robusti, neq; humeri laborum tolerantes: sed P omnia vnus puluis, vt aiunt, nobis, calvaria forma nudata scilicet. POL. Non molestum erit neque hæc ad formosos & robustos illos dicere. DIOG. Etiam pauperibus, ò Lacon dicas licet, (multi autem sunt, quibus & ea res perquàm molesta est, & inopiam lugent, vt neque lachrymentur, neque plorent, exposita illis æqualitate hac, quæ hic est: & quòd videbunt

ψονται τὸς ἐκεῖ πλουσίους οὐδὲν ἀμείνους αὐτῶν. καὶ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς σοῖς, ταῦτα, εἰ δοκεῖ, παρ' ἐμοῦ ἐπιτίμησον, λέγων ἐκλελύσθαι αὐτούς. Πολ. μηδὲν, ὦ Διόγενες, περὶ Λακεδαιμονίων, λέγε. οὐ γὰρ ἀνέξομαί γε. ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔφησθα, ἀπαγγελῶ. Διογ. ἐάσωμεν τούτους, ἐπεί σοι δοκεῖ σὺ δὲ, οἷς πρεῖπον, ἀπήνεγκαι παρ' ἐμοῦ τοὺς λόγους.

bunt eos qui illic diuites sunt, nihilo meliores quàm sese hic esse. Lacedæmonijs autem tuis hæc, si videtur, nomine meo obijcias, molles & eneruatos ipsos esse dictitãs. POL. Ne de Lacedæmonijs Diogenes quicquam dicas, non enim feram: sed quæ ad cæteros mandasti, ea illis renunciabo. DIOG. Missos igitur faciamus hos, quando tibi ita videtur: tu verò quibus antea dixi, ad eos sermones hos meos deferas.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a TVVM cras reuiuiscere.] *Pollux Iouis ex Leda filius, & Castoris frater, qui cùm immortalis esset (vtpote eodem ouo cum Helena prognatus) à Ioue fertur petijsse vt sibi cum fratre vita functo immortalitatem suam partiri liceret, qua re impetrata, alterius mori traduntur & reuiuiscere: de quibus Virg. 6. Aen.* b Menippum canem.] *Canes enim vocantur Cynicæ sectæ philosophi.* c Corinthi.] *Corinthus vrbs Achaiæ Græcarum omnium vrbiũ clarissima fuit, quæ ne Romanæ quidem vrbi concessit.* d Craneum.] *Gymnasium.* e Aut in Liceo.] *Id enim superiori gymnasio nomen fuit.* f Satrapas.] *Dictio Persica, significans præfectum prouinciæ.* g Tyrannos.] *Qui per insolentiam imperij viribus abutebantur, & si quadam animi libidine dominabantur non iure & legibus æquis.* h Pera.] *Sacculo ex aluta, à collo ad lumbos pendente.* i Impleta lupino.] *Lupinum leguminis genus omnium amarissimum & vilissimũ, de quo idem Lucian. in lib. de Mercede seruientibus.* k Hecates cœnam.] *Mos erat diuitibus, vt singulis men-*

sibus Hecatæ sacrificando in triuijs panes atque alia quædam ponerent, quæ postea à pauperibus auferebantur ac deuorabantur: hanc Hecates cœnam dicebant. Suidas & Athenæus libro 7. Athenienses autem & theatra & conciones & cæteros conuentus hominum lustrare solebant, ablibitis parvis & vilibus quibusdam hostijs, vt Suidas tradit. eò videtur hic alludere. Huius rei etiam meminit Aristophanes in Pluto, & eius interpres. Item Theocriti Glossematarius ἐν τῇ τοξότῃ. | Ouum ex lustratione.] Cathartio. Catharsium Græcis videtur purificatio quædam dici. Morem quippe Athenis fuisse produnt, conciones expurgandi atque theatra, & omnino quemlibet populi conuentum. Id verò minutis fiebat procellis, quos nominabant catharsia. Eiusmodi obibant munus qui dicebantur à collustratione Peristiarchi. Oua illustrationibus aptæ monstrat Iuuenalis illud.

—— nisi se centum lustrauerit ouis.

Sed & in arte Ouidius oua hæc lustralia indicat illis versibus:

Et veniat quæ lustret anus, lectumque locumque.
Præferat & tremula, sulphur & oua manu.

Consule Thucydidem & Herodotum de dolo. Sed nil tam necessarium quàm sulphur. Homerus Odyss. χ. οἶσιν θεῖον κρῆθεν καθαρὸν ἄκουσεν. Plinius lib. 35. habet & in regionibus locum ulphur ad expiandas suffitus domos, hoc libauit. libr. 8. Columella. m Neque cornua] Per κέρατα captiosos syllogismos ad hunc modum conflatos intelligit Chrysippus: εἰ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτ' ἔχεις, κέρατα δ' οὐκ ἀπέβαλες, κέρατα ἄρα ἔχεις. Quod non perdidisti habes. Cornua non perdidisti: cornua ergo habes. n Crocodilos faciant.] κροκόδειλος Sophisma ex fabula mulieris Aegyptiæ huiusmodi nomen habet, cuius mentionem facit Lucianus in Vitarum auctione, sub finem. Quintilianus lib. Ceratinas & Crocodilinas ambiguitates appellat. Fabulam Crocodili tractauimus in nostris narrationibus libro 1. o Tu verò plorare illos.] Ita autem Græcos loqui solitos, vt plorare iuberent eos, quos à se contumeliosè dimitterent, notum est. Hac etiam voce vsus est in Tragopodagra, & in sequenti Dialogo contra Menippum bis, pluribusque aliis locis. Horatius in 5. Satyra:

Inuenict

Inueniet nil sibi legatum præter plorare.

Idem in extrema Satyra lib. I. Demetri.

—tuque Tigelli

Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Cic. in Epist. quadam ad Q. Fratr. ἀλλ' οἰμώζεται, *nos modò valeamus.* p Omnia vnus puluis.] *Alludit ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet discriminis.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

προστατικὸς διάλογος.

Mittitur ad viuos Pollux, mandata Menippo
Vt referat, pulchris, diuitibusque simul.
Ad miseros etiam, ne demirentur auaros.
Fabula post vitam cuncta perire monet.

O' pollux.] ἡ ἐντολή. Inuenies autem.] *à loco.* Dicas illi Menippe.] *Expositio mandati.* Illic enim.] *Ratio per comparationem.* Hic autem non desines.] αὐταπόδοσις. Et maximé.] αὔξησις. Hæc illi quæso.] *Conclusio.* Senex est.] Προσωπογραφία *ab ætate, habitu & actu.* Visne vt ad ipsos.] ἐρώτησις. Mandes licet.] ἐντολὴ πρὸς τοὺς φιλοσόφους, Neque de toto.] Ἰδέαι *Platonicæ.* Neque cornua.] κερατίνη. Neq; Crocodilos.] κροκοδειλήτης At indoctum me.] ὑποφορά. Et hæc nunciabo.] ἀπόκρισις εἰρωνική. Diuitibus autem.] ἀπαγγελία *ad diuites.* Sed & formosis.] *Ad formosos & robustos.* Quod apud nos.] *Quis status apud inferos.* Etiam pauperibus.] *Ad pauperes.* Lacædemonijs autem.] Σαρκασμὸς *ad Lacedæmonios.* Neque Lacædemonijs.] ἀπαγόρευσις. Sed quæ ad cæteros.] ὑπόσχεσις. Missos igitur.]

Epilogus.

ΠΛΟΥΤΩΝ, Η ΚΑΤὰ Μενίππου.

PLVTO, SEV CONTRA Menippum.

Iacobo Micyllo interprete.

CROESVS.

ΟΥ φέρομεν, ὦ Πλοῦτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παροικοῦντα, ὥστε ἢ ἐκεῖνον ποιητέον, ἢ ἡμᾶς μετοικιστέον εἰς ἕτερον τόπον. Πλο. τί δ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται, ὁμόνεκρος ὤν; Κροῖ. ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώξομεν, καὶ στενάξομεν, ἐκεῖνον μεμνημένοι τῶν ἄνω. Μίδας μὲν ὅτου τοῦ χρυσίου, Σαρδανάπαλος δὲ τῆς πολλῆς τρυφῆς, ἐγὼ δὲ τῶν θησαυρῶν, ἐπιγελᾷ, καὶ ἐξονειδίζει, ἀνυβρίστους καὶ ἁβροδιαίτους ἡμᾶς ἀποκαλῶν. ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων, ἐπιταράττει ἡμῶν τὰς οἰμωγὰς, καὶ ὅλως, λυπηρός ἐστι. Πλο. τί ταῦτα φασίν, ὦ Μένιππε; Μέν. ἀληθῆ, ὦ Πλοῦτων. μισῶ γὰρ αὐτοὺς ἀγνώμονας καὶ ὀλιγανθρώπους ὄντας, οἷς ἐκπίπτουσι

NOn poterimus ferre, Pluto, [a] Menippum hũc canem cohabitantem nobiscum: quapropter aut illum hinc amotum aliò colloca, aut nos hinc aliò commigrabimus. PLVT. Quid autem vobis mali adeò facit, quando eodem modo mortuus est ac vos? CROES. Posiquam nos ploramus & ingemiscimus, illorum reminiscentes quæ apud superos habuimus, vtpote [b] Midas hic auri, [c] Sardanapalus autem multæ voluptatis, [d] ego verò thesaurorum irridet, & cum conuicijs exprobrat ea nobis, mancipia & piacula nos vocitando. Interdum autem etiam cantando conturbat ploratus nostros: & in summa valdè nobis molestus est. PLVT. Quid hæc audio de te, Menippe? MENIP. Vera Pluto. Odi enim ipsos, ignaui ac perditi adeò cũ sint, quibus

πέχρησε βιῶναι κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντος ἔτι μέμνηται, καὶ προσέχουσα τῶν ἄνω χαίρω τοι γάρ ἀνιῶν αὐτός. Πλού. ἀλλ' ὀχλεῖ λυπῶν τι γὰρ ὁ μικρῶν στερόμενοι. Μεν. καὶ σὺ μωραίνεις, ὦ Πλοῦτων, ὁμόψηφον ἂν τοῖς τέττων σφαγμοῖς; Πλούτ. ὀδαμῶς. ἀλλ' οἶμαι ἂν ἐθελήσαιμι πασιάζειν ὑμᾶς. Μεν. νὴ μὰ Δία, ὦ μάκιστοι Λυδῶν καὶ Φρυγῶν καὶ Ἀσσυρίων, ὅτῳ γινώσκεσθε ὡς ὀλίγου δεῖν ἀμφοτέροις μοι ἔνθα γὰρ ἂν ἴητε, ἀκολουθήσω ἀνιῶν καὶ κατάδων καὶ καταγελῶν. Κροῖσ. ταῦτα ἔχ ὕβρεις; Μεν. οὐκ, ἀλλ' ἐκεῖνα ὕβρεις ἦν, ἃ ὑμᾶς ἐποίει τε προσκωπτόμενα ἀξιοῦσθαι, καὶ ἐπαυθέροις ἀνδράσιν ἐντρυφῶντας, καὶ τὸ θανάτου τοπαράπαν ὑμνοῦντας. τοιγαροῦν οἰμώζητε, πάντων ἐκείνων ἀφῃρημένοι. Κροῖσ. πολλῶν γε, ὦ θεοί, καὶ μεγάλων κτημάτων. Μιδ. ὅσα γ' ἐγὼ χρυσοῦ; Σαρ.

quibus non satis fuit vixisse malè, sed etiam mortui insuper cogitatione atq; animo illis qui apud superos sunt, inhærēt. Delectior itaq; ægrè ipsis faciendo. PLVT. Sed non decet: dolent enim non exiguis rebꝰ priuati. MEN. Etiam tu deliras, Pluto, quī gemitus istorum tuo quoque calculo approbas? PLVT. Haudquaquam: verūm nolim vos discordes ac seditiosos esse mutuò. MEN. At verò, [e] ô pessimi Lydorum, [f] Phrygum, & Assyriorū, ita de me cognoscite, vt quī neq; vnquam desiturus sim. Nam quocunque abieritis hinc, eodem sequar, ægrè faciendo, cantando, atque irrīdendo vos. CROES. An nōn hæc contumelia est? MEN. Non: sed illa contumelia erāt, quæ vos facere solebatis, qñ & adorari vos volebatis, & hominibus liberis pro libidine abutebamini: ne

quæ tū mortis quicquā memores eratis. Proinde plorare nūc, omnibus illis despoliati. CROES. Multis certè, ô Dīj, & magnis possessionibus. MID. Quanto equidem ipse auro?

Σαρ. ὅσης δ' ἐγὼ τρυφῆς; Μέ. εὖγε οὕτω ποιεῖτε. ὀδύρεσθε μὲν ὑμεῖς, ἐγὼ δὲ, τὸ γνῶθι σαυτὸν ποτλάκις συνείρων, ἐπάσομαι ὑμῖν. πρέποι γὰρ ἂν ταῖς τοιαύταις οἰμωγαῖς ἐπᾳδόμενον.

SARD. Quanta verò ego voluptate? MEN. Recte sanè, ita facitè: [h] lugete vos quidem, ego verò tritũ illud, Nosce teipsum, identidem connectendo, vobis occinã. decet enim huiusmodi ploratus, si crebrò illis accinatur.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a MENIPPVM canem.] *Menippus Phœnix, Philosophus cynicus & ideò canis dictus.* *b* Midas hic auri.] *Phrygiæ Rex pecuniosissimus, cui Plinius primum tribuit locũ inter insigniter diuites.* *c* Sardanapalus.] *Apud Athenæum lib. 12. agitur de luxu Sardanapali, qui Rex fuit Nini Persicæ regionis, delicijs vsque adeò effœminatus, vt inter puellas ipse puellari cultu desidere sit solitus.* *d* Ego verò thesaurorum.] *Cræsus Rex Lydorum opulentissimus, de quo Ouid. 4. de Ponto.*

e O' pessimi Lydorum.] *Cræsus Rex Lydorum.* *g* Phrygum.] *Midas Phrygum Rex.* *g* Assyriorum.] *Sardanapalus vltimus Assyriorum Rex, & trigessimus à Nino, cuius epitaphium refert Cic. 5. Tuscul. quæst.*

Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata libido
Hausit: at illa iacent: multa & præclara relicta.

h Lugete vos.] *Paulò antè, Plorate nunc.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.
Ὀδυρτικὸς διάλογος.

Diuitias Crœsi ridebat sæpe Menippus,
Ornatus varios delitiasque leues.
Non fert spretorem Crœsus, iam mortuus olim:
Auri tantus amor præteritive boni.

NON poterimus ferre.] *Propositio minor.* Quapropter aut.] *δίλημμα διαζευτικὸν, & conclusio.* Quid aut nobis.] *ἀπαίτησις probationis.* Postquam nos ploramus.] *Antecedentis approbatio per enumerationem.* Quid hæc audio.]

ἀποστροφὴ,

ἀποστροφὴ κατηγορική. Vera Pluto.] *Confitetur factum, per* ἀντικατηγορίαν. Dolent enim.] *Ab indecoro.* Haud.] *Ratio.* At verò pessimi.] ἀπειλή. Annón hæc.] *Querela.* Non, sed illa.] *Recriminatio.* Proinde deplorare.] σαρκασμός. Quanto equidem.] *Amplificatio.* Rectè sané.] *Conclusio* εἰρωνική.

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ καὶ ἑρμοῦ.

PLVTONIS ET Mercurij.

Iacobo Micyllo interprete.

PLVTO.

Τὸν γέροντα οἶσθα, τὸν πάνυ γεγηρακότα λέγω, τὸν πλούσιον εὐκραλτὴν, ᾧ παῖδες μὲν οὐκ εἰσὶν, οἱ τὸν κλῆρον δὲ θηρῶντες, πεντακισμύριοι; Ερ. ναὶ, τὸν Σικυώνιον φῄς. τί οὖν; Πλούτ. ἐκεῖνον μὲν, ὦ Ερμῆ, ζῆν ἔασον ἐπὶ τοῖς ἐννενήκοντα ἔτεσιν, ἃ βεβίωκεν, ἐπιμετρήσας ἄλλα τοσαῦτα, εἴγε οἷόν τε ἦν, καὶ ἔτι πλείω, τοὺς δέγε κόλακας αὐτοῦ, Χαρῖνον τὸν νέον, καὶ Δάμωνα, καὶ τοὺς ἄλλους κατάσπασον ἐφεξῆς ἅπαντας. Ερ. ἄτοπον ἂν δόξειε τὸ τοιοῦτον. Πλούτ. οὐ μένουν, ἀλλὰ δικαιότατον. τί

SEnémne nosti, istum ætate omnino cõfectum dico, Eucratem diuitem, cui liberi quidem nulli sunt, hæreditatis autem captatores plus quàm [a] *quinquaginta millia?* MERC. *Noui: Sicyonium illum dicis. Sed quid postea?* PLV. *Viuere illum quidem, Mercuri, sine vltra eos quinquaginta annos quos ætate peregit, alteris totidem accumulatis, si modò possibile sit, atque etiam pluribus, adulatores autem ipsius. Charinũ adolescentem, & Damonem, & cæteros abripe huc ordines oẽs.* MERC. *Atqui absurdũ hoc videri queat.* PLV. *Haudquaquã imò iustissimũ.*

τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες, εὔχονται ἀχθανεῖν ἐκεῖνον, ἢ τῶν χρημάτων ἀντιποιοῦνται οὐδὲν προσήκοντες; ὃ δὲ πάντων ἐστὶ μιαρώτατον, ὅτι καὶ τοιαῦτα ἐυχόμενοι, ὥμως θεραπεύουσιν ἔνγε τῶν φανερῷ. καὶ νοσοῦντος ἃ μὲν βουλεύονται, πᾶσι πρόδηλα, θύσειν δὲ ὅμως ὑπισχνοῦνται, ἢν ῥαίσῃ. καὶ ὅλως, ποικίλη τις ἡ κολακεία τῶν ἀνδρῶν, δὰ ταῦτα ὁ μὲν ἔστω ἀθάνατος, οἱ δὲ προαπίτωσαν, αὐτῆς μάτην ἐπιχανόντες. Ερ. γελοῖα πείσονται, πανοῦργοι ὄντες. πολλὰ δὲ μακεῖνος εὖ μάλα δαβουκολεῖ αὐτοὺς, καὶ ἐπελπίζει. καὶ ὅλως, ἀεὶ θανόντι ἐοικὼς, ἔῤῥωται πολὺ μᾶλλον τῶν νέων. οἱ δὲ ἤδυ τὸν κλῆρον ἐν σφίσι διῃρημένοι, βόσκονται, ζωὴν μακαρίαν πρὸς ἑαυτοὺς τιθέντες. Πλ. οὐκοῦν ὁ μὲν ἀποδυσάμενος τὸ γῆρας, ὥσπερ Ιόλεως ἀνηβησάτω. οἱ δ'

Quam enim ob causam illi adeò optant illum mori, nisi quia pecuniã illius ambiunt, nulla propinquitate iuncti? Quod autem omnium sceleratissimum est, interea cùm talia precantur, tamen obseruant & colunt manifestè vtique illum. Ac quæ ægrotante illo apud se consuliẽt, nemo ignorat: attamen sacrificaturos sese promittunt, si conualescat denuò: & in summa, varia quædam adulandi ratio illorum hominum est. Quamobrem ipse quidem immortalis sit, illi autem præ ipso abeant, [b] frustrà hiantes. MERC. Ridicula patientur, scelerati cùm sint. Sed tamen & ille admodum scitè circumducit illos, & [c] spe pascit inani: & in summa, semper morituro similis, multo validus magis est, quàm quisquam iuuenis. Illi autem hæreditate inter se diuisa pascuntur, vitam quandam beatam secum ipsi animo præcipientes. PLVT. Proinde ipse exuta senectute, [d] quemadmodum Iolaus ille, in iuuenem redeat: illi

οἶδ' ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων τὸν ὀνειροπολήθεντα πλοῦτον ἀπολιπόντων, ἡκέτωσαν ἤδη, κακοὶ κακῶς ἀπθανόντες. Ερ. ἀμέλησον, ὦ Πλούτων: μετελεύσομα γάρ σοι ἤδη αὐτὸς, καθ' ἕνα ἑξῆς; ἑπτὰ δὲ. οἶμαί, εἰσι. Πλὺ, κατάσπα. οἱ δὲ παραπέμψει ἕκαστον, ἀντὶ γέροντος ἄνθις προθήβης γενόμενος.

illi autē [e] in ipsa media spe, [f] diuitijs illis quasi per somnum spectatis destituti, abeant iam huc mali malè mortui. MERC. Alias res cura Pluto, iam enim accersam tibi illos, alium super alium ordine, [g] septem autem, opinor, sunt. PLVT. Deducas licet. Ille autē mittat singulos præ se, ex sene iterum in adolescentem conuersus.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

EVcrati Sicyonij diuitis captatores sua spe frustrantur, ac res euenit secus, atq; illi expectabant. Eucrates enim semper aliquam inuenit rimam, vt inquit Plautus, per quam elabatur, & aliquo prætextu si fides requiratur subterfugiat. Huius meminit idem Lucianus in somnio siue Gallo sub finem. Est apud Aristophanem in Equitibus: Eucrates, qui quum molitor esset & diues, tamen remp. administrabat.

a QVINQVAGINTA millia.] *Numerus infinitus pro finito, hoc est, septem* *b* Frustrà hiantes.] *Re multum sperata, multumq; expetita frustrâti discedant.* *c* Spe pascit inani.] *Incendit, incitat, mouet, implet. Sed interim coruos deludit hiantes, arte frustratos.* *d* Quemadmodum Iolaus.] *Hic cùm ad decrepitam ætatem peruenisset, Herculis precibus iuuentuti restitutus est, vt Ouid fabulatur 9. Metam.*

—dubiaq; legens lanugine malas

Ora reformatus primos Iolaus in annos. *e* In media spe.] *Spes stultis addit animos. Hinc Catull.* Suscitat à cano vulturium capite. *Captatores autem vulturios dici, non Catullus modò, sed Seneca indicauit,* *f* Diuitijs illis quasi

quasi per somnum spectatis.] *Solent enim plerunque, qui quippiam magnopere exoptant, id in somnis cernere, & vel extremæ sortis homines aliquando magnifica quædam somniare, quemadmodum Luciani nostri Micyllus, qui per somnum opulentissimus, experrectus, cerdo quispiam erat Iro penè pauperior.*

g Septem opinor sunt.] *Qui idem cadauer certatim captant.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

προςατικὸς, in hæredipetas, qui sæpe antequam captati moriuntur. λογιςικὸς:

Eucratis exoptant mortem Damonq; Charinusq;
Vt citiùs capiant minerua magna senis:
Queis iubet illudi Stygijs qui præsidet oris:
Ne alterius cupias ergo obitum ante diem.

SENEM me nosti.] ἐρώτησις κατὰ προσωπηγραφίαν. Noui, Sycionium.] *Affirmatio.* Sed quid postea.] ἡ πρόςαξις. Viuere illum.] τὸ δεύτερον μέρος. Adulatores autem.] ὑποφορά. Atqui absurdum.] αὐθυποφορὰ κατὰ βίαιον. Quam enim ob causam.] αἰτιολογία. Quod autem.] αὔξησις. Quamobrem.] *Conclusio mandati.* Sed tamen & ille.] ἀφήγησις περὶ τοῦ εὐκράτους. Proinde ipse.] ἄλλη ἐντολή. Illi autem in.] *Altera pars hæredipetis.* Alias res.] *Conclusio.*

ΤΕΡΨΙΩΝΟΣ ΚΑΙ πλούτωνος. — *TERPSIONIS & Plutonis.*

P. Virunio interprete.

TERPSION.

Τοῦτο, ὦ Πλούτων, δίκαιον, ἐμὲ μὲν τεθνάναι, τριάκοντα ἔτη γεγονότα, τὸ δὲ ὑπὲρ τὰ ἐννενήκοντα γέροντα

IVstùmne hoc est, ô Pluto, me quidē è vita abijsse, triginta cū sim annorum: Thucritum verò senem septuagenarium, & vltrà, adhuc

γέροντα Θούκριτον ζῆν ἔτι; Πλούτ. δικαιότατον μὲν οὖν, ὦ Τερψίων, εἴγε ὁ μὲν ζῆ, μηδένα εὐχόμενος ἀπθανεῖν τῶν φίλων, σὺ δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐπεβούλευες αὐτῷ, περιμένων τὸν κλῆρον. Τερ. οὐ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ὄντα, καὶ μηκέτι χρήσασθαι τῷ πλούτῳ αὐτὸν δυνάμενον, ἀπελθεῖν τοῦ βίου, παραχωρήσαντα τοῖς νέοις; Πλούτ. καινὰ, ὦ Τερψίων, νομοθετεῖς, τὸν μηκέτι τῷ πλούτῳ χρήσασθαι δυνάμενον, πρὸς ἡδονὴν ἀπθνήσκειν. τὸ δὲ ἄλλως ἡ Μοῖρα καὶ ἡ φύσις διέταξεν.

Τερ. οὐκοῦν ταύτην αἰτιῶμαι τῆς διατάξεως. ἐχρῆν γὰρ τὸ πρᾶγμα ἑξῆς πῶς γίνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον πρότερον, καὶ μετὰ τοῦτον, ὅστις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτὸν; ἀναστρέφεσθαι δὲ μηδαμῶς, μηδὲ ζῆν μὲν τὸν ἐπέργηρον, ὁδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα, οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα, κορύζης καὶ τὴν ῥῖνα λήμης τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα

adhuc viuere? PLVT. Iustissimum quidem, ô Terpsio. Nam etsi ipse viuit, certè [a] ad nullius tamen mortem affectus est: tu verò omni tempore illius hæreditatem exspectans, eum mori auidissimè cupiebas. TER. Nônne opus fuerat, quum senex sit, nequeatq; decæterò suis vti diuitijs, locum dare iuuenibus? PLVT. Nouas, ô Terpsio, statuis leges, quum ad voluptatem diuitijs vti nequeat, ipsum è vita decedere. Aliter autem & [b] Parca & natura statuisse videtur. TER. Proinde hanc ob huiuscemodi [c] accuso ordinem. decebat enim has res successione graduq; fieri, senem primò, deinde qui in ea ætate sequeretur, mori: haudquaquam autem exerceri aut viuere, qui [d] senectute decrepitus esset, qui tres duntaxat dentes habeat, cui vix deseruiunt oculi, qui curuatus à quatuor famulis deducitur, deguttantes nares, lippoiq; oculos habens,

ὄντα, οὐδὲν ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον ὑπὸ τῶν νέων καταγελώμενον: ἀπεθνήσκειν δὲ καλλίστους, καὶ ἐρρωμενεστάτους νεανίσκους. ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦ τόγε. ἢ τὸ τελευταῖον εἰδέναι ἐχρῆν, πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαστος, ἵνα μὴ μάτην ἂν ἐνίους ἐθεράπευον. νῦν δὲ τὸ τὴν παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν πολλαῖκις ἐκφέρει. Πλοῦ. ταῦτα μὲν, ὦ Τερψίων, πολὺ συνετώτερα γίνεται, ἤπερ σοὶ δοκεῖ. καὶ ἡμεῖς δὲ τὶ παθόντες, ἀλλοτρίοις ἐπιχαίρετε, καὶ τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖτε, φέροντες αὐτούς; τοι γαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνετε, πρὸς ἐκείνων κατορυττόμενοι, καὶ τὸ πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνεται. ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνους ἀπεθανεῖν εὔχεσθε, τοσούτῳ ἅπασιν ἡδὺ, προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτῶν. καινὴν γάρ τινα ταύτην τέχνην ἐπινενοήκατε, γραῶν καὶ γερόντων

habēs, nihil deniq; voluptatis degustans, haud aliud existens, quàm [e] animatum quoddam sepulchrum, [f] ab ipsa iuuentute derisum: & contrà mori optimos atque robustissimos adolescentes. Nam hoc perinde esse videtur, [g] ac si flumina sursum deferantur. Aut saltem scire necesse foret quando & senum quilibet obiturus esset, ne quos, prout eis mos est, fallerent. Nunc verò illud accidit quod prouerbio dici solet: [h] Quadriga bouem sæpissimè ducit. PLVT. Hæc quidem, ô Terpsio, prudentius fiunt, quàm tibi profectò videntur. Verùm & vos quid passi estis quòd rebus alienis gaudetis, & senibus filijs orbatis vosmet, tantoperè in adoptionem traditis? quamobrem in derisum adducti, ab illis sepelimini: quod quidem plurimis fit periucūdū. Nam quantò vos magis mori illos peroptatis, tantò plus omnibus quàm gratissimum est, si ante eos vos mori cōtingat. Etenim nouā quandam in medium adducitis artem, aniculas atq; decrepitos

φούσων ἐρῶντος, καὶ μάλιστα εἰ ἄῤῥενοι εἶεν. οἱ δὲ ἐνῆκνοι, ὑμῖν ἀνέρασυι. καί τοι σολλοὶ κἀδην τῶν ἐρωμένων, συνεχόντες ὑμῶν τὴν παιδεραστίαν τῷ ἔρωτι, ἢν καὶ τάχωσι παῖδας ἔχοντες, μισεῖν αὐτοὺς πλάττουται, ὡς καὶ αὐτοὶ ἐρασθὰς ἔχωσιν. εἶτα ἐν τοῖς διαθήκαις, ἀπεκλείσθησαν μὲν οἱ πάλαι δορυφορήσαντες: ὁ δὲ παῖς, καὶ ἡ φύσις, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, ἁπάντων φέρονται: οἱ δὲ ὑποπίουσι τοὺς ὀδόντας, ἀποσμυχόμενοι. Τρ. ἀληθῆ ταῦτα φῄς. ἐμοὶ γὰρ Θέτις ὅσα ἐλαιοφανῶν, ἀεὶ τεθνήξεσθαι δοκῶν, καὶ ὀπόσα ἐσοίσομι, ὑποστένων, καὶ μήχιόν τι, λαβάπερ ἐξ ὠοῦ νεοσσὸς ἀηδὼν, ὑποκρόσων; ὥστ' ἐγὼ τοσοῦτον αὐτίκα οἰόμην ἐπιβύσαι αὐτὸν τῆς σορῦ, ἔπειτα πόρρω τι ποιῆσαι, ὡς μὴ ὑπερβάλοιμι τὸ μὴ οἱ ἀύτρασαι τῇ μεγαλοφωνίᾳ, καὶ τὰ ποιὰ ὑπὸ φρονίδων ἄγρυπνος ἐκείμην,

crepitos cum amatis: præsertim quidem, si liberis sint orabati. Qui verò liberos habent, illorum vobis non est cura. Atqui ex iis qui amantur, plurimi, minimè vestri ignari æstus, etiam si ipsis liberos esse contingat, illos odisse dissimulant, vt & ipsi habeāt amatores. Inde iis in testamento exclusis qui munera diutissimè obtulerunt, liberi, sicuti profectò dignū est, omnem eorum substantiam consequūtur: at illi tristitia affecti, suaq; spe delusi, dentibus fremunt. TER. Omnia hæc vera sunt quæ de me & Thucrito autumas. Quantū enim meorū ille deuorauit, quū semper eū mori putarem? Ac quoties ad eum ingrediebar, gemēdo, & internū quiddā perinde atq; ex ouo pullus aliquis immaturus stridēdo, ægritudinē simulabat. Vnde quantò citius eum ad sepulchrum duci existimabam, tantò plus illi donorum mittebam, vt ne ij quī in amore concurrebant, muneribus me præclaris vincerent. Plerunque etiam præ nimia solicitudine insomnis iacebam,

singula

μὴν, ἀριθμῶν ἕκαστα, καὶ δα-
τάττων. ταῦτα γεῖν μοι καὶ τοῦ
ἀπεθανεῖν αἴτια γεγένηται, ἀ-
γρυπνία, καὶ φροντίδων. ὁ δὲ
τοσοῦτόν μοι δέλεαρ κατα-
πιὼν, ἐφεστήκει θαπτομένῳ
πρώην ἐπιγελῶν. Πλούτ. εὖ-
γε, ὦ Θούκειτε, ζώῃς ἐπιμήκι-
στον, πλουτῶν ἅμα, καὶ τῶν τοιού-
των καταγελῶν: μὴ δὲ πρό-
τερόν γε σὺ ἀποθάνοις, ἢ προ-
πέμψεις πάντας τοὺς κόλα-
κας. Τερ. τοῦτο μὲν, ὦ Πλού-
τον, καὶ ἐμοὶ ἥδιστον ἤδη, εἰ
καὶ Χαριάδης πεπεθνήξεται
Θουκείτου. Πλούτ. θαῤῥεῖ, ὦ Τερ-
ψίων. καὶ Φείδων γὰρ, καὶ Μέ-
λαντος, καὶ ὅλως ἅπαντες
πεπελεύσονται αὐτοῦ, ὑπὸ ταῖς
αὐταῖς φροντίσιν. Τερ. ἐ-
παινῶ ταῦτα. ζώῃς ἐπιμήκι-
στον, ὦ Θούκειτε.

*singula enumerans, ac vnum-
quicque disponens. Eaq; et-
iam causa interitus mihi
fuit, curæ videlicet & vigi-
liæ. Ille autem deglutito hoc
illectamento meo tanto, ad-
stitit mihi quando sepeliebar
paulò antè, arridēs* PLVT.
*Euge, ô Thucrite, diutissimè
viuas, vnà & diuitijs abun-
dans, & huiuscemodi homi-
nes deridens: neque prius
moriaris, quàm hos blandi-
tores cunctos præmittas.*
TER. *Hoc quidem, ô Plu-
to, periucundum mihi foret,
si ante Thucritum Choria-
des vita decederet.* PLVT.
*Boni animi sis, ô Terpsio: &
Phido etiam, & Melantus, &
omnes penitus ipsam præce-
dent, suis ipsorū curis confe-
cti. Hæc ego summoperè laudo, ô Thucrite. diutissimè viuas.*

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

TErpsionis cum Plutone expostulatio, quòd senes iunioribus superuiuant. Pluto autem docet omnibus ex æquo moriendum, nec vllis viribus arceri fati necessitatem. Diuina enim decreta non commutantur, humanæ leges pro tempore variantur. Hom. Odyss. γ:

At

At verò mortem communiter omnibus æquam
A' dilecto homine, neque dij depellere possunt,
Quem funesta dies fati iamiam vrget acerbi. Hinc mors πανάγρος & nomini parcens seu omnia venans.

a Ad nullius mortem affectus.] *Hæredipetæ alienis funeribus inhiant, & per mortes incerta spe bona aliena captãt. Sed captantes sæpe capti sunt.* *b* Parca & natura.] *Parcarum fusis æuum mortalium euolui fabulantur poëtæ. Quin & theologi metam vitæ fatalem, periodum appellant, quam prætercurrere nulli fas sit.* *c* Accuso ordinem.] *Cùm quod prius est natura, posterius refertur.* *d* Senectute decrepitus.] *Recenset aliquod senectutis incommoda, quæ morbus est. Vnde illud Horatij in Arte poët.*

— subeunt morbi tristisq; senectus. *e* Animatum quoddam sepulchrum.] *Terpsion, Thucritum senem decrepitum ἐμψυχόν τινα τάφον. i. viuum sepulchrum siue cadauer appellat, qui prouerbiali figura vtitur Sophocles in Antigone. Huc pertinet etiam illud Mimi Laberij apud Gellium: Similis sepulchris nil nisi nomen retineo.* *f* Ab ipsa iuuentute derisum] *Aetas illa s let esse despicatui omnibus.* *g* Ac si flumina sursum deferantur.] *Terpsion hæredipeta delusus Plutonem incusat, quòd ipse iuuenis adhuc morte præreptus esset, superstite Thuerito sene, quem captauerat, idq; contra naturalem ordinem. ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦ τόγε, inquit. Iud. cans pristinum rerum ordinem, legitimasq; rerum vices inuerti atque omnia præposterè fieri. Rursus idem Lucian. vsurpat hanc paræmiam in Apologia Libelli, περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ σαυόντων.* *h* Quadriga boüem.] *De re quæ præposterè geritur, veluti si ratio pareat affectui. Translata metaphora à plaustris per decliue retrolabentibus, vnaq; secum bouem auferentibus.* *i* Causa interitus mihi fuit.] *Fit autem sæpenumero, vt hæredipeta, & qui testamentis inhiat, mortemq; alterius expectat, prior ipse moriatur, etiamsi iunior aut robustior fuerit. Nam ipsa hominis vita fragilis & incerta res est, & quouis casu abrũpitur. Igitur*

Cùm dubia & fragilis sit nobis vita tributa,
In morte alterius spem tu tibi ponere noli.

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Expostulatio, quòd plerique senes iunioribus superuiuant.

Accusat Parcas iuuenis, quòd mortuus antè
Sit, quàm gibbosus Tucritus ille senex.
Huius opum cupidi præcidit stamina Clotho:
Possibile est iuuenes ergo perire breui.

IVSTVM'NE hoc.] *Propositio à rei indignitate.* Iustissimum quidē.] ἀπόκρισις *cum asseueratione.* Nam & si ipse.] *Ratio ex comparatione.* Nónne opus fuerat.] *Regerit ab æquo.* Cùm senex sit.] ἡλύσις προσωπική. Nouas, ô Terpsio.] μετάστασις. Proinde hanc.] πόρισμα κατ' αἰτίασιν. Decebat enim.] αἰτιολογία, ἡ θέσις. Haud quaquam.] ἡ ἄρσις. Qui senectute decrepitus.] κοταγραφὴ *senis decrepiti.* Et contrà mori.] αὐτίθεσις. Nam hoc perinde.] ἡ κατασκευὴ ὁμοιωτική. At saltem.] *Altera pars.* Nunc veró.] *Conclusiuncula.* Prouerbio dici solet.] παροιμία. Verùm & vos.] αὐασκευὴ *expostulationis siue querelæ.* Quod reb. alienis.] ἡ αὐτικατηγορία. Nam quanto vos magis.] ἡ αἰτιολογία. Etenim nouam quandam.] ἡ κατασκευή. Atq; ex ijs.] ἐπεξεργασία. Omnia hæc vera.] *Confessio.* Quantum enim.] *Ratio per ἀφήγησιν.* Ac quoties.] *Thucriti calliditas.* Perinde atque.] ὁμοίωσις. Vt ne ij qui amore.] τὰ πραχθέντα. Plerumque.] ὁ λογισμὸς. καὶ τελικὸν αἴτιον. Eaque etiam.] τὸ ἐκβαίν. Ille autē deglutito.] *Redit ad Thucritū.* Euge, ô Thucrite.] ἡ εὐχωλή. Hoc quidem, ô Pluto.] ἡ εὐχή. Boni animi.] τὸ παραμύθιον. Hæc ego.] *Clausula.*

ΖΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΚΑΙ Καλλιδημίδου.

ZENOPHANTAE & Callidemidæ.

Erasmo Roterodamo interprete.

ZENOPHANTES.

ΣΥ δὲ, ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες; ἐγὼ μὲν γὰρ, ὅτι παράσιτος

AT tu Callidemides, quo pacto interîsti? Nam ipse quemadmodum [a] *Diniæ* [b] *parasitus*

ράσιτος ὢν Δεινίου, πλέον τοῦ ἱκανοῦ ἐμφαγὼν ἀπεπνίγην, οἶσθα: παρῆς γὰρ ἀπεθνήσκοντί μοι. Καλ. παρῶν ὦ Ζηνόφαντες, τὸ δὲ ἐμὸν, παράδοξόν τι ἐγένετο. οἶσθα γὰρ καὶ σύπου Πτοιόδωρον τὸν γέροντα. Ζκ. τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ὦ σε τὰ πολλὰ ἤδειν σύνοντα; Καλ. ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον, ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μήκιστον ἐπεγίνετο, καὶ ὑπὲρ τὸν τιθωνὸν ὁ γέρων ἔξη, ἐπιτομόν τινα ὁδὸν ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐξεῦρον. πειάμενος γὰρ φάρμακον, ἀνέπεισα τὸν οἰνοχόον, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν (πίνει δ' ἐπιεικῶς) ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ εἰδὲ τοῦτο ποιήσει, ἐλεύθερον ἐπωμοσάμην ἀφήσειν αὐτόν. Ζκ. τί οὖν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι παράδοξον ἐρεῖν ἔοικας. Καλ. ἐπεὶ τοίνυν λουσάμενοι ἤκομεν, δύο ἤδη ὁ μειρακίσκος κύλικας ἑτοίμους ἔχων, τὴν μὲν τῷ Πτοιοδώρῳ, τὴν ἔχουσαν τὸ φάρ-

rasitus quũ essẽ, immodica ingurgitatione præfocatus fuerim, nosti. aderas. n. morienti. CAL. Aderam Zenophãtes. Porrò mihi nouũ quiddã atq; inopinatum accidit. Nã tibi quoq; notus est Ptœodorus ille senex. ZEN. Orbũ illũ dicis, ac diuitẽ, apud quẽ te assiduè versari cõspiciebã? CAL. Illũ semp captabã, colebãq;, id mihi pollicens fore, vt meo bono quãprimũm moreretur. Verùm quũ ea res in longum proferretur, sene videlicet vel vltra [c] Tithonios annos viuẽte, cõpendiariã quandã excogitaui viã, qua ad hæreditatem peruenirẽ. Siquidẽ empto veneno, pocillatori persuaserã vt simul atq; Ptœodorus potũ posceret (bibebat aũt prolixius) præsentius in calicem inijceret, haberetq; in prõptu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iureiurãdo confirmabã me illũ manumissurũ. ZEN. Quid igitur accidit? nã inopinatũ qddã narraturus mihi videris. CAL. Vbi iã loti venissemus, puer duob. paratis poculis, altero Ptœodoro cui ve

μακον, τὴν δ' ἑτέραν ἐμοί, σφαλεὶς οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐμοὶ μὴ τὸ φάρμακον, Πτοιοδώρῳ δὲ τὸ ἀφάρμακτον ἐπέδοκεν εἶπα ὁ μὴ ἔπινεν, ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ἐκτάδην ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος ἀντ' ἐκείνου νεκρός. τί τοῦτο γελᾷς, ὦ Ζηνόφαντου; καὶ μὴν οὐκ ἔδει γε ἑταίρῳ ἀνδρὶ ἐπιγελᾷν. Ζη. ἀστεῖα γὰρ, ὦ Καλλιδημίδη, πέπονθας. ὁ γέρων δὲ τί πρὸς ταῦτα; Καλ. πρῶτον μὲν ὑπεταράχθη πρὸς τὸ ἀφνίδιον: εἶτα συνεὶς, οἶμαι, τὸ γεγενημένον, ἐγέλα καὶ αὐτὸς, οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἴργασται. Ζη. πλὴν ἀλλ' οὐδὲ σὲ τὴν ἐπίτομον ἐχρῆν τραπέσθαι. ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν.

nenum erat additũ, altero mihi: nescio quomodo errans, mihi venenũ, Ptœodoro porrexit innoxiũ. Mox ille quidẽ bibit, at ego protinus humi porrectim stratus sum, suppositiitium videlicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophantes? Atqui [d] *non cõuenit amici malis illudere.* ZENO. *Rideo profectò. nam eleganter ac lepidè tibi hæc res euênit. Porrò senex ille quid interim?* CAL. *Primum ad casum subitum atq; inexpectatum sanè conturbatus est: deinde simul atque intellexit id quod acciderat, puta pocillatoris errore factum, risit & ipse.* ZENO. *Rectè sanè. Tametsi non oportuit ad compendium illud diuertere, siquidem venisset tibi populari vulgataq; via tutius certiusq;, etiamsi paulò serius.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

IN hęredipetam, qui alieno funeri inhiabat, & per mortem incerta spe bona alterius captabat, sed delusum mors inopina ante senem, rapuit. Callidemides Ptoëdorum senem veneno è medio tollere tentabat, sed aliter accidit: veneno enim quod alteri parauerat, perijt. Tales milui vocantur.

a DINI AE.]

a DINIAE.] *Vide de Dinia in Toxaride.* b Parasitus.] *Is dicitur qui aliorum mensas sequitur, homo cibo ventriqúe deditus, cuius gratia nihil non patitur & facit.* c Tithonios annos.] *Fabulæ tradunt, auroram Tithonum Laomedontis filium, formosum in primis adolescentem amasse, eundemq; rapuisse, vnde natus sit Memnon: demum tandem Tithonum, ob nimiam eius senectutem in cicadam mutatum ferunt, adeò vt vsque in prouerbium eius nomen deductum sit: vt hîc & in Hermotimo, item apud Erasmũ nostrũ legimus.* d Non conuenit amici malis illudere.] *Sed potiùs cõdolere, iuxta illud Euripidis in Phœnißis:* κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη. i. *Communis omnis est amicorum dolor.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς: *Hæredipeta veneno, quod alteri parauerat, perijt.*

Annosi cupiens quidam ditescere rebus,
Viuere ne possit, dira venena dedit.
Insidians alijs iuuenis perit ipse bibendo:
Auctori citiùs quare aconita nocent.

At tu Callidemides.] ἐρώτησις, *quo pacto interierit.* Nam ipse quemadmodum.] *Occupatio de sua morte.* Aderam Zenophantes.] διήγησις, προσοχή. Orbum illum dicis.] *Interrogatio de persona, eiusq; ἐκφρασις.* Illum semper.] τὰ πραχθέντα ἡγούμενα λογισμοί Verùm cùm eas.] *Causa spem infringens.* Compendiariam quandam.] *Nouum consilium.* Siquidem empto veneno.] τὸ πραχθὲν μέρος. Quod si fecisset.] τὸ αἴτιον τελικόν. Quid igitur accidit.] *Interfatio in media narratione.* Vbi iam loci venissemus.] τὰ ἑπόμενα. Mihi venenum.] τὸ ἐκβαὶ ἡ κακὴ βουλὴ, τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Quid hoc rides.] ἀποστροφὴ ἐπιτιμηθική. Rideo prefectó.] *Defendit illud à iusto.* Primum ad casum.] τὰ ἄλλα ἐκβάντα. Rectè sané.] ἐπίκρισις. Tametsi non.] προτροπή. Siquidem venisset.] Langsam

Treich thut wol.

ΚΝΗΜΩΝΟΣ ΚΑΙ Δαμνίππου

CNEMONIS ET Damnippi.

Erasmo Roterodamo interprete.

CNEMON.

Τοῦτο ἐκεῖνο τοὺς παροιμίας, Ονεβρὸς τὴν λέοντα. Δάμ. τί ἀγανακτεῖς, ὦ Κνήμων; Κνήμ. πυνθάνῃ, ὅ, τι ἀγανακτῶ; κληρονόμον ἀκούσιος καταλέλοιπα, κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος, οὓς ἐβουλόμην ἂν μάλιστα σχεῖν τἀμὰ, παραλιπών. Δάμ. πῶς τοῦτ' ἐγένετο; Κνή. Ερμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον, ἄτεκνον ὄντα, ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ. κἀκεῖνος οὐκ ἀηδῶς τὴν θεραπείαν προσίετο. ἔδοξε δέ μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα, ὧς κἀκεῖνος ζηλώσειε, καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. Δάμ. τί οὖν δὴ ἐκεῖνος Κνή. ὅ, τι μὲν οὖν αὐτὸς ἐνέγραψε ταῖς ἑαυτοῦ διαθήκαις, οὐκ οἶδα. ἐγὼ

Hoc [a] illud est quod vulgò dicit consueuit: [b] Hinnulus leonem. DAM. Quid isthuc est quod tecum stomachare Cnemon? CNE. Quid stomacher, rogas? Equidem hæredē reliqui quendā præter animi sententiam, videlicet astu delusus miser: ijs quos maximè mea cupiebam habere, præteritis DAM. Sed isthuc quinam euēnit? CNE. Hermolaum nobilē illum diuitem, quum orbus esset, imminēte morte captabam, assidens atq; inseruiens. Neq; ille grauatim officium meum admittebat. At interim illud quoq; mihi visum est scitum, consultumque, vt testamentum proferrem ac publicarem, quo illum rerum mearum in solidum hæredem institueram: nimirum vt ille vicissim idem faceret, meo prouocatus exemplo. DAM. At quid tandem ille? CNEM. Quid ille suo in testamento scripserit, id quidem ignoro: cæterùm

ego

ἐγὼ γοῦν ἄφνω ἀπέθανον, τοῦ τέγους μοι ἐπιπεσόντος. καὶ νῦν Ερμόλαος ἔχει τὰ μὰ, ὥσπερ τις λάβραξ, καὶ τὸ ἄγκυστρον ὧν δελέατι συγκατασπάσας. Δάμ. εἰ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὴν ἁλίεα, ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας. Κνή. ἔοικα: οἰμώζω τοιγαροῦν.

ego repentè atq; insperato è vita decessi, teci ruina oppressus: & nunc Hermolaus mea possidet, lupi cuiuspiam in morem [c] ipso hamo cum esca pariter auulso. DAM. Imò non escam modò cũ hamo, quin te quoq; piscatorem simul abstulit. Itaq; [d] technam istam in tuum ipsius caput struxeras. CNE. Sic apparet, idq; adeò deploro.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a Hoc illud.] *De hæredipeta siue testamenti captatore, qui quũ diuitem ex asse hæredem scripsisset, ac testamentum protulisset, quo diuitem ad idem faciendum prouocaret, tecti ruina subitò oppressus est, ac sua reliquit illi, cuius facultatibus inhiârat: atq; iuuenis à sene, captator à captatore captus est.* b Hinnulus leonẽ.] *Subaudiendum, cæpit, vicit, aut prouocat, hoc est, fortior superatur à debiliori, aut indoctus certat cum doctissimo. Vide Erasmum in Chil* c Ipso hamo.] *Rursus vtitur hoc prouerbio in libello De mercede cõductis.* d Technam.] *Id est, commentum, artem seu fallaciam, in tuum ipsius exitium & perniciem reperisti. Adagium est, de quo Erasmus.*

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Διηγητικὸς in hæredipetas.

Externum Cnemon hæredem scripsit auarus,
Fecerat id certa conditione tamen.
Scilicet Hermoleos quo se quoq; scribere vellet:
Ereptus Cnemon sed fuit ante senem.

Hoc illud est.] ἡ ἀγανάκτησις ὃ οἰμωγή. Quid isthuc.] ἐρώτησις. Quid stomacher rogas?] ἀπόκρισις σὴν περιοχῆ. Sed isthuc.] ἀφήγησις. Cn. Hermolaum.]

τὰ ἡγούμενα. At interim.] τὰ μέσα καὶ λογισμός. Cæterùm ego] τὰ ἐπόμενα, genusq; mortis. Et nunc Hermolaus.] τὰ ἐκβαίνα. Imò, non escam modó.] αὔξησις. *Malũ consiliũ cõsultori pessimũ est.* Sic Apparet.] *Clausula.*

ΧΑΡΩΝΟΣ ΚΑΙ Ερμοῦ. *CHARONTIS ET Mercurij.*

Martino Bolero interprete.

Interlocutores: Charon, Mercurius, Mortui, Menippus, Charmoleus, Lampichus, Damasias, Philosophus, Rhetor.

CHARON.

Ἀκούσατε ὡς ἔχει ὑμῖν τὰ πράγματα. μικρὸν μὲν ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὸ σκαφίδιον, καὶ ἐπόσαθρόν ἐστι, καὶ διαῤῥεῖ τὰ πολλά. καὶ ἢν τραπῇ ἐπὶ θάτερα, οἰχήσεται περιτραπὲν, ὑμεῖς δὲ τοσοῦτοι ἅμα ἥκετε, πολλὰ ἐπιφερόμενοι ἕκαστος. ἢν οὖν μετὰ τούτων ἐμβῆτε, δέδια μὴ ὕστερον μετανοήσετε, καὶ μάλιστα ὁπόσοι νεῖν οὐκ ἐπίστασθε. Νεκροί. πῶς γὰρ ποιήσαντες εὐπλοήσομεν; Χά. ἐγὼ ὑμῖν φράσω. γυμνοὺς ἐπιβαίνειν χρὴ, τὰ περιττὰ ταῦτα πάντα ἐπὶ τῆς ἠϊόνος καταλιπόντας· μόλις γὰρ ἂν καὶ οὕτω δέξαιτο ὑμᾶς τὸ πορθμεῖον. σοὶ δὲ, ὦ Ερμῆ,

AVdite, quo loco sint res vestræ. Equidem parua est nobis, quê admodum videtis, & cariosa nauicula, & quæ undique perfluit: quòd si in alterã partem se inclinârit, planè submersa peribit: atque vestrûm tã multi simul cõfluũt, & singuli plurimas sarcinas adferunt. Quòd si cum his nauiculã cõscenderitis, vereor ne postea vos facti pœniteat: maximè verò eos qui nandi sunt imperiti. MO. *Quid igitur faciendum erit, vt sine periculo nauigemus?* CHA. *Ego vobis dicam: nudos vos ingredi oportet, atq; ista omnia quæ superflua sunt, in littore relinquere. nã sic etiã vix capiet vos nauicula. Tibi verò Mercuri,*

μοῦ, μελήσει, τὸ ἀπὸ τούτου μηδένα παραδέχεσθαι αὐτῶν, ὃς ἂν μὴ ψιλὸς ᾖ, καὶ τὰ ἔπιπλα, ὥσπερ ἔφην, ἀποβαλών. παρὰ δὲ τὴν ἀποβάθραν ἑστὼς, διαγίνωσκε αὐτοὺς, καὶ ἀναλάμβανε γυμνοὺς ἐπιβαίνειν ἀναγκάζων. Ερμ. εὖ λέγεις, καὶ οὕτω ποιήσωμεν. οὑτοσὶ τίς ὁ πρῶτός ἐστι; Μεν. Μένιππος ἔγωγε. ἀλλ' ἰδοὺ, ἡ πήρα μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τὸ βάκτρον, ἐς τὴν λίμνην ἀπερρίφθων. τὸν τρίβωνα δὲ οὐδ' ἐκόμισα, εὖ ποιῶν. Ερμ. ἔμβαινε, ὦ Μένιππε, ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὴν προεδρίαν ἔχε παρὰ τὸν κυβερνήτην ἐφ' ὑψηλοῦ, ὡς ἐπισκοπῇς ἅπαντας. ὁ καλὸς δ' οὗτος τίς ἐστι; Χαρ. Χαρμόλεως ὁ Μεγαρικὸς, ἐπέραστος, οὗ τὸ φίλημα διτάλαντον ἦν. Ερμ. ἀπόδυθι τοιγαροῦν τὸ κάλλος, καὶ τὰ χείλη αὐτοῖς φιλήμασι, καὶ τὴν κόμην τὴν βαθεῖαν, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν παρειῶν ἐρύθημα, καὶ τὸ δέρμα ὅλον. ἔχει καλῶς. εὔζωνος εἶ, ἐπίβαινε ἤδη. ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτο-

Mercuri, deinceps curæ erit, neminem ex illis recipere, nisi nudus sit, & supellectilem abiecerit. Itaque ad ipsas scalas te statuas, ipsósque cognoscito, & suscipito, nudósque ingredi cogito. MER. Rectè dicis, atque sic faciemus. Quis est ille primus? MEN. Ego Menippus sum. Ecce autem peram & baculum in paludem abieci: verùm rectè feci, qui pallium non acceperim. MERC. Ingredere, ô Menippe, vir optime, primumque apud gubernatorem nauis locum accipe, in ipsa summitate, quò omnes possis intueri. Verùm quis ille formosus est? CHA. Charmoleus sum Megarensis ille amator, cui osculum vnum duobus talentis constitit. MERC. Exue igitur istam pulchritudinem, & labia vnà cum osculis, istam etiam densam comam, & genarum ruborem, adeòque totam cutem. Benè se res habet, expeditus es, ingredere nunc. Quis verò ille est pur-

σι, καὶ τὸ διάδημα, ὁ βλοσυρὸς, τίς ὢν τυγχάνεις; Δαμ. Λάμπιχος, Γελῴων τύραννος. Ερμ. τί οὖν, ὦ Λάμπιχε, τοσαῦτα ἔχων πάρει; Λάμ. τί οὖν ἐχθίω, ὦ Ερμῆ, γυμνὸν ἦκειν τύραννον ἄνδρα; Ερμ. τύραννον μὲν ἐδαμῶς, νεκρὸν δὲ μάλα. ὥστε ἀπόθου ταῦτα. Λάμπ. ἰδοὺ σοι ὁ πλοῦτος ἀπορρίπτω. Ερμ. καὶ τὸν τύφον ἀπόρριψον, ὦ Λάμπιχε, καὶ τὴν ὑπεροψίαν: βαρεῖ γὰρ τὸ παρθμεῖον συνεμπεσόντα. Λαμ. ἀκοῦ ἀλλὰ τὸ διάδημα ἐάσω μοι ἔχειν, καὶ τὴν ὀφρύδα. Ερμ. ἐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἄφες. Λάμ. ἔασον. τί ἔτι; πάντα γὰρ ἀφῆκα, ὡς ὁρᾷς. Ερμ. καὶ τὴν ὠμότητα, καὶ τὴν ἄνοιαν, καὶ τὴν ὕβριν, καὶ τὴν ὀργὴν, καὶ ταῦτα ἄφες. Λάμ. ἰδοὺ σοι ψιλός εἰμι. Ερμ. ἴμβαινε ἤδη. σὺ δὲ ὁ παχὺς, ὁ πολύσαρκος, τίς εἶ; Δάμ. Δαμασίας ὁ ἀθλητής. Ερμ. νὴ ἔοικας. οἶδα γάρ σε, πολλάκις

puratus, & diademate præcinctus, grauitatem quandam præ se ferens? Quis es tu? LAMP. Lampichus sum, Geloorum tyrannus. MERC. Quid igitur cum tot sarcinis venisti? LAMP. An ne nudum aduentare cõueniebat tyrannum? MER. Nequaquam tyrannum, sed mortuum. itaque depone ista. LAMP. Ecce abieci diuitias. MERC. Sed superbiam, ô Lambiche, & fastum etiam abiice. nam ista si in nauiculã coincidat, vehementer grauabunt eam. LAMP. Igitur sine vt diadema habeam saltem, & strangulum. MERC. Nequaquam, imò & hæc relinquito. LAMP. Sit ita. quid præterea vis? Nam omnia, vt vides, abieci. MER. Crudelitatem etiam, & amentiã, & violentiam, & iracundiã, atque his similia depone. LAMP. Ecce nudus sum. MER. Ingredere nũc. Tu vero pinguis admodũ & carnosus, quis es? DAM. Camasias ego sum athleta. MER. Certè videris ille esse. scio enim te

sæpe

πολλάκις ἐν ταῖς παλαίστραις ἰδών. Δαμασ. ναὶ, ὦ Ερμῆ, ἀλλὰ παράδεξαί με γυμνὸν ὄντα. Ερμ. οὐ γυμνὸν, ὦ βέλτιστε, τοσαύτας σάρκας περιβεβλημένων, ὥστε ἀπόδυθι αὐτὰς, ἐπεὶ καταδύσεις τὸ σκάφος, τὸν ἕτερον πόδα ὑπερθεὶς μόνον. ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφάνους τούτους ἀπόῤῥιψον, καὶ τὰ κηρύγματα. Δαμασ. ἰδοὺ σοι γυμνὸς, ὡς ἱρᾷς, ἀληθῶς εἰμι, καὶ ἰσοστάσιος τοῖς ἄλλοις νεκροῖς. Ερμ. οὕτως ἄμεινον ἀβαρὴ εἶναι, ὥστε ἔμβαινε. καὶ σὺ δὲ τὸν πλοῦτον ἀπρθέμενος, ὦ Κράτων, καὶ τὴν μαλακίαν δὲ προσέτι, καὶ τὴν τρυφῶ, μὴ δὲ τὰ ἐντάφια κόμιζε, μὴ δὲ τὰ τῶν προγόνων ἀξιώματα. κατάλιπε δὲ καὶ γένος καὶ δόξαν. καὶ εἴ ποτέ σε ἡ πόλις ἀνεκήρυξεν εὐεργέτην δηλόνοτι, καὶ τὰς τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφὰς, μὴ δὲ ὅτι μέγαν τάφον ἐπὶ σοί ἔχωσαν, λέγε, βαρύνει γὰρ καὶ ταύτει μνυμονευόμενα. Κράτ.

οὐχ

sæpe in palæstris à me visum. DAMAS. *Ita est, ô Mercuri. Verùm accipe me, nudum existentem.* MERC. *Nequaquam, ô bone vir, nudus es, tanta carne circundatus: itaque exue eam. Nam si vel alterum tantùm pedem in nauem posueris, submerges eam. Sed & coronas istas & præconia abijcito.* DAMAS. *En planè nudus sum, vt vides, & simili cum dijs mortuis statura.* MERC. *Sic præstat leuem esse. itaque inscende iam. Et tu, ô Crato, diuitias abijce, prætereà mollitiem & delicias neque feras tecum epithaphia, neque maiorum tuorum dignitates. Relinque etiam genus, & gloriam. Item ciuitatum, de quibus scilicet benè meritus es, publica præconia, statuarum inscriptiones: & dicas ne tibi magnum sepulchrum construant. nam & hæc grauant, si in memoriam reuocentur.* CRAT.

Inuitus

οὐκ ἐκὼν μὲν, ἀπορρίψω δέ. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιμι. Ερ. βαβαὶ, σὺ ὁ ἔνοπλος, τί βόλει; ἢ τί τὸ τρόπαιον τοῦτο φέρεις; Κρά. ὅτι νενίκηκα, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἀδάσθην, καὶ ἡ πόλις ἐτίμησέ με. Ερμ. ἄφες νυν τὸ τρόπαιον ἐν γῇ· ἐκεῖ γὰρ οὐδὲν δεῖται ὅπλων οὐδενός· ὁ σεμνὸς δὲ οὗτος ἀπόκειται σχήματος, καὶ βραθυθύμου, ὁ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκώς. ὁ ἐπὶ τῷ φρουτίδων, τίς ὢν, ὁ πρὸς βαθεῖ πώγωνα λαβαμένος; Μέ. φιλόσοφός τις, ὦ Ἑρμῆ, μᾶλλον δὲ γόης καὶ τραπέζας μισὸς, ὥστε ἀπὸ δύο καὶ τετρωβόλου ὀψὲ δὲ πολλὰ καὶ γελοῖα ὑπὸ ὠματίῳ λυπόμενος. Ερ. καθάθε σὺ τὸ σχῆμα πρῶτον, εἶτα μὴ λαν τὶ πάντα, ὦ Ζεῦ, ὅσων μὲν πρὸ ἀλαζονίαν κομίζει, ὅσων δὲ ἀμαθίαν καὶ ἄνοιαν καὶ κενοδοξίαν, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκαρθώθλους, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, ἅμα καὶ μετεωροπονίαν μάλα πολλὴν, καὶ

Inuitus certè, sed tamẽ abijciam. quid enim faciam? MER. *Papæ, quid tibi vis armatus? aut quid istud trophæum tecum circumfers?* CRAT. *Quia vici, Mercuri, & res præclaras gessi, propterea ciuitas hoc me honore affecit.* MER. *Relinque trophæum in terra. apud inferos enim pax est, neq; vllis armis opus est. Verùm quis ille est ipso habitu grauitatem quandam præ se ferens, elatus, & contractis supercilijs propter curas, longa barba? quis est ipse?* MEN. *Philosophus quidam est, ô Mercuri, imò præstigiarum & nugarum plenus. Itaque & hunc exue. videbis enim multa, eáq; ridicula, sub pallio occulta esse.* MER. *Depone tu hunc habitum primùm, deinde hæc quoque omnia. O Iupiter quantam ille arrogantiam, quantam insciitiam, & quantum conten tionum, & inanis gloriæ, quantum quæstionum dubiarum, quantum spinosarum disputationum, & cogitationum perplexarum circumfert? immò quàm multos vanos laboret & de-*

καὶ πλῆρον ὀπὸ ὀλίγου, καὶ ὕβρεως καὶ μικρολογίας. νὴ Δία, καὶ χρυσίου γε τοσοῦτου καὶ ἀβυσσάθειαν δή, καὶ ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ τρυφὴν, καὶ μαλακίαν. ὃ πλὴν θεραπεύσει μὲ, ἃ καὶ μάλα πειρᾶται αὐτά. καὶ τὸ ψεῦδος δὲ ἀπόθου, καὶ τὸν τύφον, καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνων εἶναι τῶν ἄλλων. ὡς εἴγε πάντα ταῦτα ἔχων ἐμβαίνοις, ποία σχεδιοκόντορος ἂν δέξαιτο ἄν σε; Φιλ. ἀποτίθεμαι τοίνυν αὐτὰ, ἐπεὶπερ ὅτῳ μιλήσεις. Μέν. ἀλλὰ καὶ τὸν ὠκεανὸν τοῦτον ὀρθώσω, ὦ Ἑρμῆ, βάρος τι ὄντα καὶ λάσιον, ὡς ὁρᾷς; πάντες μυῶν τείχους εἰσὶ τολάχιστον. Ἑρμ. εὖ λέγεις, ἀπόθου καὶ τοῦτον. Φιλ. καὶ τίς ὁ ἀρκέσων ἔσται; Ερμ. Μένιππος ὅτισί, λαβὼν πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν, ἀρκόψει αὐτὸν, ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. Μέν. ὄκνει, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλὰ πείσομαί σοι ἀνάλωτος: χλοιότερον γὰρ τοῦτο.

Ερμ.

& deliramenta non pauca? quantas item nugas, & quantam curiositatem? Sed per Iouem, aurum etiam hoc, & voluptatem, & impudentiam, iracundiam, delicias & molliciem secum habet: neque enim latent me ista, etiam si studiosè celas. Verùm abijce mendacia etiam & superbiam, & opinionem illam, qua existimas te omnibus reliquis præstantiorem esse. Nam si cum rebus omnibus ingrediaris, quæ quinqueremis te acciperet? PHILOS. Depono igitur ea, quandoquidem sic iubes. MEN. Sed & barbam hanc deponat, Mercuri, grauem equidem & hirsutam, vt vides. capilli sunt trium minarum ad minus. PHILOS. Sed quis abradet? MER. Menippus ille securim accipiens, quib. naues fabricantur, eam resecabit: vtetur autem scalis naualibus, quibus superposita barba resecetur. MEN. Nequaquam Mercuri, sed da mihi serram. hoc enim erit magis ridiculum.

MERC.

Ερμ. ὁ πέλεκυς ἱκανός. Μέν. εὖγε, ἀνθρωπινώτερον γὰρ νῦν ἀναπέφηνας, ἀπρθέμενος αὐτοῦ τὴν κινάβραν. βούλει, μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων; Ερμ. μάλιστα: ὑπὲρ τὸ μέτωπον γὰρ καὶ ταύτας ἐπῆρκεν, οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ ἀνατείνων, ἑαυτόν. τί τοῦτο; καὶ δακρύεις, ὦ κάθαρμα, καὶ πρὸς θάνατον ἀπρδειλιᾷς; ἔμβηθι δ' οὖν. Μέν. ἐν ἔτι τὸ βαρύτατον ὑπὸ μάλης ἔχει. Ερμ. τί, ὦ Μένιππε; Μέν. κολακίαν, ὦ Ερμὴ, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ χρησιμούσασαν αὐτῷ. Φιλ. οὐκοῦν καὶ σύ, ὦ Μένιππε, ἀπόθου τὴν ἐλευθερίαν, καὶ παῤῥησίαν, καὶ τὸ ἄλυπον, καὶ τὸ γενναῖον, καὶ τὸν γέλωτα. μόνος γοῦν τῶν ἄλλων γελᾷς. Ερμ. μηδαμῶς· ἀλλὰ καὶ ἔχει ταῦτα, κοῦφα γὰρ, καὶ πάνυ εὔφορα ὄντα, καὶ πρὸς τὸν κατάπλουν χρήσιμα· καὶ ὁ ῥήτωρ δ' σὺ ἀπόθου τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἀπεραντολογίαν, καὶ ἀντιθέσεις, καὶ παρισώσεις, καὶ περιόδους,

MERC. *Sufficiet bipennis.* MENIP. *Euge, humanior nunc appares,* [a] *deposito hircino fœtore. Vis ne vt parum etiam de supercilijs auferam?* MERC. *Maximè: nam hæc super frontem etiam attollit, neque scio quò seipsum extendat. Quid hoc rei est? etiam ploras sceleste? & mortem times? ingredere igitur.* MEN. *Vnum quiddam adhuc grauissimum gestat* [b] *sub alis.* MERC. *Quid Menippe?* MEN. *Adulationem, Mercuri: quæ illi dum viueret, multum profuit.* PHIL. *Igitur & tu Menippe, tuam abijce libertatem, & loquendi audaciam, lætitiam, animi magnitudinem, & risum. An tu solus alios omnes ridebis?* MERC. *Nequaquam, sed retine ista. leuia enim sunt, & planè facilia portatu, & ad nauigandum prosunt. Tu verò Rhetor, abijce istam tantam verborum contradictionem, & antitheses, & similitudines, item periodos,*

ειόδους, καὶ βαρβαεισμὸς, καὶ τἆλλα βάρη τῶν λόγων. Ρήθ. ἴεν, ἰδὸ ἀρτίθημαι. Ερμ. εὖ ἔχει, ὥστε νῦν τὰ ἀπόγεια, πλὼ ἀρβάθραν ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνεσπάσθω, πίτασον τὸ ἱσίον. ἔυθωνι, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον, εὖ πάθωμεν. τί οἰμώξῃτι, ὦ μάταιοι, καὶ μάλιστα ὁ φιλόσοφος σὺ, ὁ ἀρτίως τὸν πώγωνα διδυμεύων; Φιλ. ὅτι, ὦ Ερμῆ ἀθάνατον ὤμην τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν. Μεν. ψεύδεται, ἀπατᾷ γάρ σε ἴσως λυπῆν αὐτόν. Ερμ. τὰ ποῖα; Μεν. ὅτι μηκέτι δειπνήσει πολυτελῆ δεῖπνα, μηδ' ὑγκτωρ ἐξιὼν, ἅπαντας λανθάνων, ἐφ' ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν κατειλούμενος, περιάσει ἐν κύκλῳ τὰ χαμαιτυπεῖα, καὶ ἕωθεν ἐξαπατῶν τοὺς νέους ἐπὶ τῇ σοφίᾳ, ἀργύριον λήψεται, ταῦτα λυπεῖ αὐτόν; Φιλ. σὺ δ', ὦ Μένιππε, οὐκ ἄχθῃ ἀρθανών; Μεν. πῶς, ὃς ἔσπευσα ἐπὶ τὸν θάνατον, καλοῦντος μηδενὸς; ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἑκὼν

riodos, & barbarismos, atque alia sermonis pondera. RHET. Enabÿcio. MER. Benè se habent res. Itaque solue funem. attollamus scalas, attrahatur anchora, expande velum, tuq; nauta clauum dirige. Simus hilares. Quid ploratis, ô vos amentes? præsertim tu Philosophe, qui paulò antè tua barba spoliatus es? PHIL. Quia existimabami immortalem esse animam. MEN. Mentitur. nam alia sunt quæ videtur eum mœrore afficere. MER. Qualia? MEN. Quia non amplius tam opiparas cœnas habebit, neque noctu exiens clàm omnibus circũuoluto palliolo capiti, ordine omnia accedet scorta, nec manè deceptis adolescentibus sua sapientia, pecuniam accipiet. hæc sunt quæ illi dolent. PHIL. An tibi molestum non est, Menippe, quòd mortuus es? MEN. Quomodo posset esse molestũ mihi, qui ad mortem festinaui, nemine vocante? Verùm nónne clamor quidam

interim

ὀ κραυγή τις ἀκούεται, ὥσπερ τινων ἀπὸ γῆς βοώντων; Ερμ. ναὶ, ὦ Μένιππε, οὐκ ἀφ' ἑνός γε χώρου: ἀλλ' οἱ μὲν ἐς τὴν ἐκκλησίαν συνελθόντες, ἄσμενοι γελῶσι πάντες ἐπὶ τῷ Λαμπίχου θανάτῳ. καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ συνέχεται πρὸς τῶν γυναικῶν, καὶ τὰ παιδία νεογνὰ ὄντα, ὁμοίως μακεῖνα ὑπὸ τῶν παίδων βάλλεται ἀφθόνοις τοῖς λίθοις. ἄλλοι δὲ Διόφαντον τὸν ῥήτορα ἐπαινοῦσιν ἐν Σικυῶνι, ἐπὶ ταφίους λόγους διεξιόντα ἐπὶ Κράτωνι τούτῳ. καὶ νὴ Δία γε, ἡ Δαμασίου μήτηρ κωκύουσα ἐξάρχει τοῦ θρήνου σὺν γυναιξὶν, ἐπὶ τῷ Δαμασίᾳ. σὲ δὲ οὐδεὶς, ὦ Μένιππε, δακρύει, καθ' ἡσυχίαν δὲ κεῖσαι μόνος. Μέν. οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον, ὠρυομένων οἴκτιστον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ τῶν κοράκων τυπτομένων τοῖς πτεροῖς, ὁπότ' ἂν συνελθόντες θάπτωσί με. Ερμ. γεννάδας εἶ, ὦ Μένιππε. ἀλλ' ἐπεὶ καταπεπλεύκαμεν

interim dum nos confabulamur, exauditus est veluti quorundam in terra vociferantium? MERC. Certè Menippe: verùm non vnò tantùm loco exauditur clamor, sed quidam in vnũ cœtum conuenientes, cum voluptate derident mortuum Lampichum, & illius vxorem mulieres circumstrepunt: atque illius pueri nuper admodum geniti, multis lapidibus à pueris obruũtur. Quidam Diophantum Rhetorem laudant, in Sicyone funebres orationes recitantem de hoc Cratone. Et per Iouem Damasiæ mater vlulans, lamentationem inceptat vnà cum mulieribus pro Damasia. Te Verò, Menippe, nemo est qui deploret, & solus iaces tranquillus. MEN. Nequaquam. nam haud ita multò pòst audies canes miserabiliter latrantes propter me, & coruos alas concutientes, quando ad sepeliendum me conuenient. MER. Fortis es, Menippe. Sed quia iam transfretauimus,

πλεύκαμεν ἡμεῖς, ὑμεῖς δὲ ἄπιτε πρὸς τὸ δικαστήριον, εὐθεῖαν ἐκείνην πρῴόντες, ἐγὼ δὲ, καὶ ὁ πορθμεὺς, ἄλλους μετελευσόμεθα. Μέ. εὐπλοεῖτε, ὦ Ἑρμῆ, πρῴωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. τί οὖν ἔτι καὶ μέλλετε δικασθῆναι δεήσει καὶ τὰς καταδίκας φασὶν εἶναι βαρείας, τροχοὺς, καὶ γύπας, καὶ λίθους. Διχθήσεται δὲ ὁ ἑκάστου βίος.

uimus, abite vos rectà p hanc viam ad forũ iudiciale: ego verò & nauta alios transuectabimus. MEN. Feliciter nauigate, ô Mercuri, nos quoque progrediemur. Verùm qd prætereà de vobis futurũ est? Iudiciũ de vobis ferre oportebit, & quidem aiunt pœnas esse graues, rotas, aquilas, & lapides. Vniuscuiusq; autem vita examinabitur.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

in Scaphidium.

HIc videbis, quàm vana prorsus & fucata sint omnia ea quibus orbis regitur & gubernatur, maximè verò ea quę præcipua esse videntur, probitas, doctrina & potentia: prętereà omnia quæ mundus admiratur, & pro quibus parandis, in hac vita homines digladiantur, esse abijcienda cũ ad Charontis nauiculam peruentũ fuerit.

Charon portitor inferorum, quem poëtæ fabulantur defunctorum animas subtili cymba per Stygiam paludem transuehere. Virgil. 6. Aeneid.

Portitor has horrendus aquas & flumina seruat,
Terribilis squalore Charon: cui plurima mento,
Canities inculta iacet, stant lumina flamma:
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat,
Et ferruginea subuectat corpora cymba.

a HIRCINO fœtore] *Alarum aut reliquarum partium excitatur odor ad libidinẽ incensis. Hinc Horatius, anum huiusmodi dicit hircum in alis habere. Lysimachus apud Plautum in Mercatore: Iam plenus ætatis animaq; fœtida, senex hircosus.*

b Sub alis.] *Quicquid clàm & occultè non propatulo vel fit, vel gestatur, sub ala prouerbio etiam fieri dicitur. Quo vsus est Demosth. cõtra ἀφόβον ψευδομαρ. οὐχ εἰς, οὐδὲ δύο ταῦτ' ἴσασιν,*

ἐδ' ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις, γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μέσῃ πολλῶν παρόντων. 1. *non vnus, neq; duo ista norunt, neq; sub alā (vt aiunt) prouocatio facta est, sed in medio foro, multis præsentibus. Ita dicitur alibi ab eodem Luciano* ὑπὸ κόλπῳ *sub sinu.* c Immortalem.] *Apud Herodot. lib. 2. scribitur, primos Aegyptios statuisse animam hominis esse immortalem, &c.*

IOANNIS SAMBVCI

ANNOTATIONES.

προσαγματικὸς καὶ εἰρωνικός.

Nil est post vitam quo præstet amicus amico:
Aequalis docto tum rudis esse potest.
Aurum deserimus, robur, formam, sophiamq;:
Fabula quid doceat, lector amice vides.

AVDITE, quo loco.] *Facit sibi audientiam Charon.* Equidem parua est] *Exponit periculū.* Quòd si cum his.] τὸ ἐκβὰν κακόν Quid igitur.] *Petit consiliū.* Ego vobis dicā.] *Promittit, & dat consiliū* Nā sic etiā.] *Amplificatio à minori.* Tibi verò Mercuri.] *Dat mandatū super eo, Mercurio.* Itaq; ad ipsas.] *Præscribit quæ facere debeat.* Rectè dicis.] *Promittit se obtemperaturū.* Quis est ille primus] *Recipit in nauiculā singulos numerando.* Ego Menippus sum.] I *Menippus* Primumq; apud.] *Dat ei locū apud gubernatorem.* Charmoleus sum] II *Charmoleus, amator* Exue igitur.] *Mors omnia tollit*, wir müssen alles dahinden lassen. Lampichus sum.] III *Lampichus tyrannus Geloorū.* Sed superbiā.] *Tyrannorum diuitias, superbiā, fastū, diadema, crudelitatem, amentiam, violentiā, iracundiā, & cætera mors aufert.* Tu verò pinguis.] IV. *Damasius, pinguis & carnosus, athleta.* Carne circundatus.] *Abijcit carnes, coronas, præconia.* Et tu, ô Crato.] V. *Crato, diues* Neq; feras tecū.] *Bona fortunæ deserenda* Quid tibi vis] VI. *Armatus miles relinquit trophæum.* Quia vici Mercuri.] καύχησις *militaris.* Apud inferos.] *A' contrario.* Verùm quis ille] VII. *Philosophus, eiusq; descriptio.* Videbis multa.] *Quæ in philosophis falsis sint vituperanda.* O' Iupiter.] ἐκφώνησις καὶ θαύμασιν εἰρωνικήν. Nā si cū.] αὔξησις *à minori.* Sed & barbam.] *Mercurius depositor.* Menippus ille securim.] *Depositio Beani.* Sed da mihi.] Reib jhm das *Participium.* Humanior nunc appares] *Beanus emit-*

nus emittit vnum fletorem. Etiam ploras.] *Nolite vexare eum qui mortem contemnit.* Igitur & tum.] ἀποσοφῆ. *ad Menippũ ex comparatione.* Nequaquã.] *Infitiatio Mercurij.* Tu verò.] VIII. *Rhetor cũ suis ornamẽtis.* Itaq; solue funẽ.] κέλευμα ῥητορικόν. Quid ploratis.] λαχιανὸς ἄφεσις. Mentitur nam.] *Argutè philosophũ mẽdacij, & causam ploratus alio transfert.* An tibi molestum.] ἀποφορά. Quomodo posset.] λύσις. Verũ nonne.] τὰ τοῖς νεκροῖς ἐπόμβια. Nequaquam] ἀποδόσεις γελασίκη. Sed quia.] *Epilogus.* Ad forũ.] τὸ δικαστήριον. Iudicium.] ἡ κρίσις. Et quidem aiunt.] ὡς καταδίκας.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΚΑΙ Διογένης.

CRATETIS ET Diogenis.

Erasmo Roterodamo interprete.

CRATES.

Μοίριχον τὸν πλούσιον ἐνίνωσκον, ὃν διόγνωσις, τὸν πάνυ πλούσιον, τὸν ἐκ Κορίνθου, τὸν τὰς πολλὰς ὁλκάδας ἔχοντα, οὗ ἀνεψιὸς Ἀρίστιας, πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν; τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο φάθι ἐπιλέγειν, Ἦ μὲν ἀνάερ, ἦ ἐγώ σε. Δι. τίνος ἕνεκα, ὦ Κράτις, ἐθεράπευον ἀλλήλους; Κρά. τῶ ἀλλήλω ἕνεκα ἑκάτερος, ἠλίκιωτω ὄντε. καὶ τὰς διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν ἐτίθεντο, Ἀρίστιαν μὲν ὁ Μοίριχος, εἰ πεθανοῦνται, ἅπαντων κύριον καταλείπων τῶν ἑαυτοῦ πάντων.

Μοίριχον

MOerichũ[a] diuitem nouerásne Diogenes? illum inquã supra modũ diuitem, illũ[b] Corintho profectũ, cui tot erant naues onustæ mercedibus: cuius cõsobrinus Aristeas, quũ ipse quoq; diues esset, [c]Homericum illud in ore solebat habere: Aut me cõfice tu, aut ego tete. DI. Cuius rei gratia sese captabãt inuicẽ, Crates? CRAT. Hæreditatis causa, quũ essent æquales, vterq; alterum captabant. Iamq; testamenta publicauerãt ambo, in quibus Mœrichus, si prior moreretur, Aristeam omniũ rerũ suarum dominũ relinquebat:

Μοίριχον δὲ ὁ Ἀριστέας, εἰ πρα=
πέλθοι αὐτοῦ. ταῦτα μὲν ἐγέ=
γραπτο· οἱ δὲ ἐθεράπευον ἀλλή=
λους, ὑπερβαλλόμενοι τῇ κολα=
κείᾳ. καὶ οἱ μάντεις, εἴτε ἀπὸ τῶν
ἄστρων τεκμαιρόμενοι τὸ μέλ=
λον, εἴτε ἀπὸ τῶν ὀνειράτων, ὥς
γε Χαλδαίων παῖδες, ἀλλὰ καὶ
ὁ Πύθιος αὐτὸς, ἄρτι μὲν Ἀρι=
στεῖ παρεῖχε τὸ κράτος, ἄρτι
δὲ Μοιρίχῳ. καὶ τὰ τάλαντα πο=
τὲ μὲν ἐπὶ τούτου, νῦν δὲ ἐπ' ἐ=
κεῖνον ἔρρεπε. Δι. τί οὖν πέρας
ἐγένετο, ὦ κράτης; ἀκούσαι γὰρ
ἄξιον. Κρά. ἄμφω τεθνᾶσιν
ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας, οἱ δὲ κλῆ=
ροι ἐς Εὐνόμιον καὶ Θρασυ=
κλέα περιῆλθον, ἄμφω συγ=
γενεῖς ὄντας, οὐδὲ πώποτε προ=
μαντευομένους οὕτω γενέσθαι
ταῦτα. διαπλέοντες γὰρ ἀπὸ
Σικυῶνος ἐς Κίρραν, κα=
τὰ μέτον τὸν πόρον πλα=
γίῳ περιπεσόντες τῷ Ἰάπυ=
γι, ἀνετράπησαν. Διο. εὖ ἐ=
ποίησαν. ἡμεῖς δὲ, ὁπότε ἐν
τῷ βίῳ ἦμεν, οὐδὲν τοιοῦτον
ἐνενο=

Mœrichum vicissim Aristeas, siquidem ipse prior è vita decederet. Hæc igitur quum essent in tabulis scripta, illi inter sese captabant, & alter alterum adulationibus obsequijsq; superare contendebat. Porrò diuini, haud scio vtrum ex astris id quod futurum sit coniectantes, an somnijs, quemadmodum [d] Chaldæi faciunt: quin & [e] Pythius ipse, nunc Aristeam victorem fore pronunciabat, nunc Mœrichum: [f] ac trutina quidem interim ad hunc, interim ad illum propendebat. DI. Quid igitur tandem euênit? nam audire est operæ precium, Crates. CRAT. Eodem die mortui sunt ambo: cæterùm hæreditates ad Eunomium ac Thrasyclem deuenerunt, quorum vterque cognatus illis erat: atqui de his nihil prædixerant diuini, futurum vt tale quippiam accideret.

Etenim quum 8 Sicyone [h] Cirrham versus nauigarent, medio in cursu obliquo orto [i] Iapyge euersa naui perierunt, DI. Rectè factũ. At nos quum essemus in vita, nihil eiusmodi alter

ἐνενοοῦμεν περὶ ἀλλήλων οὔτε πώποτε εὐξάμην Αντισθένην ἀπεθανεῖν, ὡς κληρονομήσαιμι τῆς βακτηρίας αὐτοῦ· εἶχεν δὲ πάνυ καρτερὰν, ἐκ κοτίνου ποιησάμενος. οὔτε, οἶμαι, σὺ ὦ Κράτης ἐπεθύμεις κληρονομεῖν ἀπεθανόντος ἐμοῦ, τὰ κτήματα, καὶ τὸν πίθον καὶ τὴν πίραν, χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν Κρ. οὐδὲν γάρ μοι τούτων ἔδει, ἀλλ' οὐδὲ σοί, ὦ Διόγενες. ἃ ἀπ' ἐχρῆν, σύ τε Αντισθένους ἐκληρονόμησας; καὶ ἐγὼ σοῦ, πολλῷ μείζω καὶ σεμνότερα τῆς Περσῶν ἀρχῆς. Δι. τίνα ταῦτα φῄς; Κρά. σοφίαν, αὐτάρκειαν, ἀλήτειαν, παῤῥησίαν, ἐλευθερίαν. Δι. νὴ Δία μέμνημαι τοῦτον δεδεξάμενος τὸν πλοῦτον παρ' Αντισθένους καὶ σοί ἔτι πλείω καταλιπών. Κρά. ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἠμέλουν τῶν τοιούτων κτημάτων, καὶ οὐδεὶς ἐθεράπευεν ἡμᾶς, κληρονομή-

alter de altero cogitabamus. Neque enim ego vnquam optabam vt moreretur Antisthenes, quò nimirũ baculus illius ad me rediret hæredem: neq; tu Crates opinor desiderabas, vt me mortuo in possessionum mearum successionem venires, puta dolij, ac peræ, in qua quidem [k] lupini [l] chœnices inerant duæ CRAT. Neque enim mihi quicquam istis rebus erat opus, imò ne tibi quidem Diogenes: siquidem quæ ad rem pertinebant, quæq; tu Antistheni succedens accepisti, deinde ego succedens tibi, ea nimirum multò sunt potiora, multoq; splendidiora, quam vel Persarum imperium. DIOG. Quæ'nam sunt ista quæ dicis? CRAT. Sapientiam inquam, frugalitatem, veritatem, dicendi viuendiqúe libertatem.

DIOG. Per Iouem memini me in istiusmodi opum hæreditatem Antistheni successisse, tibiq; eas longè etiam maiores reliquisse. CRAT. Verùm reliqui mortales hoc possessionum genus aspernabantur, neq; quisquã nos ob spem

κληρονομήσειν προσδοκῶν. ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον. Δι. εἰκότως· οὐ γὰρ εἶχον ἔνθα δέξαιντο τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῶν, διεῤῥυηκότες ἐπὸ τρυφῆς, καθάπερ τὰ σαθρὰ τῶν βαλαντίων. ὥστε εἴποτε, καὶ ἐμβάλλοι τις ἐς αὐτοὺς ἢ σοφίαν, ἢ παῤῥησίαν, ἢ ἀλήθειαν, ἐξέπιπτεν εὐθὺς, καὶ διέῤῥει, τοῦ πυθμένος πέγειν οὐ δυναμένου, οἷόν τι πάσχουσιν αἱ τοῦ Δαναοῦ αὗται παρθένοι, ἐς τὸν τετρυπημένον πίθον ἐπαντλοῦσαι. τὸ δὲ χρυσίον ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι. καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττον. Κρά οὐκοῦν ἡμεῖς μὲν ἕξομεν κἀνταῦθα τὸν πλοῦτον, οἱ δὲ ὀβολὸν ἥξουσι κομίζοντες, καὶ τοῦτον ἄχρι τοῦ πορθμέως.

potiundæ hæreditatis obsequijs captabat, sed ad aurum omnes intendebant oculos. DIO. Nec iniuria. neq; enim habebant quo facultates eiusmodi à nobis traditas acciperent: quippe rimosi iam, vitiatiq; delicijs, non aliter quàm vasa carie putria. Quo fit, vt si quando quis in illos infundat vel sapientiam, vel libertatem, vel veritatem, effluat illicò perstilletq; fundo, quod immissum est continere non valente: cuiusmodi quiddam & [m] Danai filiabus aiunt accidere, dum in dolium pertusum haustam aquam important: at ijdem aurum dentibus & vnguibus, omniqúe vi seruabant. CRAT. Proinde nos hîc quoque nostras possidebimus opes: illi simul atque huc venerint, obolum duntaxat secum ferent; at ne hunc quidem vlterius quàm ad portitorem.

GILBER.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a MOERICHVM.] *Mœrichus & Aristeas duarum sororum filij, & annis æquales fuêre, & facti sunt lupi frustrà hiantes, quoniam re multùm sperata, multumq; appetita, frustrati discedunt. Tales testamentorii captatores & hæredipetæ, quiq; duntaxat obsequijs & adulationibus aucupantur, vt testamento misceantur, prouerbio vultures dicuntur.* *b* Corintho.] *Hæc Græcarii omnium vrbium clarissima fuit, à Corintho Marathonis, siue (vt alij volùnt) Pelopis filio, qui eam euersam instaurauit. Cùm aũt Ephyre diceretur, censetur inter Achaiæ vrbes ferè in medio Isthmi Peloponnesiaci sita. Græci vocant* Isthmos *angustias, quibus à peninsula ad continentẽ est aditus. Vide argumentum prioris ad Corinthios epistolæ Pauli, per Erasmum nostrum.* *c* Homericum.] *Huic eiusdem Homeri hoc Iliad. 2. non dissimile est:*

Τεθνάμεν ὥ σε χρεὼν ἢ ἀμύνεμεν βελέεσσιν.

Id est,

Aut morere Pœte, aut interfice Bellerophontem.

d Chaldæi.] *Assyriorũ magi, ex gentis vocabulo dicti sunt, qui diuturna siderum obseruatione scientiam putantur effecisse, vt prædici posset, quid cuiq; euenturum, & quo quisq; fato natus esset.* *e* Pythius.] *Apollinis cognomen, à Pythone serpente indictum, quẽ sagittis suis adhuc puer dicitur interemisse.* *f* Trutina.] *æquilibrium.* *g* Sicyone.] *Ea est vrbs Achaiæ, non procul à Corintho.* *h* Citrham.] *Phocidis oppidum, ad radicem Parnassi montis regione Sicyonis. Ibi Apollo religiosissimè colebatur. Hinc Cirrheus à Seneca in Hercule dicitur.* *i* Iapyge.] *vento ab occasu solstitiali spirante, qui & Caurus dicitur commodissimus ex Italia in Græciam nauigantibus.* *k* Lupini.] *Eius vtilitatem nostri Lucianus notat, De mercede seruientibus cùm rogat: Num vsquadeò defuerit lupini & aquæ fontanæ copia, vt in eam se conijceret seruitutem. Leguminis genus omnium amarissimum, de quo nos in Charonte & Menippo.* *l* Chœnices.] χοῖνιξ *Attica mensura pro aridis, maximè cibo diurno, cuius capacitas est sesquisextarius, vnde Pythagoræ dictum est: Chœnici ne insidias.*

m Danai filiabus.] *Notiß ma est fabula puellarum Danaidum, quæ ob sponsos necatos, has pœnas apud inferos dare dicuntur, vt situlis perstillãtibus aquam hauriant, atq; in dolium item pertusum infundant, graui nimirum, sed inutili labore. Cuius fabulæ mentionem facit idem Lucianus in Timone, & in Hermotimo. Affluit enim dum exhauritur negocium, laborq́; & contrà fit, atq; in Danaidum dolio. Rursus de Dipsadibus meminit etiam Horatius in Odis:* Et inane lymphæ

Dolium fundo pereuntis imo.

Item Tibullus.

Et Danai proles Veneris quę numina lęsit,
In caua lethęas dolia portat aquas.

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

ἐξηγητικὸς *rursus de hæredipetis.*

Est nimiùm cęcis natura immersa tenebris,
Hinc rebus tantum diuitijsq́; studet.
Non durat multũ tamen hęc: nam cuncta caduca
Sola manet virtus, nescia (crede) mori.

MOERICHVM.] *Propositio* κατὰ ζήτησιν περὶ τοῦ προσώπου, *de Mœricho.* Cuius consobrinus.] *Eius consobrinus,* ἀνέψιος. Cuius rei gratia.] *Inuestigatio, & expositio causæ.* Hæreditatis causa.] διήγησις. Iamq; testamenia.] τὰ ἡγούμενα. Aristeam omnium rerum.] *Verba testamentorum.* Hæc igitur.] *Conclusio,* τὰ μέσα. Porrò diuini.] *Coniecturæ de futuris rebus, ex astris & somnijs, Chaldæi coniectores.* Ac trutina.] ὁ χρησμός. Quid igitur.] τὰ ἑπόμενα. Eodem die mortui.] τὰ ἐκβάντα κατὰ περιπέτειαν. Nihil prædixerant.] *Notat astrologos & coniectores.* Euersa naui perierunt.] *Genus mortis.* Rectè factum.] ἐπίκρισις. Neq; enim ego.] *Digrediuntur in narrationem.* Deinde ego.] ἐπιφώνημα. Quæ nam sunt.] ἡ ἔκθεσις. Verum reliqui.] *Comparatio.* Nec iniuria.] ἐπίκρισις. Quippe rimosi iam.] αἰτιολογία. Quod fit.] κατασκευή. Quando quis.] *A' simili.*] Fundo quod immissum. *Ab effectu manet in similitudine.*] Cuiusmodi quiddam.] *Ab exemplo.* Proinde nos hic.] *Epilogus ex collatione.*

A R-

ARGVMENTVM.

Hic Hannibalem, Scipionem & Alexandrum apud inferos in certamen gloriæ rerum gestarum disputantes, ludens introduxit, vt videatur pares quodammodo eos fuisse velle sentire. In Alexandro magno, Hannibale, Scipione, & plerisq; alijs ingentia vitia cum magnis virtutibus certauerunt. vnde Plato; ἀὶ μεγάλαι, inquit, φύσεις μεγάλας ἐπιφέρουσι καὶ τὰς κακίας.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, ΑΝΝΙΒΟΥ, ΜΙΝΩΟΣ & ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ.

LVCIANI Scipio.

P. Virunio interprete.

Interlocutores: Alexander, Hannibal, Minos, Scipio.

ALEXANDER.

ΕΜὲ δεῖ πεκρῖθαί σε, ὦ Λίβυ: ἀμείνων γὰρ ἄμι. Αν. ὄμβρουν, ἀπ' ἐμέ. Αλ. ἀνὴρ ὁ Μίνως δικασάτω. Μι. τίνων δ' ἐστὲ; Αλ. οὗτος μὲν Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος, ἐγὼ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου. Μι. νὴ Δία ἐνδοξοί γε ἀμφότεροι. ἀλλὰ περὶ τίνων ὑμῖν ἡ ἔρις; Αλ. περὶ πεωτείας. φησὶν οὗτος ἀμείνων γεγονέναι στρατηγὸς ἐμοῦ ἐγὼ δ' ὥσπερ ἅπαντες ἴσασιν, οὐχὶ τόδε μόνον, ἀλλὰ πάντων σχεδὸν τοὺς

O [a] *Libyce, me decet præponi. melior equidem sum.* HA. *Imò verò me.* ALEX. *Iudicet ergo* [b] *Minos, qui semper iustissimus iudex est habitus.* MIN. *Quis es tu?* ALEX. *Hic est Hannibal Carthaginensis: ego autem Alexander Philippi regis filius.* MIN. *Per Iouem, vtriq; glorioſi. Sed quade re vobis altercatio est?* ALEX. *De præstantia: dicit enim is sese meliorem quàm ego ducem exercitus fuisse: ego verò quémadmodũ omnes sciũt, nõ hoc solũ, sed omnib. fermè q ante meã ætatẽ fuẽ-*

πὸ ἐμοῦ φημὶ διενεγκεῖν τὰ πολέμια. Μί. οὐκοῦν ἐν μέρει ἑκατέρος εἰπάτω, οὐ δὲ πρῶτος ὁ Λίβυς λέγε. Αν. ἐν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὠνάμην, ὅτι ἐν ταῦθα καὶ τὴν Ελλάδα φωνὴν ἐξέμαθον, ὥστε οὐδὲ ταύτῃ πλέον οὗτος ἐνέγκαιτό μου. φημὶ δὲ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι, τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες, ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν, δι' αὐτῶν δυνάμιν τε περιβαλλόμενοι, καὶ ἄξιοι δόξαντες ἀρχῆς. ἐγὼ γοῦν μετ' ὀλίγων ἐξορμήσας ἐς τὴν Ιβηρίαν, τὸ πρῶτον ὕπαρχος ὢν τῶν ἀδελφῷ, μεγίστου ἠξιώθην, ἄριστος κριθείς. καὶ τοὺς γε Κελτίβηρας εἷλον, καὶ Γαλατῶν ἐκράτησα, τῶν Εσπερίων, καὶ τὰ μεγάλα ὄρη ὑπερβὰς, τὰ περὶ τὸν Ηριδανὸν, ἅπαντας κατέδραμον, καὶ ἀναστάτους ἐποίησα τοσαύτας πόλεις. καὶ τὴν πεδινὴν Ιταλίαν ἐχειρωσάμην, καὶ μέχρι τῶν προαστείων τῆς προὐχούσης πόλεως ἦλθον. καὶ

re, in re militari præstantiorem me esse affirmo. MIN. Dicat ergo vterq; [c] vicissim pro virili: tu verò, ô Libyce, prius loquaris. HAN. Vnum hoc me iuuat, quòd & hic sermonem Græcum didicerim, vt neque etiam hac in re Alexander me superet. Porrò illos maximè laudis dignos puto, qui quum parui à principio fuêre, propria virtute ad magnam gloriam euasêre: potentésque per se ipsi facti, & principatu digni habiti. Ego igitur cum paucis quibusdam Hispaniam primùm inuadens, quum subconsul essem fratri additus, maximis rebus idoneus atque optimus iudicatus, ibi tum [d] Celtiberos cepi, atque Gallos ipsos deuici: & quum [e] magnos mōtes transmigrassem, omnem [f] Eridanum transcurri, multásque ciuitates euerti, & planam Italiam subiugaui, & vsque ad suburbia Romæ grassatus sum, totq; vno die [g] Romanos cecidi, vt eorum

καὶ βόθους ἀπιστῆναι μιᾶς ἡμέρας, ὥστε τὸς διαπλυνίους αὐτῶν μυλίμνοις ἁρμηρῆσαι, καὶ τὸς ποταμὸς γεφυρῶσαι νεκροῖς. καὶ ταῦτα πάντα ἔπραξα, ὅτι Ἄμμωνος ὑὸς ὀνομαζόμην, ὅτι θεὸς ἔναι προσποιόμην, ἢ ἐνυπνια τῆς μητρὸς λιξιὼν, ἀπ' ἄνθρωπον ἐὼν ὁμολογῶν, στρατηγοῖς τε ζοῖς σωιτωτάζοις ἀντιστρατεύομην, καὶ στρατιώτας ζοῖς μαχιμωτάζοις συμπλεκόμην, ὁ Μήδους καὶ Ἀρμενίους καταγωνιζόμην ὑποφεύγοντας, πρὶν δικαίαν τινὰ, καὶ ὡς ἔλαχιστα μαραδιδόντας ἀνὺ τὸ νικᾶν. Ἀλέξανδρος δὲ, πατρώαν ἀρχὴν παραλαβὼν, ἤυξησε, καὶ παραπολὺ ἐξέτεινε, κερδαλέως τῇ τῆς τύχης ὁρμῇ. ἐπειδὴ οὖν ἐνίκησέ τε, καὶ τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον Δαρεῖον ἐν Ἰσσοῖς τῇ Ἀρβήλοις ἐκράτησεν, ἄρξας τῶν πατρώων, προσκυνεῖσθαι ἠξίου. καὶ δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιήτησεν ἑαυτὸν, καὶ ἐμεθύετο ἐν ζοῖς συμποσίοις τὸς φίλους, καὶ σωιτωλμβάνειν ἐπὶ θανάτῳ. Ἐγὼ δὲ ἔρξα ἐπίσης τῆς πατρίδος,

vt eorum annulos modijs mensurari oportuerit, & ex cadaueribus pontes fluminibus fecerim. Atq; hæc omnia peregi nec [h] *Ammonis dictus filius, neq; Deum me fingens, aut matri insomnia narrans: sed me hominem fatebar, pugnabamq; contra duces magna prudentia, cõtra milites magna audacia atque fortitudine præditos: nõ aduersus* [i] *Medos, aut Armenios, qui antequam quispiam sequatur fugiunt, & facilè cuiuis audenti victoriam tradunt. Alexander verò* [k] *regni patris successor, & id fortunæ quodam impetu ampliauit: qui quum deuicto misero illo* [l] *Dario apud Issum & Arbelas victoriam cepit, antiquam ex patre cõsuetudinem omittens, adorari sese voluit, seséque ad Medorum delicias inuitari libenter tulit: atque* [m] *in conuiuijs amicos interemit, interficientibúsque auxilium tulit. Ego autem patriæ do-*

τρίδος, καὶ ἐπειδὴ μετεπέμπετο, τῶν πολεμίων μεγάλῳ στόλῳ ἐπιπλευσέντων τῆς Λιβύης, ταχέως ὑπήκουσα, καὶ ἰδιώτην ἐμαυτὸν παρέσχον, καὶ καταδικασθεὶς, ἠνέγκα εὐγνωμόνως τὸ πρᾶγμα. καὶ ταῦτ' ἔπραξα, βάρβαρος ὤν, καὶ ἀπαίδευτος παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς. καὶ οὔτε Ὅμηρον, ὥσπερ οὗτος, ἐρραψῴδουν, οὔτε ὑπ' Ἀριστοτέλει τῷ σοφιστῇ παιδευθεὶς, μόνῃ δὲ τῇ φύσει ἀγαθῇ χρησάμενος, ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ Ἀλεξάνδρου ἀμείνων φημὶ εἶναι. εἰ δ' ἔστι καλλίων οὗτοσί, διότι δαδήματι τὴν κεφαλὴν διεδέδετο, Μακεδόσι μὲν ἴσως καὶ ταῦτα σεμνά. οὐ μὴν διὰ τοῦτ' ἀμείνων δόξειεν ἂν γενναίου καὶ στρατηγικοῦ ἀνδρὸς, τῇ γνώμῃ πλέον, ἢπερ τῇ τύχῃ κεχρημένου. Μή. ὁ μὲν εἴρηκεν οὐκ ἀγεννῆ τὸν λόγον, οὐδ' ὡς Λίβυν εἰκὸς ἦν, ὑπὲρ αὐτοῦ. σύ δέ, ὦ Ἀλέξανδρε, τί πρὸς ταῦτα φῄς; Ἀλ, ἐχρῆν μὲν, ὦ Μίνως, μηδὲν πρὸς ἄνδρα οὕτω θρασύν. ἱκανὴ γὰρ ἡ φήμη

minatus sum: quæ quum me reuocaret, hostium magna classe aduersus Libyam nauigante, parui, continuoq; me hominem priuatum dedi & damnatus æquo animo rem tuli. Atque hæc egi n barbarus cùm essem, omnisq; Græcorum disciplinæ expers: & o neq; Homerum, vt hic, edidici, nec Aristotele sophista magistro eruditus fui, sed solùm mea natura optima sum vsus. Hæc sunt quibus me meliorem Alexandro esse puto. Si verò ea causa mihi hic præferendus est, quòd caput diademate ornauerit, id decorum forsan apud Macedones est: non tamen ob id præstantior hic videri debet generoso duce, & viro qui mentis sententia magis quàm fortuna est vsus: MIN. Hic certè orationē neq; ingenerosam, neque vt Libycum decebat, dixit: tu verò Alexander quid ad hæc inquis? ALEX. Oportet quidem, ô Minos, homini adeò temerario nihil respōdere. Sola enim te fama

φήμη διδάξαι σε, οἷος μὲν ἐγὼ βασιλεὺς, οἷος δὲ οὗτος λῃστὴς ἐγένετο. ὅμως δὲ ὅρα. εἰ κατ' ὀλίγον αὐτοῦ διήνεγκα, ὃς νέος ὢν ἔτι, πρῆλθον ἐπὶ τὰ πράγματα, καὶ τὴν ἀρχὴν τετραγμένην κατέσχον, καὶ τοὺς φονέας τοῦ πατρὸς μετῆλθον, καταφοβήσας τὴν Ἑλλάδα τῇ Θηβαίων ἀπωλείᾳ, στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθείς. οὐκ ἠξίωσα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων, ἀγαπῶν ἄρχειν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπινοήσας τὴν γῆν. καὶ δεινὸν, ἡγησάμενος, εἰ μὴ ἁπάντων κρατήσαιμι, ὀλίγους ἄγων, ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἐπί τε Γρανικῷ ἐκράτησα μεγάλῃ μάχῃ. καὶ τὴν Λυδίαν λαβὼν καὶ Ἰωνίαν καὶ Φρυγίαν, καὶ ὅλως τὰ ἐν ποσὶν ἀεὶ χειρούμενος, ἦλθον ἐπὶ Ἰσσὸν, ἔνθα Δραεῖος ὑπέμεινε. μυριάδας πολλᾶς στρατοῦ ἄγων. καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ὦ Μίνως, ὑμεῖς ἴστε ὅσως ὑμῖν νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. φησὶ γοῦν ὁ πορθμεὺς,

fama satis edocere potest, qualis hic latro habitus fuerit. Aduerte tamen an parum ipsum superauerim, qui cùm adolescens adhuc essem, rem aggressus, regnum obtinui, & de patris mei interemptoribus supplicium sumpsi. At quū [p] *Thebas subuertissem, toti Græciæ terror fui, ab ea dux electus. Neque dignum putaui, Macedonum regno me contentum esse, quod pater reliquerat: sed* [q] *totum terrarum orbem sitiui: durumq́ putans, nisi rerum omnium dominus essem, paucos quosdam mecum agens, in Asiam exercitum traduxi, & apud* [r] *Granicum magna pugna vici: Lydiam,* [s] *Ioniam, & Phrygiam cepi. Et tandem quæcunque transieram subiugans, veni ad Issum, vbi Darius me expectabat, infinitos exercitus secum agens. Posthæc, ô Minos, vos ipsi scitis quot ad vos vno die mortuos miserim. Dicit enim Charon, tunc sibi sca-*

μεὺς, μὴ δρκέσαι αὐτοῖς τότε τὸ σκάφος, ἀλλὰ σχεδίας δαπηξαμένους, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν δαπλεῦσαι, καὶ ταῦτα δὲ ἔπραττον, αὐτὸς πεκινδυνεύων, καὶ τιτρώσκεσθαι ἀξιῶν. καὶ ἵνα τοι μὴ τὰ ἐν Τύρῳ, μὴ δὲ τὰ ἐν Αρβήλοις διηγήσομαι, ἀλλὰ καὶ μέχεις Ινδῶν ἦλθον, καὶ τὸν Ὠκεανὸν, ὅρον ἐποιησάμην τῆς ἀρχῆς, καὶ τοὺς ἐλέφαντας αὐτῶν εἷλον, καὶ Πῶρον ἐχειρωσάμην. καὶ Σκύθας δὲ, οὐκ εὐκαταφρονήτους ἄνδρας, ὑπερβὰς τὸν Τάναιν, ἐνίκησα μεγάλῃ ἱππομαχίᾳ. καὶ τοὺς φίλους εὖ ἐποίησα, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμυνάμην. εἰ δὲ καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώποις, συγγνωστοὶ ἐκεῖνοι, παρὰ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων, καὶ τοιοῦτόν τι πιστεύσαντες περὶ ἐμοῦ. τὸ δ' οὖν τελευταῖον, ἐγὼ καὶ βασιλεύων ἀπέθανον: οὗτος δὲ ἐν φυγῇ, παρὰ Προυσίᾳ τῷ Βιθυνῷ, καθάπερ ἄξιον ἦν, πανουργότατον καὶ ὠμότατον ὄντα. ὡς γὰρ δὴ ἐκράτησε τῶν Ιταλῶν, ἐῶ λέγειν· ὅτι οὐκ ἰσχύϊ, ἀλλὰ

bi scapham non suffecisse; sed ratibus compositis illorum plerosq; se transportasse. Atque hæc confeci me ipsum periculis opponens, & in pugna vulnerari non timens. Et vt quæ apud [t] Tyrum & Arbelas gesta sunt, omittam, vsque [u] ad Indos veni; atq; [x] Oceanum mei regni terminum feci, & illorum hominum elephantes cepi, ac [y] Porum captiuum abduxi. Scythas verò homines certè non spernendos, [z] Tanaim transiens, magna equitum pugna vici: ac amicos meos remuneraui, inimicos autem vltus sum. Si verò Deus hominibus videbar, parcendum illis erat. Nam rerum magnitudine, vt tale aliquid de me crederent, inducti sunt. A Tandem mors me regem occupauit. Hic autem Hannibal apud Prusiam Bithyniæ exulauit, vt crudelissimo & pessimo homini conueniens erat. Nam quo pacto Italos vicit, omitto dicere: nam

ἀλλὰ πονηρίᾳ καὶ ἀπιστίᾳ καὶ δόλοις. νόμιμον γὴ πέφανται ἐμοὶ μὲν ἐπεὶ δέ μοι ὠνείδιστο τῷ πρωΐ, ἐπιλελῆσθαί μοι δοκεῖ οἷα ἐποίει ἐν Καπύῃ, ἐταίρας σιωῶν, καὶ τὸς ἅ πολέμους καὶ ῥᾳδίως ὁ θαυμάσιος καθυπερθῶν. ἐγὼ γ', ἢ μὴ μικρὰ τὰ ἐσπέρια δόξας, ἐπὶ τῷ ἕω μᾶλλον ὥρμησα, εἰ ἀνυτέον ἔπραξα, Ἰταλίαν ἁπαμαπᾶ λαβὼν, καὶ Λιβύλω, καὶ τὰ μέχει Γαδείρων ὑπαγόμενος; ἀλλ' ὑπ' ἀξιόμαχα ἔδοξέ μοι ἐπεῖνα, ὑποπτεύοντα ἤδη, καὶ ἀποστῆναι ὁμολογοῦντα. ἔρημα. σὺ γ', ὦ Μίνως, δίκασον ἱκανὰ γὰρ ἀκροωμένῳ καὶ ταῦτα. Σκ. μὴ πρότερον, ἢν μὴ καὶ ἐμοῦ ἀκούσῃς. Μί. τίς γὰρ εἶ, ὦ βέλτιστε; ἢ πόθεν ἦρ ἰρεῖς; Σκ. Ἁλιτώτης Σκιπίων, σφαλὴς ὁ ἀθλιὸς Καρχηδόνα, καὶ λατάσας Λιβύων μεγάλας μάχας. Μί. τί ἦν καὶ σὺ ἰρεῖς; Σκ. Ἀλλ

nam non virtute, sed malitia atq; perfidia & dolis id peregit, nunquam aut alicuius claritudinis aut iusti memor. Sed quoniam quòd delicioſè vixerim, vituperauit, oblitus mihi videtur eorum quæ apud Capuam admiserit. Ibi enim mulieribus deditus fuit, & voluptatibus, viriſte mirabilis, belli gerendi occaſiones prodidit. Ego verò niſi ea quæ ſub Occidente ſunt, parua quidem putans, verſus Orientem me impuliſſem, quidnam adeò magni perfeciſſem? Quî Italiam abſq; ſanguine capere, ac Libyam, omnemq; eam oram B vſq; ad Gades, ſub potestatem redigere facilè potuiſſem? Sed hæc ego tanta contentione digna non putaui, præſertim iam antea illis perculſis, ac dominum me agnoſcentibus. Dixi. Tu verò

Minos iudica. nam & hæc è multis protuliſſe ſatis eſt. SCI. Non, niſi me quoq; prius audias, ô Minos. MIN. Quis tu, vir optime, es, aut vnde, quod hiſce claris ducib. te conferre audes? SCI. Scipio Romanus, q Carthaginẽ deleui, C & Afros multis magnis prælys deuici. MIN. Quid igitur & tu dicis?

SCIP.

Σκ. Αλεξάνδρου μὲν ἥττων εἶναι, τοῦ δ' Αννίβου ἀμείνων, ὃς ἐδίωξα νικήσας αὐτὸν, καὶ φυγεῖν καταναγκάσας ἀτίμως. πῶς οὖν οὐκ ἀναίσχυντος οὗτος, ὅς πρὸς Αλέξανδρον ἁμιλλᾶται, ᾧ οὐδὲ Σκηπίων ἐγὼ, ὁ νενικηκὼς αὐτὸν, παραβαλλεσθαι ἀξιῶ; Μί. νὴ Δί' εὐγνώμονα φῄς, ὦ Σκηπίων, ὥστε πρῶτος μὲν κεκρίσθω Αλέξανδρος, μετ' αὐτὸν δὲ σὺ, εἶτα εἰ δοκεῖ, τρίτος Αννίβας, οὐδὲ οὗτος εὐκαταφρόνητος ὤν.

SCIP. *Alexandro quidem minorem esse me, Hannibale autem præstantiorem, vt qui ipsum persecutus fuerim, & ad turpem fugam compulerim. Quomodo igitur non impudens iste videatur, qui cum Alexandro sese comparet, cui ne ipse quidem Scipio, qui istum deuici, comparare me ausim?* MIN. *Per Iouem æqua dicis Scipio: quapropter primus quidem iudicetur Alexander; deinde post illum tu: atq; tū, si placet, tertius hic Hannibal, quippe qui nec ipse contemnendus existat.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

O' Lybice.] *Lybicus adiectiuum à Libya tertia parte totius orbis, quam & Africam dicimus, vnde Libs ventus flat. Annibalem autem Carthaginensium ducem Amilcaris filium Libycum vocat.* b Minos.] *Apud inferos animarum iudex.* c Vicissim.] ἐν μέρει. i. μερικῶς, *seorsim aut vicissim.* d Celtiberos.] *Ad Iberum Hispaniæ fluuium populos.* e Magnos montes.] *In Alpibus occurrentem sibi Titum Sempronium consulem apud Trebiam profligauit. Flaminium cons. fudit ad Trasimenū lacum cæsis 15000. Romanorum. Liu. 4. Eutr. 3.* f Eridanum.] *Ita iæ fluuium è Vesulo monte in mare Adriaticum influentem, qui hodie dicitur Padus, omnium fluuiorum maximus.* g Romanos cecidi.] *Præter illos ad Trasimenum, ad Cannas, ad quadraginta millia peditum, & duo millia*

millia supra septingentos equites, cæsa dicuntur. *h* Ammonis dictus filius.] *Alexander Macedo Iouis Ammonis filius fabulosè creditus, de quo in sequenti Dialogo Diog. & Alexandri.* *i* Medos aut Armenios.] *Populi sunt Asiæ à Media & Armenia regionibus, de quibus pòst in Dial. Philip. & Alex.* *k* Regni patris successor.] *Philippi Macedonum regis. Dicentibus autem pueris Alexandro: Hæc omnia tibi parat pater. Quid profuerit, inquit Alexander, si multa possidens agam nihil?* *l* Dario.] *Darium Persarum regem subegit.* *m* In conuiuijs amicos interemit.] *Clytum, Callisthenem, & alios.* *n* Barbarus cùm essem.] *Hic colligere licet, omnes gentes præter Græcos olim barbaros fuisse habitos.* *o* Neque Homerum edidici.] *Adeò delectatus est Homero, vt illum ad verbum edidicerit, ac dormiens etiam ceruicale suppositum haberet.* *p* Thebas quum subuertissem.] *Thebanos vicit ac vendidit. Diod. Iustin. Plutarch.* *q* Totum terrarum orbem sitiui.] *Cùm Anaxagoram audisset differentem, innumerabiles Mundos esse, illachrymasse dicitur, addendo, annon videor meritò flere, qui cùm Mundi sint innumerabiles, nos nondum vnius domini facti sumus.* *r* Granicum.] *Granicus Bithyniæ fluuius, illa pugna nobilis, in qua sexcenta millia Persarum cæsa fugataq; sunt ab Alexandri exercitu non maiori triginta millibus peditum, & equitum millibus quatuor & quingentis.* *s* Ioniam.] *Asiæ minoris regionem vt Phrygia.* *t* Tyrum.] *Qui in mari rubro fuit. Plin. l. 5. c. 19. Diod. l. 17. Curt. libr. 4.* *u* Ad Indos veni.] *Orientalis regionis populos. Quorum India quinq; millia oppidorũ fuit, & elephantis abũdat.* *x* Oceanum.] *Oceani nomine propriè intelligitur vastissimũ illud mare, quo vniuersus ambitur orbis terrarum.* *y* Porum.] *Indiæ regem miræ proceritatis, à suorum postea dolo interemptus.* *z* Tanaim transiens.] *Scythiæ fluuium, Asiam ab Europa diuidentem.* *A* Tandem me regem mors occupauit.] *A Pyrrho occisum.* *B* Vsq; ad Gades.] *Insulas, vltra finem Beticæ prouinciæ, & in extremo nostri orbis versus occidentem, vbi Europa ab Africa dirimitur.* *C* Afros.] *Scipio nihil è tantis victorijs & hostium spolijs, ingratæ patriæ cedens, quàm Africani cognomen retulit.*

IOANNIS SAMBVCI
ANNOTATIONES.

Ἀγωνιστικὸς, ἢ ἐριστικὸς περὶ τῆς προκρίσεως, καὶ οἱονεὶ πρωτοκλισίας.

Hi tres contendunt præstantes robore quondam,
Præferri nullus vult aliúmve sibi.
Tristis decernit Minos, & iurgia soluit,
Certo constituens ordine quemq; loco.

O' LIBYCE.] *Initium contentionis, cuius arbitrum Minoën constituunt.* Imò verò me.] ἐξέτασις τοῦ δικατοῦ. Iudicet ergo Minos.] ἔπαινος καὶ διάσκεψις τῆς ἔριδος. De præstantia.] *Expositio rei.* Ego verò quemadmodum.] κατάστασις τοῦ συγκρίσεως. Dicat ergo.] πρόσταξις. Vnum hoc me iuuat.] *Hannibalis κάυχησις, primùm quòd linguæ Græcæ peritus sit.* Potrò illos maximè.] *Maior γνωμική.* Ego igitur cum paucis.] προσυλλογισμὸς τῆς ἐλάττονος προτάσεως κατ' ἀπαρίθμησιν τῶν πράξεων ἐνδόξων τοῦ ἀνίβου. Quæ hæc omnia.] αὔξησις *rerum à se gestarum, quas proprias sibi vendicat.* Non aduersus.] *Comparatio.*] Alexander.] ἀνταπόδοσις, *id est, altera contentionis pars, cum extenuatione rerum ab Alexandro gestarum, & vituperatione personæ eius.* Ego autem.] *Redit ad suam personam.* Libyam nauigante.] *Minor propositio.* Atque hæc egi.] αἰτία ποιητικὰ *continens* σύνεργα καὶ αὐτοτελῆ. Hæc sunt.] *Conclusio.* Si veró.] *Occupatio.* Id decorum. ἡ λύσις. Hic certè orationem.] *Iudex* ἐπικρίσει *laudat orationem Hannibalis, & rogat sententiam Alexandri.* Oportet quidem.] *Exorditur à criminatione aduersarij.* Sola enim.] *Ratio.* Aduerte tamen.] ἀξίωσις. At cùm Thebas.] διήγησις κατ' ἀπαρίθμησιν. Neque dignum putaui.] *Enumeratio rerum ab Alexandro Magno gestarum.* Post hæc ô Minos.] ἐπιμαρτηρία ἐν τῇ ὑπερβολῇ κατ' ἀποστροφήν. Atque hæc confeci.] αὔξησις. Et vt quæ.] παραλείψει. *continuat narrationem.* Si verò Deus.] *Occupatio.* Nam rerum.] *Ratio à causa.* Hic autem Hannibal.] ἀνταπόδοσις λοιδορίαν ἔχουσα. Non virtute.] παράλειψις. Sed quoniam.] *Occupatio per*

ἀντιδια-

αὐτιδιαβολήν. Ego verò.] *Redit κυκλοειδῶς ad suas res gestas.* Tu verò Minos.] *Clausula.* Non nisi me quoque.] *Interpellatio Scipionis.* Quis tu, vir optime, es.] *Rogatio de persona, & responsio.* Alexandro quidem minorem.] *Comparatio sui cum illis duobus.*] Qui ipsum persecutus.] ἀφήγησις. Quomodo igitur.] *A maiori ad minus.* Per Iouem.] ἐπίκρισις *Minois. suum enim fert iudicium de singulis.*

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ
καὶ Ἀλεξάνδρου.

DIOGENIS
& Alexandri.

Erasmo Roterodamo interprete.

DIOGENES.

Τί τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε; καὶ σὺ τέθνηκας, ὥσπερ ἡμεῖς ἅπαντες; Αλ. ὁρᾷς, ὦ Διόγενες. οὐ πρᾶδιον δὲ, εἰ ἄνθρωπος ὢν, ἀπέθανον. Διο. οὐκοῦν ὁ Ἄμμων ἐψεύδετο, λέγων ἑαυτοῦ σε εἶναι υἱὸν, σὺ δὲ Φιλίππου ἄρα ἦσθα; Αλ. Φιλίππου δηλαδὴ: οὐ γὰρ ἂν ἐτεθνήκειν, Ἄμμωνος ὢν. Δι. καὶ μὴν καὶ περὶ τοῦς Ολυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτοῦ, καὶ βλέπεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ, εἶτα οὕτω σε τεχθῆναι.

Quid hoc rei [a] Alexander? itáne defunctus es tu quoque, perinde atq; nos omnes? ALE. *Vides nimirum Diogenes: tametsi mirandum non est, si homo cùm fuerim, defunctus sum.* DIOG. *Num ergo Iuppiter ille Hãmon mẽtiebatur, quum te suum esse filiũ diceret? an verò tu Philippo patre prognatus eras?* ALE. *Hauddubiè Philippo. neq; enim obijssem, si Hãmone parente fuissem progenitus.* DIOG. *Atqui de Olympiade etiam consimilia quædam ferebantur, puta draconem quendam cum ea fuisse congressum, visumq; in cubiculo: ex eo grauidam peperisse te.*

ἢ Φίλιππον ἐξαπατῶσι, οἰόμενον πατέρα σε εἶναι. Αλ. κἀγὼ ταῦτα ἤκουον, ὥσπερ σύ. νῦν δὲ ὁρῶ, ὅτι οὐκ ὑγιὲς ὅτι ἡ μήτηρ, ὅτι οἱ τοῦ Ἀμμωνίου προφῆται ἔλεγον. Δι. ἀλλὰ τὸ ψεῦδος καὶ αὐτὸ ἔκαμνόν σοι, ὦ Ἀλέξανδρε, πρὸς τὰ πράγματα ἐχρήσιμον, ὅτι σοι ἐδόκουν θεὸν εἶναι σε νομίζοντες. ἀτὰρ ἀπιμοι, τίνι τῶν σῶν αὐτοῦ ἀρχῶν καταλιπόντα; Αλ. ἐκ οἶδα, ὦ Διόγνες· οὐδέ ἐφθάσθη ἐπισκῆψάί τι περὶ αὐτοῦ, ἢ τόδε μόνον, ὅτι ἀποθνήσκων, Περδίκκᾳ τῇ Λακτυλίου ἐπολλώνα. πλὴν ἀλλὰ τί γελᾷς, ὦ Διόγνες; Δι. τί γάρ, ἢν ἀνεμνήσθω οἷα ἐποίει ἡ Ελλὰς, ἄρτι σε προσκυνοῦσα τῷ ἀρχῇ, καὶ προσκυνοῦντος, καὶ πρεσβεύοντος ἀμφοῖν, καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. ἔνιοι δὲ καὶ ἐς δώδεκα θεοῖς προσθῶσιν, καὶ νεὼς οἰκοδομήσονται, καὶ θύσουσιν ὡς δράκοντι τῷ υἱῷ; ἀλλ'

porrò Philippum errare, fallíq; , qui se tuum patrem esse crederet. ALEX. Audieram quidem & ipse ista, quemadmodum tu: at nunc video, neq; matrem neque [b] Hammonios illos vates sani quicquam aut veri dixisse. DIO. Attamen istud illorum mendacium, Alexãder, ad res gerendas haudquaquam tibi fuit inutile, propterea quòd vulgus te verebatur, metuebatq;, quum Deum esse crederet. Sed dic mihi, cuinam tam [c] ingens illud imperium moriens reliquisti? ALEX. Id equidem ignoro, Diogenes. celerius enim è vita submouebar, quam vt esset ocium de illo quicquã statuendi, præter id vnum quòd moriens [d] Perdiccæ annulũ tradidi. Sed age, quid rides Diogenes? DIO. Quid ni rideam? ánnon meministi quid Græci fecerint, quum nuper tibi arrepto imperio adularentur, principemq; ac ducem aduersus Barbaros deligerent, nonnulli verò in duodecim [e] deorũ numerum referrent, ac phana constituerent, deniq; sacra facerent tanquam Draconis filio?

Sed

ἀλλ' εἰπέ μοι, πῦ σε οἱ Μακεδόνες ἔθαψαν; Αλ. ἔτι ἐν Βαβυλῶνι κεῖμαι, τρίτην ταύτην ἡμέραν. ὑπισχνεῖται δὲ Πτολεμαῖος ὁ ὑπασπιστὴς, ἤν ποτε ἀγάγῃ σχολὴν ἀπὸ τῶν θορύβων τῶν ἐν ποσὶν, ἐς Αἴγυπτον ἀπαγαγών με, θαψειν ἐκεῖ, ὡς γενοίμην εἷς τῶν Αἰγυπτίων θεῶν. Δι μὴ γελάσω, ὦ Αλέξανδρε, ὁρῶν ἐν ᾅδου ἔτι σὲ μωραίνοντα, καὶ ἐλπίζοντα Αννουβιν ἢ Οσιειν γενέσθι; πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ θειότατε, μὴ ἐλπίσῃς. οὐ γὰρ θέμις ἀνελθεῖν τινα τῶν ἅπαξ διαπλευσάντων τὴν λίμνην, καὶ ἐς τὴν εἴσω τοῦ στεμίου παρελθόντων, οὐ γὰρ ἀμελοῦς ὁ Αἰακὸς, οὐδ' ὁ Κέρβερος ἐνκαταφρόνητος. ἐκεῖνα δὲ ἡδέως ἂν μάθοιλι πρὰ σοῦ, πῶς φέρεις, ὁπότ' ἂν ἐννοήσῃς, ὅσην εὐδαιμονίαν ὑπὲρ γῆς ἀπολιπὼν, ἀφῖξαι, σωματοφύλακας, καὶ ὑπασπιστὰς, καὶ Σατράπας, καὶ χρυσὸν τοσοῦτον, καὶ ἔθνη προσκυνοῦντα, καὶ Βαβυλῶνα, καὶ Βακτρα,

Sed illud mihi dicito, [f] *vbi te sepelierunt Macedones?* ALEX. *Etiã dum in* [g] *Babylone iaceo, tertium iam diẽ: porrò Ptolemæus ille satelles meus, si quando detur ocium ab his rerum tumultib. quinunc instant, pollicetur in* [h] *Aegyptũ deportaturũ me, atq; inibi sepulturũ, quò videlicet vnus fiã* [i] *ex dijs Aegiptijs.* DIO. *Non possum nõ ridere Alexãder, qui quidem te videam etiã apud inferos desipientem, sperantẽq; fore vt aliquando vel Anubis fias, vel Osiris. Quin tu spes istas omittis, ô diuinissime?* [k] *neq; enim fas est reuerti quenquam, qui semel paludem transmiserit, atq; intra specus hiatum descenderit, propterea quòd neq; indiligens est* [l] *Aeacus, neq; contemnendus* [m] *Cerberus. Verùm illud abs te discere peruelim, quo feras animo quoties in mentem redit, quanta felicitate apud superos relicta huc sis profectus, puta corporis custodibus, satellitibus, ducibus, tum auri tanta vi, ad hoc populis qui te adorabant: prætereà Babylone,* [n] *Bactris:*

καὶ τὰ μεγάλα θηρία, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι ἐλαύνοντα, δὰ δεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, πορφυρίδα ἐμπεπορπημένον. οὐ λυπεῖ ταῦτά σε ἡ τὴν μνήμην ἰόντα; τί δακρύεις ὦ μάταιε; οὐ δὲ ταῦτά σε ὁ σοφὸς Ἀριστοτέλης ἐπαίδευσε, μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι τὰ παρὰ τῆς τύχης. Αλ. σοφὸς, ἁπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος ὤν. ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀριστοτέλους εἰδέναι, ὅσα μὲν ἤτησε παρ' ἐμοῦ, οἷα δ' ἐπέστελλεν, ὡς δὲ κατεχρῆτό μου τῇ περὶ παιδείαν φιλοτιμίᾳ, θωπεύων καὶ ἐπαινῶν, ἄρτι μὲν ἐς τὸ καλλος, ὡς καὶ τοῦτο μέρος ὂν τἀγαθοῦ, ἄρτι δ' ἐς τὰς πράξεις, καὶ τὸν πλοῦτον. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτ' ἀγαθὸν ἡγεῖτ' εἶναι, ὡς μὴ αἰσχυνοίτο καὶ αὐτὸς λαμβάνων. γόης, ὦ Διόγενες, ἄνθρωπος, καὶ τεχνίτης.

immanibus illis belluis, dignitate, gloria: deinde quòd eminebas conspicuus, dum vectareris dum [o] amiculo candido caput haberes reuinctum, dum purpura circumamictus esses: nunquid hæc te discruciant, quoties recursant animo? Quid lachrymaris, stulte? annón id te sapiens ille docuit [p] Aristoteles, ne res eas quæ à fortuna proficiscantur, stabiles ac firmas existimares? ALEX. Sapiens ille? quum sit assentatorum omniũ perditissimus. Sine me solum Aristotelis facta scire, quàm multa à me petierit, quæ mihi scripserit: deinde quemadmodum abusus sit mea illa ambitione, qua cupiebam eruditione cæteris præstare, quum mihi palparetur interim, ac prædicaret me nunc ob [q] formam, tanquam & ipsa summi boni pars quædam esset: nunc ob res gestas atque opes: nam has quoque in bonorum numero collocandas esse censebat, ne sibi vitio verteretur quòd eas acciperet. Planè præstigiosus vir ille quidem erat, ac fraudulentus, ô

της. πλὴν ἀλλὰ τοῦτό γε ἀπολέλαυκα αὐτοῦ τοῦς σοφίας, τὸ λυπεῖσθαι ὡς ἐπὶ μεγίστοις ἀγαθοῖς, ἃ κατηριθμήσω μικρῷ γε ἔμπροσθεν. Διο. ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσεις. ἄκος γάρ σοι τῆς λύπης ἀποθήσομαι, ἐπεὶ ἐνταῦθά γε ἐλλέβορος οὐ φύεται. σὺ δὲ ἡ αὐτὸ Λύθης ὕδωρ χανδὸν ἐπισπασάμενος πίε, καὶ αὖθις πίε, καὶ πολλάκις: οὕτω γὰρ ἂν παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. καὶ γὰρ καὶ Κλεῖτον ἐκεῖνον ὁρῶ, καὶ Καλλισθένη, καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐπὶ σὲ ὁρμῶντας, ὡς διασπάσαιντο, καὶ ἀμύναιντο σε ὧν ἔδρασας αὐτούς. ὥστε τὴν ἑτέραν σὺ ταύτην βάδιζε, καὶ πῖνε πολλάκις, ὡς ἔφην.

tus, ô Diogenes: quanquam illud fructus scilicet ex illius sapientia fero, quod nunc perinde quasi [r] summis de bonis excrucior, ob ista quæ tu paulò antè commemorâsti. DIO. An scin' quid facies? ostēdam tibi molestiæ istius remedium. Quandoquidem in his locis [s] veratrum non prouenit, fac vt [t] Lethæi fluminis aquam auidis faucib. attrahens bibas, iterūq; ac sæpiùs bibas: atq; eo pacto desines de bonis Aristotelicis discruciari. Verùm enim [u] Clitū etiam illū & [x] Callisthenem video, cumq; his alios complureis raptim huc sese ferentes, quò te discerpant, pœnasq; sumant ob ea quæ quondam in illos commisisti quare fac in alteram hanc ripam te conferas, & crebriùs, vt dixi, bibas.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

OMnes reges cùm moriuntur, vnà cum vita exuuntur omni potestate. Diogenes Alexandrum fatigat.

a ALEXANDER] *Rex Macedonum, Philippi & Olympiadis filius, longè omnium excellentissimus fuit, cui rebus actis & auctis,* Magni *inditum est nomen. A nonnullis tamen traditum est, sed fabuloso quodam commento, Hammone (ita Iouem nuncupant) qui sub serpentis specie cum matre consuetudinem habuerit, eum genitum fuisse. Iupiter autem in speciem arietis in Libya colebatur, quòd sitienti Libero patri in Arabiæ desertis, Iouemq; imploranti, apparuerit in forma arietis, qui terram concutiens pedibus fontem ostenderit. Quamobrem templo illic ædificato, Ioui Ammoni, hoc est, Arenario consecrauit. Græci enim ἄμμον arenam vocant. De Ammonis delubro & oraculo Plin. lib. 6. cap. 19. lib. 5. cap. 5. Lucianus lib. 9. & Curt. lib. 4.* b Hammonios illos.] *Illud autem dæmonis prodigiosi ludibrij miraculum est, gestantes simulachrum sacrificos quò Dei nutus monstret, eò sua sponte, vel (vt Curtius scribit) αὐτομάτως ferri. Hos sequuntur matronæ virgines q;, pæanas & inconditum quoddam carmen cantillantes, quo Iouem propitiari credunt, vt certum edat oraculum. Huius loci celebritate motus Alexander, profectus est ad sacrarium Hammonis. inde in deserta Libyæ & inaquosa progressus, arenosam & vastam eam solitudinem offendit. In sacrario à vatibus obuijs honorificè exceptus fuit. Vnus porrò sacerdotum, cùm adeuntem Alexandrum Græcè cuperet salutare, ac παῖδιον, id est, filiole vellet dicere, per barbarum πάϊ διὸς inquit, id est, Iouis fili. Vnde cœlestis originis captata creditur gratia, cui initia error dederit. Lege Lucianum de Astrologia.* c Ingens illud imperium.] *Græciæ. Imperator dictus est, Thebanos vicit, Darium Persarum regem subegit, Babyloniam & Susam accepit, Persepolim diripuit, Cossæos fregit, cum exercitu in Asiam traiecit, ad Granicum Persas superauit: Sardum, Miletum & Halicarnassum cepit. Terris omnibus vsq; ad Phrygiam deuictis, Ciliciam obtinuit. Denique celebrato Hephæstionis funere*

mortuus

florentissimum decerpsit, aetatisque partem maximè frugiferam, ac præcipuum corporis vigorem detriuit, iámque te lacerum panniculum reddiderit, tum modis omnibus circumspicit in quod sterquilinium te portatum abiiciat, atque alium perferendis laboribus idoneum, in tuum substituat locum. Ibi insimulatus vel quòd pustionem illius tentaris, vel quòd homo senex vxoris ancillam virginem vitiaris, vel alio quouis impositio crimine, noctu obuolutus ac præceps datus extruderis, discedisque desertus ab omnibus, atque omnium inops rerum, optimam & podagram vnà cum senecta comitem ducens: cùm interim quæ quondam scieueris, tanto temporis spacio dedidiceris, tum ventrem culeo reddideris ampliorem, tibique paraueris inexplebile quoddam & implacabile malum. Etenim gula, ea quibus assueuit, flagitat: quæ cùm negantur, indignatur. Adde, quòd præterea nemo te posthac receptaturus est

ἄδικ γεγονότα, καὶ τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐοικότα, ὧν ἀπὸ τοῦ δέρματος ὁμοίως κήσιμον, ἄπωστε, καὶ ἥκιστα ἀφθονίᾳ ἀβολῆ, πρὸς τὸ μᾶλλον ἀκαλόμενον, μοιχὸν ἢ φαρμακέα σε, ἢ τι τοιοῦτον ἄλλο λοκᾶν ποιεῖ· ὁ μὲν γὰρ κατήγορος καὶ σιωπῶν ἀξιόπιστος· σὺ δ' ἔτι λέγων, καὶ ῥᾳδίως τὸν τρόπον, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀδικίαν εὐκόλως. τοιούτους γὰρ ἅπαντας ἡμᾶς εἶναι οἴονται, καὶ μάλα ἀκότως. δοκῶ γάρ μοι καὶ τῆς τοιαύτης δόξης αὐτῶν, ὦ ἔχουσι περὶ ἡμῶν, κατανενοημένα τὴν αἰτίαν. πολλοὶ γὰρ οἱ εἰς τὰς οἰκίας πρίν τι βούτου, πρὶν τὸ μηδὲν ἄλλο κήσιμον εὑρεῖν, μαντείας καὶ φαρμακείας ὑπέσχοντο, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἀπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ταῦτα πεπαιδεῦσθαι λέγοντες, καὶ πρόσωπας, ἀμπεχόμενοι, καὶ πώγωνας οὐκ ἀπαταφρονήτους λαθεμένοι. ἀκότως

in familiam, vipote cuius iam præterierit ætas, quiq; similis euaseris equis senio affectis, quorum ne pellis quidem perinde vt aliorum animantium est vsui. Quin ex hoc ipso quòd eiectus es, i calumnia quàm potest proximè ad verisimilitudinem conficta, facit vt aut adulter, aut veneficus, aut aliud quippiam tale videaris. Nam accusatori vel tacenti fides habetur: tu verò Græculus, moribus leuibus, & ad omne facinus facilis. Siquidem huiusmodi nos omnes esse ducunt, idque iure optimo. Videor enim mihi causam aduertisse quamobrem eiusmodi de nobis obtineant opinionem. Nam plerique qui in familias accedunt, propterea quòd alioqui nihil bonæ rei didicerunt, diuinationem ac maleficia profitentur, conciliationem amorum, abductiones in hostes: atque id quum faciunt, doctos sese affirmant, pallijs amicti, barbisq; neutiquam contemnendis onusti

His,

ἀκότως οὖν τὴν ὁμοίαν περὶ πάντων ὑπόνοιαν ἔχουσιν, ὃς ἀείσους ὤουλε, διὸ τους ὁρῶν τις, καὶ μάλιστα ἐπιτηροῦντος αὐτῶν τὴν ἐν δῖς διάνοιαν, καὶ τῇ ἄκρᾳ ξυνουσίᾳ κολακείαν, καὶ τὸ πρὸς τὸ κέρδος δουλοπρέπειαν. ἀρσασαμένοι δὲ αὐτὰς μισοῦσι, καὶ μᾶλλον ἀκότως, καὶ ἐξ ἁπάντος ζητοῦσιν, ὅπως ἀρδὴν ἀπολέσωσιν, ἢν δύνωνται. λογίζονται γὰρ, ὡς ἐξαγορεύσειν αὐτῶν τὰ κρυπτὰ ἐκεῖνα τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα, ὡς ἅπαντα εἰδότων ἀκριβῶς, καὶ γυμνὰς αὐτὰς ἰδωπολικότων. τοῦτο δίνυν ἀφανίζειν αὐτούς. ἅπαντων γὰρ ἀκριβῶς ὁμοίοι εἰσὶ τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσῆ μὲν οἱ ὀμφαλοί, πορφυρᾶ δ' ἔκτοσθεν ἡ διφθέρα, τὰ δ' ἔνδοθεν, ἢ Θυέστης ἐστὶ, τῶν τέκνων ἑστιῶν, ἢ Οἰδίπους, τῇ μητρὶ ξυνὼν, ἢ Τηρεὺς, δυοῖν ἀδελφαῖν ἅμα ὀπυίων τοῦτοι καὶ αὐτοί εἰσι, λαμπροὶ καὶ περίβλεπτοι,

His rebus sit, vt non iniuria eandem de reliquis omnibus habeant opinionem, quando eos quos præcipuos esse iudicant, videant tales: maximè verò posteaquam animaduerterint quam sint in conuiuijs reliquóque conuictu adulantes, quàm ad lucrum humiles ac seruiles. Deinde eiectos eosdem iam oderunt: neque id iniuria: ac modis omnibus adnituntur, vt eos funditùs perdant, si quo modo possint. Verentur enim, ne cuncta illa vitæ suæ mysteria in vulgus efferant, quippe qui nihil non exactè norint, quique illos nudos conspexerint. Ea res igitur illos malè angit. Omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris, quorum aurei quidem vmbilici, purpurea foris pellis: cæterùm intus aut Thyestes est, liberos in conuiuio comedēs, aut κ Oedipus matris maritus, aut λ Tereus cum duabus pariter sororibus rem habens. Eiusmodi sunt ϖ illi, splendidi, conspicuique: porrò intus

πλοι, ἔνδον δ' ὑπὸ τῇ πορφύρᾳ πολλὴν τὴν παραφθορὰν σκέπουσιν. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν ἢν ἐξελύσῃς, δράμα ἢ μικρὸν εὑρήσεις Εὐριπίδου τινὸς, ἢ Σοφοκλέους τὰ δ' ἔξω. πορφύρα ἀναθὺς καὶ χρυσοῦς ὁμφαλός. ταῦτ' οὖν ξυνιστάμενοι αὐτοῖς μισοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσιν, εἴ τις ἀφελὼν ἀπεβῶς, καταγνοίη τὰ αὐτῶν ἐπιφαφθάσῃ, καὶ πᾶς πολλὰ ἐρεῖ. βούλομαι δ' ὅμως ἔγωγε, ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος, ἀκόνα τινὰ τῇ σῇ τέχνῃ σε βίβλῳ γράψαι, ὅπως εἰς αὐτὴν ἀφικνῇ ποτε, αἴσῃ ἂν σοι πρόσοδον δοίην εἰς αὐτήν. εἰδείης μὴν Ἀπιμῆ τινος, ἢ Παρράσιου ἢ Ἀετίωνος, ἢ μὴ Εὐφράνορος ἂν ἐθελήσαι ἐπὶ τὴν γραφήν. ἐπεὶ δ' ἄπορον ταῦτα εὑρεῖν τινα ἔτι γοναῖον, μὴ ἀκαιρότερον ᾖ λέγειν, ψιλὴν, ὡς οἷόν τε, σοι ἐπιδείξω τὴν ἀκόνα μὴ διαγράφων πολλὰ μὴ ὑψηλὰ μὴ ἐπίχρυσα

rò intus ſub purpura varias occulunt tragœdias. Quorum vnumquemque ſi euolueris, explicueriſque, fabulam non mediocriter longam reperies Euripidis cuiuſpiam, aut Sophoclis. Contrà foris nihil niſi purpura ſplendida, aureique vmbilici. Harum itaque rerum ſibi conſciÿ oderunt illos, atque inſidias parant ſi quis penitus ab illis defecerit, qui eos probè cognitos depingat, qualeſq; ſint, euulget. Iam verò libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginem quandam huius vitæ tibi depingere, vt eam contemplatus, ſcire queas num ex vſu tuo ſit eam adire. Equidè magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrhaſium, vel Actionem, vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verùm quoniam fieri potis non eſt, vt aliquem artificem tam egregium atq; abſolutum nanciſcamur, in præſentia tenuem quandam pro mea virili imaginem adumbrabo. Ego pingatur veſtibulum ſublime, atque

πίχυς, καὶ μὴ λαῖτω ἐπὶ τῷ ἐδάφους, ἀλλ' ἄνω τῆς γῆς ἐπὶ λόφου λείμακος· καὶ ἡ ἄνοδος ἱππολυτὸς καὶ ἀνευτυγὴς, καὶ ὀλισθηρὸν ἔχουσα, ὡς πολλάκις ἤδη πρὸς τὸ ἄκρῳ ἴσεσθαι ἐλπίσαντας ἐκπαγλίως θλῶσαι, διαμαρτόντας δὲ τοῦ πόδος. ἔνδον δὲ ὁ Πλοῦτος αὐτὸς καθήμενος, χρυσοῦς ὅλος, ὡς δοκεῖ. πάνυ εὐμορφος, καὶ ἐπίρατος. ὁ δ' Ἔρως μόγις ἀνελθὼν, καὶ πλησιάσας τῇ θύρᾳ, τυφλὸν τὸ ἀφορῶν ἐς τὸ χρυσίον. πρὸ αὐτοῦ ἡ Ἐλπὶς, ὑπρόσωπος καὶ αὐτὴ, καὶ ποικίλα ἀμπεχομένη ἐδήτω, σφόδρα ἐκπεπληγμένον τῇ ἀσόλῳ. τὸν τοιοῦτον δὲ ἡ Ἐλπὶς ἀεὶ πρὸ ἡνιόχου προσελθοῦσα ἅπτεται αὐτοῦ, Ἀπάτη καὶ Δουλεία, πρόδοτος ὦ Πόσον· ὃ ποτὲ τὸν ἄθλιον καταγνύσας, τελευτῶν ἐγκαταλείψει αὐτὸν ὦ Γῆρα, ἤδη ὑπονοσοῦντα, καὶ τετραμμένον πρὸς χόαν. ὑσάτη δὲ

que inauratum, neque id humi situm in solo, verùm procul à terra in edito collis fastigio: præterea inaccessum fermè & abruptum, lubricoq; aditu, ita vt plerunque qui se iam ad summum vsque verticem penetrasse sperant, lapso pede præcipitati ceruicem frangant. Intus autem Opulentia sedeat, tota (sicuti videtur) aurea, maiorem in modum formosa, atque amabilis. Porrò Amator vbi vix tandem conscendit, iámque ad fores accessit, obstupescat, oculis in aurum defixis: deinde Spes, quæ ipsa speciosa vultu est, ac versicoloribus amicta, manu prehensa introducat, mirè iam ipso ingressu attonitum. Atque ab eo quidem tempore Spes vsque illum antecedat, ducátque: tum aliæ mulieres illum excipientes, puta Pallacia, Seruitus, tradant Labori. At is miserum penitus defatigatum tandem Senectæ tradat iam morbidum, colorequè commutato.

τῇ δὲ ἡ Ὑβρεὶς ἐπιλαβομένη, συρέτω πρὸς τὴν ἀπόγνωσιν. ἡ δ' Ἐλπὶς, τὸ ἀπὸ τούτου ἀφανὴς ἀπρπτάσθω. καὶ μηκέτι, καθ' οὓς εἰσῆλθε τοὺς χρυσοῦς φηρῶνας, ἔκ τινος δ' ἀπρεπρόφου, καὶ λεληθείας ἐξόδου ἐξωθείσθω γυμνὸς, περαίσωρ, ὠχρὸς, γέρων: τῇ ἑτέρᾳ μὲν τὴν αἰδῶ σκέπων, τῇ δεξιᾷ δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν ἄγχων. ἀπαντάτω δ' ἐξιόντι ἡ Μεταίνοια, δακρύουσα ἐς οὐδὲν ὄφελος, καὶ τὴν ἄθλιον ἐπαπολλύουσα. τοῦτο μὲν ἔστω τὸ τέλος τῆς γραφῆς. οὐ δ' οὖν, ὦ ἄριστε Τιμόκλεις, αὐτὸς ἤδη ἀκριβῶς ἐπισκοπῶν ἕκαστα, ἐννόησον, εἴ σοι καλῶς ἔχει, προσελθόντα εἰς τὴν εἰκόνα κατὰ ταύτας τὰς θύρας, ἐκείνην τὴν ἔμπαλιν αἰσχρῶς οὕτως ἐκπεσεῖν. ὅ, τι δ' ἂν πράττῃς, μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, ὡς θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δὲ ἑλομένου.

Postremò Contumelia arreptum illum ad Desperationē pertrahat: & hoc quidem tempore Spes auolans euanescat. Tum ille non per aureum illud atrium, per quod ingressus fuerat, sed per posticum quoddam, & occultum exitum extrudatur nudus, ventricosus, pallidus, senex: læua quidem pudorem occultans, dextra verò seipsum strangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo frustra lachrymans, & miserum bis etiam conficiens. Atq; hic quidem esto picturæ finis. Cæterùm tu, Timocles optime, ipse diligenter consideratis singulis expende, num è re tua sit vt in hanc imaginem per aureas illas fores ingressus, per illas longè dissimiles, tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris sapientis illius qui dixit: v. Deum in culpa non esse, verùm qui sua sponte delegerit.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

HIc Dialogus περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ σωιόντων, id est, de mercede seruientibus & mercenario præceptore, aulicæ vitæ incommoda cõmemorat: qui ab omnibus quidem legitur & magno applausu approbatur: sed nescio quî fiat, vt quemq; nihilo secus sortis suę pœniteat, non animaduertentẽ quantũ dulcedinis suppeditet viuere λιθῶς ἀλλ' ἀπ' ἐλευθερίης: nec cuiquam gnatonicè & parasiticè χαιρὸς ἔχειν manum deosculari, aut alia fœdè palpantiũ indigna subire ministeria. Qualia multa illis ferẽda & facienda sunt, qui hodie aulas sectãtur, in quibus nihil est sinceritatis, nihil amoris, nihil fidei. Sed omnia plena simulationis & perfidiæ, omnia plena delationis, proditionis, criminationis, inuidiæ, æmulationis, odij, & turpissimarũ assentationum, tum etiam ampullarũ & verborum sequipedalium. Expertus loquor, quippe qui ferè semper ab ijs quibus maximè fidebam, omnium maximè deceptus, falsus, impeditus, & proditus. Itaq; ego sic statui vbinis tutiùs, beatiùs, sanctiùs & suauiùs aliquẽ viuere posse, quàm in aula: vbi nullus est respectus honestatis, nulla ratio eruditionis, nulla autoritas integritatis, nulla gratia probitatis, nullum præmium virtutis, nullus honos literarũ: vbi pluris fit ἄμυσος eques quàm vir literatus & vitæ integer: vbi in precio sunt centauri contemptis bonis: vbi primas tenent Tarini illi fumorũ venditores, & proditores, & delatores, & palpones, & adulatores, & parasiti & reliquæ pestes, per quas aula quotidie non dicendis modis arroditur: vel clancularijs detractoribus & susurronibus plus habetur fidei, plus etiam datur præmij quàm virò graui & omnibus virtutibus exornato. Sed quid hanc immensam vitiorũ lernã, aulam inquam, sum ingressus? quæ centũ Augeæ stabulis est fœdior & cõtaminatior: ita omnium vitiorum stercoribus & merdis est oppleta,

vt ne à trecentis quidem Herculibus purgari & mundari queat, nedum à me paucis verbis describi & pro dignitate depingi. Erasmus multæ vir eruditionis & facundiæ, huius libelli interpres, non oportere ait per inertiã atq; socordiam cibũ alienum sectari, sed sua quemq; industria necessaria sibi cõparare, quãdo, ait, aliena sit fœdum viuere quadra. Concludam igitur his suauissimis Senecæ versiculis, quos in Thyeste suo Chorus recitat:

Rex est, qui metuit nihil,
Hoc regnum sibi quisq; dat.
Stet, quicunq; volet, potens
Aulæ, culmine lubrico.
Me dulcis saturet quies,
Obscuro potius loco,
Leni perfruar ocio.
Nullis nota Quiritibus
Aetas per tacitum fluat:
Sic, quum transierint mei
Nullo cum strepitu dies
Plebeius moriar senex.
Illi mors grauis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi.

a ECQVID tibi primum.] *Hoc initium sumptum est ex Hom. Odyss. ib. 9. in quo Vlysses ad hunc loquitur modum:*

τί πρῶτον, τὶ δ' ἔπειτα, τί ὕστατον καταλέξω: *hoc est,*

Quid primũ, quid mox, & quæ tandem vltima dicã? *Significat autem rerum copiam tantam esse vt hæsitet vnde potissimùm exordiatur, perplexusq; dubitat, quid primùm agere debeat. Exordium ab attentione & rei magnitudine fidem expositione parat à personarum conditione.* *b* In primis autẽ,] *Amplificatio ex contrario.* *c* Quæ quidem omnia.] *Beneuolentiæ captatio, à personæ eius cui scribit instituto, & sua erga illum beneuolentia.* *d* Citra culturam.] *Quæ citra studium & operam nostram nobis eueniunt, ἄσπορα καὶ ἀνήροτα cõtingere dicunt Græci. Idem in Parasito & in Rhetorum didascalo. Hic paulò post dicit, citra laborem & sudorem, nullo negocio.* *e* Cum esca.] *Hoc prouerbio etiam vsus est in mortuorum Dialogis, Cnemonis & Damnippi.* *f* Experiens, &c.] *Asseueratio.* *g* Lari in morem.] *Larus auis auida, voraxq;. Hinc larus hians dicitur, vbi quis auidiùs inhiaret prædæ.*

h Quanquã non solúm.] *Amplificatio à personæ officio.*

i Ac reliquũ quidẽ hominũ vulgus.] *A collatione personarũ, & cæterorũ qui in aula seruiunt.* *k* Enitendumq;]

Accedit

Accedit ad causam, & primò confutatis causis, quibus pleriq; addicti seruiunt, institutumq; suũ defendunt. l In promptu Theognis.] *Lucianus in hanc Theognidis sententiam multa disputat. Vide Plutarchũ in libello cui titulus:* πῶς δεῖ τὸν νέον ποιμόστων ἀκούειν. m Nam quęcunq;.] *Paupertas prima causa.* n Equidẽ si viderem.] *Dilutio per inuersionẽ.* o Rectiùs aũt.] *Commonitio à contrario.* p Rursum alij.] II *causa. Conditio vitæ vel ætas, vel valetudo corporis.* q In præsentia] *Dilutio per inuersionem.* r Spebus incitátos.] III. *causa. Spes voluptatis, diuitiarum.* s Enimueró.] *Dilutio prima: quod neq; hæc neq; illos perficiat, argumento à simili amplificato.* t Verumenimueró.] *Argumentum ab inhonesto, per hypothesin.* u Vlyssis quidem socij.] *Amplificatio per collationem à contrario.* x Nisi si quis.] IIII. *causa. Gloriæ cupiditas, quam confutat regestione eorum quæ perferenda sunt.*

y Cum Persarum rege] *Epulantur enim Persæ exquisitè ac sumptuosè, de quorũ epulis & victu legatur Xenoph. l. 8. Cyri pediæ & Athen. l. 4. c. 6.* z Deinde cuiusmodi.] *Propotio sequentis orationis.* A Sat esse si velis.] *Studium discendi voluntate constat, inquit Quintil. quæ cogi nequit.* B Primum diu.] *I Quæ facienda ferendaq;, antequam in familiam admittatur.* C Postremó.] *I. Salutatio & assectatio.*

D Iam illud restat.] II. *Exploratio vitæ & an idoneus satis sit.* E Esse non paucos.] *Inuidia competitorum & delationes.* F Quòd si quis.] *Amplificatio à conditione personæ.*

G Age sané.] *Transitio cum amplificatione gratulationis.*

H Copiæ cornu.] *Capra Amalthea Iouem infantem in monte Dictæo fertur aluisse, cuius postea cornu Iupiter adfluenti omnium rerum bonarum copia compleuisse dicitur: idq; κέρας ἀμαλθείας, hoc est, copiæ cornu prouerbiali figura vocatum est.* ἕξεια ἀμαλθείας κέρας. *id est, copiæ cornu habebis, & plurimum commodorum capies. Fabulam, à qua translatum est, in Rhetorũ præceptore recensuimus.* I Primũ igitur.]. II. *Quæ in ipsa aula receptis iam sustinenda sint.* K In ordinẽ extructis.] *In Græco* πρὸς. i. κατά L Atq; interim.] *Amplificatio à consequentibus.* M Oporteat respondere.] *Ab æmulatione & inuidia aliorum.* N Ne per somnium.] *Luciano prouerbia-*

proverbialiter dicitur in Gallo, & hic rursus de Electro. Ad quod eleganter alluſit Theocritus εἰς βυκολισκὴν, apud quem Ennica puella ciuilis, ruſticum, baſium dare conantem ab ſe repellit, dicens: tantum abeſſe, vt illi ſit data hæc baſium, vt hoc ne per ſomnium quidem oporteat ſperare. Vide carmen. O Albo pane.] Græcis album panem in delitijs fuiſſe, locis aliquot teſtatur Lucianus, nominatim hic. Apud Athenæum lib. 4. deſcribitur conuiuium Atticum, in quo commemorantur & panes λευκότεροι χιόνος, id eſt, albiores niue. Græci autem panes elegantiores λευκὰς appellabant, ſordidiores φαιὰς, hoc eſt, fuſcos ſeu nigros. P. Iamdudum aluo.] A periculo valetudinis.

Q. Age iam, ô ſceleſte.] Obiurgatio amplificata à minori, & perſonæ qualitate. R. Lupini.] Notat hic Lupini vilitatem, quam & notauit Iuuenalis:

—— unicam mihi malo lupini,
Quam ſi me toto laudet vicina pago.

De lupino diximus in Mortuorum Dialogis. S. Sed vide.] Amplificatio ſeruitutis, ab accidentibus, & cauſæ inuerſione.

T. Quid enim.] Adagium eſt, quod torqueri ſolet in eos, qui indecorè tentant artificium, cuius ſunt imperiti, & à quo natura abhorrent. V. Neque locum in acie deſeras.] λιπεῖν τὴν τάξιν, id eſt, ordinem deſerere dicitur, qui deeſt officio ſuo in re quapiam peragenda: ducta allegoria ab illis qui ſtant in acie. Ariſtophanes in Veſpis: Φυλακὴν κατανύειν νυκτερινὴν διδάσκομαι, id eſt, deſerere nocturnam doceor cuſtodiam. Simpliciter vſus eſt Iſocrates in Oratione de pace, αὐτομάτως γίνονται τῶν τὰς τάξεις λειπόντων καὶ ἀποδιδρασκόντων: id eſt, magis infames fiunt ijs qui ordinem deſerunt, & clypeos abijciunt. M. T. C. in Epiſt. ad Atticum, de præſidio decedere dixit. in Finibus, bonorum deſerere præſidium. In Catone, de ſtatione decedere: nimirum variè reddens, quòd Græci dicunt, λιπεῖν τὴν τάξιν. Apud Athenæum lib. Eubulus Comicus refert hos verſiculos ex Archilocho:

ἀσυμβόλης ἑλάπινων γὰρ ὅστις ὑστερῇ,
τῶν τἄλλων τοῦτον νόμιζε καὶ τάξιν λιπεῖν: Id eſt,
Ceſſando cœnæ quiſquis immuni deeſt,
Hic idem in acie facilè deſeret locum.

Latinis

Latinis in suâ classe manere dicuntur qui non deserunt vitæ institutum, & classem suam deserere qui mutant. Aristoteles libr. Moralium 5. Inter ea quæ lex vetat, commemorat τὸ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν μηδὲ φοβηθῆν, μηδὲ ῥῖψαι τὰ ὅπλα: id est, non deserere ordinem, non fugere, non abijcere arma. Panam desertoris aliàs commemorauimus in Nauigio seu Votis, Demosthenem ῥιψάσπιδα probro dictum, in Parasito, & Tragædo.

X Ne per viam quidem.] *Idem in Hermotimo: Ne in via quidem ociosus es, sed animo intento, semper aliquid serij agens, quodq; ad studium tibi profuturum sit. In Græcis ἐς καλόν. i. καλῶς.* Y Promethei partem.] *Ferunt poëtæ Prometheum carnium distributioni, quam vocant creonomiam, præpositum lepidè admodum & festiuè Ioui adortum imponere: quippe nil veritus diuinitatem summi Dei: sibi quidem præpinguia & sapida subduxit, Ioui autem ossa modò appositi, obducta ἀργίτῃ δέρμα, vt Hesiodus inquit, id est, pinguedine candida. Quo nomine, simul quia homines finxisset, & ignem furtiuum hominibus dedisset, Vulcano & Mercurio dicitur ab Ioue traditus in Caucaso suffigendus. Ex hoc item facto Lucianus hic, vice prouerbij vsurpat, Promethei portiunculam pingui contecta ossa.*

Z Regis plures sunt oculi.] *Allegoria inde ducta, quòd regibus quamplures vbique sunt exploratores atque ob id oculi dicuntur, complures auscultatores, quibus velut auribus vtuntur. Idem refertur aduersus inerudition. Eiusdem meminit Aristot. in 3. Polit.* α Leo chordula vinctus.] *Dicitur cùm quis exiguo commodo detentus, apud aulicos ostentatur passim quòd princeps tantum alat virum. Hoc enim principes sibi gloriosum ducunt, si doctos & excellentes viros cogunt sua relinquere negotia, & aulicæ seruire pompæ.* β. Quòd si quando.] *Transitio ad ea quæ foris perferenda, atque hæc sub exemplo Thesmopolis Stoici commemorat.* γ Non ad quæ.] *In Rhetorem quendam iocatur, alludens ad priscum iudiciorum morem, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. Actoribus autem ac patronis causarum forensium certus aquæ modus per clepsydras infundebatur, vt supernacanea verborum copia quum iudicibus tædium adferret, tum ipsi etiam causæ officeret: denique alijs agere volentibus aditum præcluderet.*

Al Porrò

δ Porrò si.] *Adulatio dominorum, doctos se videri volentium. ε.* In lapidicinas Dionysiacas.] *Cicero in Verrem actione 7. Latumias Syracusanas omnes audistis, plerique nostis. Opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum, totum est è saxo in mirandam altitudinem depressum, & multorum operis penitus excisum. Item in eadem: Carcer ille est, qui est à crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latumiæ vocantur, in istius imperio domicilium Romanorum fuit. Vt quisquis istius animum aut oculos offenderat, in Latumias statim conjiciebatur. Huius carceris insignis à Dionysio extructi meminit T. Liuius belli Punici 2. lib. 6. Item Plautus in Captiuis: Inde ibis porrò in Latomias lapidarias. Philoxenus ingenio cùm arguto, tum libero & ineptiarum ac tyrannidis impatiens, cùm aliquando eiusdem Dionysij tragœdias spectaret, nec applaudens vt alij, assurgeret: seu vt idem Lucianus aduersus indoctum, à risu se minus contineret, à Dionysio ipso in lapidicinas missus fuisse dicitur. Historiam hanc Stobæus ex Demosthene recitat. Item Gemistus Plethon in priori suæ historiæ libro, & Plutarchus lib. 2. De fortuna & virtute Alexandri.* ζ At verò mulierem.] *Mulierum adulatio.* η Tunicula semiputris.] *Hic χιτώνιον pro virili tunica obtrudit, cùm eam vocem pro muliebri accipiendam esse innuat in Lexiphane.* θ Podagram.] *Podagra senectutis comes.* ι Calumnia.] *Exitus doctoris mercenarij.* κ Oedipus.] *Congressus propriæ cum matre Iocaste, liberos genuit quatuor: Polycinem, Eteoclem, Antigonem, & Ismenem. Tandem verò intelligens, se incestum patrasse, seipsum obcæcauit.* λ Tereus.] *Cùm sequeretur Prognem vxorẽ & eius sororem Philomelam, ambæ versæ sunt in aues, teste Ouidio 6. Meth. Pers. Sat. 6.* μ Imaginem huius vitæ.] ἐκὼν totius vitæ suprà descriptæ. ν Deum in culpa non esse.] *Considerat enim id quod est in hominum moribus vt cum ipsissima incogitantia præcipites ruant in mala: deinde tamen ijs irretiti culpent fortunam & numina. De qua hominum iniquitate est etiam apud Homerum 1. Odyss. querela grauissima: vbi Iupiter in conuentu Deorum suam concionem ita ordiatur:*

ὦ πόπος

ὦ πόποι οἷον δὴ τοὺς θεοὺς βροτοὶ αἰτιῶνται.
ἐξ ἡμῶν γὰρ φασὶ κακὰ γίγνεσθαι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν. id est.

Proh Dij, vt homines accusant Deos.
Nam ex nobis dicunt existere mala: at ipsi
Sua prauitate præter fatum sustinent mala.

Mercurius in Aeschyli Prometheo non dissimilem protulit sententiam, sub finem.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ἐπὶ μισθῷ συνόντων.

APOLOGIA PRO ijs qui mercede conducti seruiunt.

Petro Mosellano interprete

ARGVMENTVM.

HAec apologia est non in genere omnium eorum qui mercede cõducti seruiunt, sed libri seu orationis superioris propriè, & auctoris ipsius Luciani. Nam post scriptũ illud editũ, senior iam in aulã atq; familiã Cæsaris sese cõtulerat, & cõditionẽ procuratoris (vt videtur) principis in Aegypto acceperat, vt infrà ex ipsa quoque oratione patet. Hoc igitur factũ suũ, q a cũ superiore scripto prorsus pugnare videtur, defendit: primũ à diuisiõe seu diuersitate conditionũ, q̃ lõgè alia res si principi operã suam locare, q̃ apud diuitẽ aliquẽ priuatũ seruire. Deinde q̃ non omnes mercenarios miseros dixerit, sed solùm eos q prætextu doctrinę & literarũ seruiant: se verò alio pacto mercedẽ accipere q̃ illos, nempe cùm p̃ter salarium ingens, etiã in magna existimatione viuat, publicisq; rebus procurandis præstitutus, tam certã quoq; spem totius alicuius prouinciæ, aut regni aliquando administrandi, propositã habet. Deniq; q̃ cùm nemo quicquam ferè gratis faciat, & tamen bonũ virum conueniat certo alicui operi intẽtũ esse, neq; ignauiter feriari, neq; ipse adhuc dum eò perfectionis venerit, vt omnem mercedem aut honorẽ prorsus cõtemnere queat. Atq; huic defensioni præmittit Sabini (eius ad quem scribit) accusationem per prosopopœiam, qua seipsum fingit ab illo grauiter accusari, vt qui suprà quidem de seruitute apud di-

pud diuites, optimè atq; vtilissimè scripserit: nunc autem contrà, quasi mutata sententia, idem vitæ genus ingressus sit, perinde quasi aliud lingua sonare voluerit, aliud animo senserit, exaggerata hac vitæ scriptorumq; diuersitate ac repugnantia, multis variisq; tum similibus, tum exemplis. Exorditur autem per præoccupationem à simulatione admirationis, quam & ipsam à circumstantijs ætatis & causæ amplificat.

Πάλαι σκοπῶ πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ φίλε Σαβῖνε, ὅτι ποτὲ οἱ ἀκούσαντες ἐκ πολλοῦ ἄπεσαν, ἀναγνόντι ὑμῖν τὸ περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων βιβλίον. ὅτι μὴ χρὴ ὄκνον ἀγχιλαῶν ἀνεγνωκέναι αὐτὸ, μηδὲ πάνυ μοι πρόδηλον· ἅτε μεταξὺ καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὅσα ἐλέγετο, ταῦτα νῦν ἐφαρμόττειν ἑαυτῷ τοῖς ἀνεγνωσμένοις. ἃ τοίνυν μὴ λανθάνως ἐγὼ μανθάνω, δοκῶ μοι ἀκούειν σου λέγοντος· εἶτα τίς αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς καὶ καταγελάσας ἅπερ ἔπαθε μανθάνων καὶ τὰ τοιαῦτα βίβλια ἀναλεξάμενος, ἔπειτα πάντων ἐπιλαθόμενος, ὀφθείς, φησὶ, μεταπιόνητος, ἐκὼν εἰς αὖθις φέρων τὰς δουλείας ἅπερ ἐφανῆ μὴ πεῖσαι πλέον ἐνεῖναι;

I Amdudum[a] apud me ipse cogito, præclare Sabine, quæ tibi nostrũ de ijs qui mercede conducti seruiunt; libellum legenti verisimile est in mentem venisse, quæq; credibile est te dixisse. Nam quòd in eo legendo risum nõ tenueris, mihi vel in primis constet. Sed quæ inter legendum ad singula à te subinde sint obiecta, ea nunc nostris à te iam lectis conor accommodare. Quare si non frustra diuinandi artem didici, audire mihi videor te sic tecum submurmurantem: Ecquis hic tandem est, qui cùm hæc ipse scripserit, & graui adeò accusatione aulicam vitam incessat, postea tamen omnium oblitus, velut testula, [b] quod aiunt transmutata, sua sponte in seruitutem manifestariam adeò & illustrem se ipse conie-cit?

Quo

πόσοι Μῖδαι καὶ Κροῖσοι, καὶ Πακτωλοὶ ὅλοι μετέπεισαν αὐτὴ, ἀφεῖναι μὲν τὴν ἐκ παίδων φίλην καὶ σύντροφον Ελευθερίαν, πρὸς αὐτῷ δὲ ἤδη τῶν Αἰακῷ γενόμενον, καὶ μονονουχὶ τὴν ἕτερον πόδα ἐν τῶν πορθμείῳ ἔχοντα, παρέχειν ἑαυτὴν ἕλκεσθαι καὶ φέρεσθαι, καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὴν αὐχένα δεθέντα, οἷά ἐστι τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ σφιγγία, καὶ τὰ κουράλια, πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τῶν νῦν βίου πρὸς τὸ συγγραμμα, καὶ τὸ ἄνω τοῦ ποταμοῦ χωρεῖν, καὶ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα, καὶ παλινῳδεῖν, πρὸς τὸ χεῖρον, τοῦτ' ἂν εἴη οὐχ ὑπὲρ Ελένης, μά Δί' οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἐπ' Ιλίῳ γενομένων, ἀλλ' ἔργῳ ἀνατρεπομένων τῶν λόγων, καλῶς πρότερον εἰρῆσθαι δοκούντων, ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταίσοι· ἐπάξεις δὲ ἴσως καὶ πρὸς αὐτὸν ἐμὲ ξυμβουλὴν τινα

Quot Midæ, quot Cræsi, quot Pactoli vel toti hūc hominem à sententia diducere adeò potuerunt, vt dulcissimam illam libertatem, in qua iam inde à pueris est enutritus, repudiet? & tametsi iam non procul ab ipso abest Aeaco, imò tantùm non [c] alterum pedem in Charontis cymba habet: tamen præbeat sese alieno arbitrio huc atque illuc distrahendum, perinde ac si collario quopiam aureo foret innexus, non aliter quàm à diuitum illorum ac delicatorum collo amuleta illa & corallia dependent? Longè ergo latéque hoc vitæ genus in quo nunc es, à scriptis dissidet tuis: iamq; hoc sanè videri posset, [d] quod prouerbio dicūt, Flumina sursum incedere, omniumq; rerum ordinem inuerti, atq; cuncta in deterius recantari, idq; nō Helenæ placandæ gratia ꝑ Iouem, neq; eorum quæ apud Ilium gesta sunt, nomine: sed quòd verba quæ antè probè dici sunt visa, nunc ipso auctoris opere subuertantur. Hæc sanè te verisimile est tecum dixisse. Nec pigebit forsan te & ad meipsum

τινα τοιαύτην οὐκ ἄκαιρον, ἀλλὰ φυλικὴν, καὶ οἵῳ σοι χρηστῷ καὶ φιλοσόφῳ ἀνδρὶ πρέπουσαν. ἢν μὲν οὖν κατ' ἀξίαν ἑποδύεσθαι τὸ σὸν πρόσωπον ἑποκρίνωμαι, εὖ ἂν ἡμῖν ἔχῃ, καὶ τῷ Λογίῳ θύσομεν. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ σὺ προσθήσεις τὰ ἐνδέοντα. ὥρα τοίνυν μετασκευάσαντας ἡμᾶς τὴν σκηνὴν, ἐμὲ μὲν σιωπᾷν, καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον καὶ καιόμενον, εἰ δέοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ, σὲ δὲ ἐπιτάττειν τῷ φαρμάκων, καὶ τὴν σμίλην ἅμα πρόχειρον ἔχοντα, καὶ τὸ καυτήριον διάπυρον. καὶ δὴ παραλαβὼν τὴν ῥήτραν, σὺ ταῦτα πρός με ὁ Σαβῖνος ἤδη λέγεις. πάλαι μὲν, ὦ φιλότης, ὡς εἰκὸς, εὐδοκίμηταί σοι τουτὶ τὸ σύγγραμμα, καὶ ἐν πολλῷ πλήθει δαχθὲν, ὡς οἱ τότε ἀκροασάμενοι διηγοῦντο, καὶ ἰδίᾳ παρὰ τοῖς πεπαιδευμένοις ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ, καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν ἠξίωσαν ἥτε γὰρ τὴν λόγων

eius generis consilium adferre, idq; non intempestiuum, neq; importunum, sed amicum & quale tibi viro cùm bono tum erudito congruat. Itaq; si tuam personam, quã induere iam paro, feliciter gessero, optimè quidem nobiscum actum putabo, atque in hoc [e] eloquentiæ præsidi Mercurio sacrificabo. Si verò quod sequor, parum assequor: tuæ partes erunt, quæ mihi desunt, explere. Iam ergo fuerit tempus, vt quasi scena transformata, & actoribus permutatis, ipse quidem vocem teneam, meq; tibi salutis gratia secandum, &, si & hoc necesse fuerit, vrendum præbeam: tu verò medicinas adornes, simulq; acum vnà cum vstorio habeas in promptu. [f] Nunc igitur tu, ô præclare Sabine, dicendi vice à me accepta sic mecum agis: Olim quidem, ô amice, hic tuus libellus non immeritò erat in precio, & quemadmodum qui tum audiuerunt, nobis narrârunt, cùm vulgo ceu magnum quiddam ostentabatur, tum præcipuè eruditorum manus occupabat, quotquot eiusmodi rerum studiosi literas tractare operæpræcium ducũt. Neq; id admodũ est mirũ. quandoquidẽ præter-

παρασκευὴ, ἢ μεμπλὴ, ἢ ἰσο-
νέια πολλὴ, ἢ ἐμπειρία τ πραγ-
μάτων, ἢ ὅλως ἕκασα ὡφῶς ἐλέ-
γχε, καὶ τὸ μέγιςον, ὅτι χάρι-
μα πᾶσιν ἔσῃ, καὶ μάλιςα τοῖς
πεπαιδευμένοις, ὡς μὴ ὑπ' ἀ-
γνοίας σφᾶς αὐτὸς ἐς δεινέαν
ὑπάγειν. ἐπεὶ δὲ σοι μετέδοξε
βελτίω ταῦτ' εἶν, καὶ τὸν μὴ
Ελευθερίαν μακρὰ χαίρειν
ἐᾶν, ἐλθοῦσα ὃ τὸ ἀγνυόμενον
ἐκεῖνο ἰαμβεῖον, ὅπερ τὸ λίρ-
δ', παρὰ φύσιν δεδωκὸς. ὅρα ὅπως μηδὲς ἔτι ἀκόσμη-
τά σε ἀναγινώσκοντος αὐτὸ, ἐκ τὰ μηδ' ἅπαξ παράσχης τ
τ παρόντα σοι βίον ὁρώντων, ἐπελθοῦσα γεγραμμένα. οὐχ
δ' Ερμῆ τῶν χθονίων καὶ τ ἀκη-
κοότων πρότερον ποιλὸν λήκ-
θων κατασκεδάσαι, ἢ δόξαις
τῶν τ Κοσμοῦς μύθοις ταυτόν τι
πεπονθέναι, ἃ σαυτ ὁ Βελ-
λεροφόντης γεγραφὼς τὸ βι-

q̃ quòd ipse dictionis tuæ color culpa caret, & narratio planè est varia, miraq; est rerũ experientia: maximã quoq; habet gratiam, quòd omnia à te nõ secùs solũ, sed & dilucidè recensentur. & super omnia verò est, quòd quæ scripsisti, utilia sunt cùm omnib. tũ maximè eruditis, videlicet ne p verũ inscitiã in seruitutẽ post hac sese coniiciant. At cũ iam sententia planè in diuersum mutata, aulicã hanc viuendi rationẽ præstare statueris, & libertati longum valere dixeris, tum iambicũ illud seruile nimis, & generoso animo indignũ, sumpseris imitatione exprimendũ (Vbi est lucrum, natura adacta seruies) viden dum tibi erit, ne quispiã te id libelli legentem fortè auscultet: imò summa ope curandum, ne cuiquam ex ijs, qui præsentem vitæ tuæ statum norunt, tua scripta legenda exhibeas. Ad hæc feceris operæprecium, si ab Mercurio illo inferorum legato, votis impetres, quò is omnium aures, qui antè de hoc libello quippiam audiuerunt, obliuionis fonte aspergat. Alioqui simile quiddam tibi accidet, quod iuxta fabulã illam Corinthiam Bellerophontii. Vt enim ille literas in suã perniciem tulit, ita tu li-

βλίον. μὰ γῆ τὴ δι' ὃχ ὁρῶ τὴν ἀλογίαν ἥ τις ἂν ὑπρόσωπός σι γένοιτο πρὸς τὸς κατηγορῆσας, ἢ μάλιστ' ἂν σὺ γελωτι αὐτὸ ποιῶσιν, ἐπανῆλθον μὲν τὰ γεγραμμένα, ἢ τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλευθερίαν, αὐτὸν δὲ συγγραφὴν δηλοῦντα ὁρῶν δ', καὶ ἑκόντα ὑπολιθέντα τὰ αὐχένα τῷ ζυγῷ. ὃκ ἀπακόταγδον ἂν λέγοιεν, ἢ λέγοιεν ἥ σοι ἄπαν γυναῖς ἀνδρὸς ἐν τὸ βιβλίον, ἢ σὲ τὸν ὁμοιοδν ἀποτείοις πλιροῖς ἀγάπιθι. ἢ εἴπερ σόν ἐστιν, ὅμοιά σι τῷ Σαλαύθῳ ποιῶν, ὃς πικρότατον κατὰ μοιχῶν τοῖς Κροτωνιάταις νόμον θὲς, καὶ θαυμαζόμῳ ἐπ' αὐτῷ, μετὰ μικρὸν αὖθις ἑάλω μοιχεύων τοῦ ἀδελφῆ τὴν γυναῖκα. περὶ τοίνυν τοιούτου σὲ τὸν Σάλαυθον ἐκεῖνον φαίη τις ἄν. μᾶλλον δὲ πολὺ μετριώτερον ἐκεῖνον, ἐρωτι μὲν ἁλὸς, ὡς ἔφασκον ἀλογόμῳ, ἐκὼν δ' μάλα καὶ ψύχως, εἰς τὸ πῦρ ἀλόμῳ,

brũ aduersum te ipse scripsisti. Quod ad me attinet, qua defensionis facie, salte æqua aduersum accusatores vti posiis, non video, præsertim si actionem suã nonnihil iocis & ridiculis condiant: nimirũ vt scripta tua, atq; item libertatem, quam præ se ferũt, laudent: te verò scriptorem seruientem videant, & sponte tua collũ iugo subdentem. Itaque non iniuria agerent. si libellum ipsum vel alteri, generosiori scilicet assererent, te verò interim velut graculũ alienis exultare plumis: vel si tuus esset, similem quidem tuam esse causam dicerent Salæthi illius iudicio, qui cùm contra adulteros legem durissimam Crotoniatis tulisset, & per hoc multis admirationi esset, paulò pòst cum fratris sui vxore in adulterio fuit deprehẽsus. k Quare non ineptè quispiam te Salæthum illum diceret, nisi quòd illius factum non paulò est tolerabilius, qui quod fecit (vt & ipse dum causam diceret, fatebatur) amore captus fecit: & voluntarius, nihil reluctans, in ignem animo magno insiliit:

λόμενος καίτοι ἐλεούντων αὐτὴν ἤδη Κροτωνιατῶν, καὶ ἐνδιδόντων φυγεῖν, εἰ βούλοιτο. τὸ δὲ σὸν οὐ παρὰ μικρὸν ἀτοπώτερον ἀκριβοῦντος μὲν ἐν τοῖς λόγοις τὴν τοιούτου βίου δουλοπρέπειαν, καὶ κατηγοροῦντος, εἴ τις εἰς πλουσίου τινὸς ἐμπεσὼν, καὶ καθείρξας ἑαυτὴν, ἀνέχοιτο μυρία τὰ δυσχερῆ πάσχων καὶ ποιῶν, ἐν γήρᾳ δ' ὑστατῳ καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδὸν, οὕτως ἀγεννῆ λατρείαν ἐπανηρημένου, καὶ μονονουχὶ καὶ ἐμπομπεύοντος αὐτῇ. ὅσῳ γοῦν, θασιν, ἐπισημότερος εἶναι δοκεῖς, τοσούτῳ καταγελαστότερος ἂν δόξειας εἶναι ἀντιφωνοῦντος τοῦ νῦν βίου τῷ βιβλίῳ, καὶ τοι τί δεῖ κεινὴν ἐπὶ σὲ κατηγορίαν ζητεῖν, μετὰ τὴν θαυμαστὴν τραγῳδίαν λέγουσαν, Μισῶ σοφιστὴν, ὅς τις οὐχ αὐτῷ σοφός; οὐκ ἀπρόσουσι δὲ οἱ κατηγοροῦντες καὶ ἄλλων παραδειγμάτων

insilijt: tametsi Crotoniatæ hominis miserebantur: &, si luberet exulandi facultatem permittebant. At tuum negotium multis partibus est absurdius, qui vitæ quidem eiusmodi seruilem conditionem accuratè etiam liberis editis es persecutus, & grauiter incusas si quis in diuitis alicuius famulitium incidat, seq; ipse velut vinculis astringi sustineat, interim nihil non molestum cùm faciens, tum patiens: attamen ipse in extremo senectutis gradu, & certè longè vltra limē illud Homericum progressus, ingenerosum adeò & abiectum seruitutis genus elegisti, atque ob id tantùm non seriò triumphas. Ergo qui tibi malè volunt, quantò magis insignis ac conspicuus appares, tantò te aiunt magis omnium risui obnoxium: vita nimirū tua tantū scriptis ipsis reclamante. Et quid attinet nouam accusandi rationē aduersum te quærere, post celebrem illam & admirandam Tragœdiam, quæ dicit:

[1] *Sapientem eum odi, qui sibi ipse non sapit?*

Tametsi & alia multa quibus te adoriantur accusatoribus

των ἐπὶ σὲ, ἀλλ' οἱ μὲν τοῖς τραγικοῖς ἐποκειταῖς εἰκάσουσιν, οἱ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς, Αγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν, ἢ Κρέων, ἢ αὐτὸς Ηρακλῆς εἰσιν, ἔξω δὲ πῶλος ἢ Αριστόδημος, ἀπρθέμενοι τὰ πρόσωπεια, γίγνονται ἑπόμισθοι τραγῳδοιῶτεν, ἐκπίπτοντες καὶ συριττόμενοι, ἐνίοτε δὲ μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς ἂν τοῦ θεάτρῳ δοκῇ. ἄλλοι δὲ τὸ τοῦ πιθήκου πεπονθέναι σε φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρα τῇ πάνυ φασὶ γένεσθαι. ἐκεῖνον γὰρ διδαχθέντα τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως καὶ ἐμμελῶς, καὶ ἐπιπολὺ θαυμάζεσθαι μένοντα ἐν τοῦ σχήματι, καὶ τὸ πρέπον φυλάττοντα, καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκείμενον ὑμέναιον, ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδας, οἶμαι, ἢ ἀμυγδαλὸν πορρωκειμένην, μακρὰ χαίρειν φράσαντα τοῖς αὐλοῖς καὶ ῥυθμοῖς καὶ ὀρχήμασι συναρπάσαντα κατατρώγειν, ἀπρρίψαντα, μᾶλλον δὲ συντείψαντα

tuis suppetunt. [m] Nempe alij similem te facient Tragicis actoribus, quorum quisque in scena quidem est vel Agamemnon, vel Creon, vel etiam Hercules ipse: foris autem depositis personis fiũt Polus aut Aristodemus. scilicet ad agẽdas fabulas mercede conducti: qui vt visum fuerit spectatori, iam eijciuntur, iam exibilantur, interim aliqui & flagris cæduntur. Porrò alij idem tibi contigisse dicent quod simiæ, quam magna illa & celebris Aegypti regina Cleopatra habuisse dicitur. Ea enim saltationum genera probè edocta, cùm aliquandiu cõpositò modulateq́ nõ sine magna spectãtium admiratione saltantis habitum exhibuisset, ac decorum seruasset, iamq́ Hymenæum voce ac cythara canentibus respondisset, postea quàm carycásne an nucem nescio, procul iacentem conspexisset, persona abiecta, imò præfestinatione discerpta, modulis & saltationibus longûm valere iussit, nucem verò correptam arrodere

τείψαντα τὸ πρόσωπον, καὶ σὺ
ζίνιν, φᾶφ ἄρ, ἀχ ὑποκεῖῆς,
ἀλλὰ ποιητὴς τῶν καινίσων,
καὶ νομοθέτης γνόμῃ, ὑπὸ
ταυτησὶ τῆ ἰσχάδι παραφα
νέσης, ἀλέχθης πίθηκος ἄρ,
καὶ ἀπ' ἄκρου χάλκης φιλοσο-
φῶν, καὶ ἕτερα μὲν ἰώδωρ ἐ-
νὶ φρεσὶν, ἄλλα δὶ λέγων, ὡς
ἐικότως, ἄρ τινα ἐπὶ σὲ ἐπέρ,
ὅτι ἀλήθεις, καὶ ἐφ' οἷς ἐπαι-
νεῖσθαι ἀξιοῖς, χάλια μὲν σου
ἐδίηνεν, ὑπερώλω δ' αὐχμῶ-
δες καταλέλοιπε. τοιγαροῦν
παρὰ πόδας αὐθὶς ἔτιος δί-
κλω, προπετῶς μὲν θρασυά-
μῃ τε πρὸς τὰς ἀνθρώπων
χρείας, μετὰ μικρὸν δὲ μονοῦ
χὶ ὑπολύρξειν ἐξομοσάμῃ τε
πλὴν ἐλευθερίαν. ὡ ἐφκὼς ἀ Ad-
δράστεια τότε καλόπιν ἐφεσῶ-
σά σοι ἀνδροκτμένῃσι ἐφ' οἷς κα-
τηγόρεις τῶν ἄλλων, καταγε-
λᾶν, ὡς ἄρ θεὸς ἀδ'ηατὼμὶν
λεσάν σοι ἰὼς τὰ ὅμοια μεταβο
λὼ

dere cæpit. Non aliter & tu non histrio quispiam, sed ipse pulcherrimarum rerum autor, & velut legumlator, ostenso alterius vitæ splendore quasi nuce quadam, te ipse similam esse prodidisti, vt qui [n] summis tamùm labijs philosophus. quíq; nihil quidem veritus inferorũ portas, alia quidem mente occultes, alia verò lingua depromas: vt non immeritò quis de te diceret, quæ scribas, quibuíq; te venditet, labra quidem tua rigosse, palatum autem interius aridũ reliquisse. Quamobrem statim [o] ante pedes quoque vltricem pœnam sensisti, quì cùm antè audacia procaci humanarum rerum necessitatibus insultaris, ipse tamen haud ita multò pòst libertatem velut sub præconibus abiuraris. [p] Atqui apparet Adrasteam iam tum tibi à tergo assistentem, ea quibus tu partim te ipse venditabas, partim alios incusabas, egregiè risisse: quippe quæ, dea cùm sit, non ignorárit futurum vt & ipse mutata sententia in simile vitæ genus transires, [q] tum quod non prius in tuũ ipsius sinum inspueris, quàm

λὰν, καὶ ὅτι οὐκ εἰς τὸν κόλπον τῆς τύχης πρότερον, ἢ ξίους διαγορεῦσαι τῶν δὴ ποικίλας τινὰς τύχας τοιαῦτα πράξειν ἐπωμώσοντος. ἐγὼ δὲ ἐπιθοιτό τις τῷ λόγῳ τῶν Αἰσχίνου, μετὰ πολὺ κατὰ τοῦ Τιμάρχου διατυγοείαν, αὐτὸν ἀλῶναι, καὶ φωραθῆναι τὰ ὅμοια πάσχοντα, πόσον ἄρ' οἴει παρὰ τῶν ὁρώντων γελᾶσθαι τὸν γέλωτα, εἰ Τίμαρχον μὲν ὕβρεως ἐπὶ τοῖς καθ' ὥραν ἡμαρτημένοις, αὐτὸς δὲ γέρων ἤδη, τοιαῦτα εἰς ἑαυτὸν παρανόμει; τὸ δὲ ὅλον ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀρκυρύπλειν βυκὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μεταξὺ σπάμενος τὸ βυκὸς ἐφαίνετο. ταῦτα μὲν καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερα ἑποίησε ἄν, οἷος σὺ διαγορῶν ἐν ὅτῳ ἀμφιλαφῆ ἐπιθέσεως, καὶ μυείας τὰς ἀφορμὰς παρεχομένης, ἐγὼ δ' ἤδη σκοπῶ τίνα, καὶ πράττω-

eos accusares, qui ob varias fortunæ vicissitudines eiusmodi fecere sustiment. Iam si quis verbi gratia Aeschinem post grauem illam orationem, qua Timarchum accusauit, fingat ipsum in idem incidisse scelus, ac per hoc in simile crimen vocatum: quantus quæso hinc spectantium risus fuerat futurus, quod Timarchum quidem eius peccati gratia, ad quod hominem ætas tulit, graviter incessuit, ipse verò iam senex eadem in sese commisit? Denique similis videris illi pharmacopolæ, qui cùm remedium contra tussim venditaret, & qui eo vterentur, eos statim eo malo liberari polliceretur: miser tamen ipse eius morbi vehementia interim concuti cernebatur. Hæc atque id genus alia quispiam accusando tibi obiiceret, præsertim in hac materia adeò copiosa, quæque mille ansas aduersario præbeat. Cæterùm nunc apud me ipse cogito, quam viam

στράπωμαι πρὸς τὴν ἀπολογίαν, ἆρά μοι κράτιστον ἐθελοκακήσαντα, καὶ τὰ νῶτα ἐπιστρέψαντα, καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἀρνούμενον, ἐπὶ τὴν κοινὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καταφυγεῖν; λέγω δὲ τὴν τύχην καὶ μοῖραν καὶ εἱμαρμένην, καὶ παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν μοι τοὺς ἐπιτιμῶντας, εἰδότας ὡς οὐδενὸς ἡμεῖς κύριοι, ἀλλ' ἑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον δὲ μιᾶς τῶν προειρημένων ἀγόμεθα, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναίτιοι παντάπασιν ὄντες, ἃ ἂν λέγωμεν, ἢ ποιῶμεν, ἢ τοῦτο μὲν κομιδῇ ἰδιωτικὸν, καὶ οὐδ' ἂν σύ με, ὦ Φιλότης, ἀνάσχοιο τοιαύτην ἀπολογίαν προϊσχόμενον, καὶ συνήγορον τὸν Θμηρον παραλαμβάνοντα. καὶ τὰ ἐκείνου ἔπη ῥαψῳδοῦντα, Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἀνθρώπων εἶναι· καὶ τὸ, Γανομένῳ. ἐπένησε λίνῳ, ὅτέ μιν τέκε μήτηρ. εἰ δὲ

viam expurgandi mei apud te inuenire queam. [r] Num ergo optimum fuerit, vt me ad malũ hoc mea voluntate coactum confitear, dorsum verberaturo aduertã, improbitatem non negem, sed ad communem illam excusandi rationem confugiam, nimirum fortunæ fatiq; ineuitabilem necessitatem meo facto prætexens? Atque interim ab obiurgantibus veniã deprecer, ob id spero nostræ causæ æquioribus, quòd non ignorẽt quàm nihil sit in nostra ipsorum manu, quodúe potẽtioris alicuius numinis, Fortunæ scilicet aut Fati arbitrio, vel contra nostrã voluntatem impellimur, adeò vt crimen nullum in nos hæreat, quantumuis aliquid vel dicamus vel faciamus. Aut hæc via nimis est vulgaris, vt ne tu quidem (quanquã amicissimus) huiusmodi excusationis obtentu me sinas elabi, etiã si patronum habeam Homerum, eiusq; carmina hæc decantẽ:

Fatorum nexus fugisse, haud dixero quenquam.

Tum illud:

Filum Parca dedit nascenti matris ab aluo.

τηρ, εἰ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν λόγον, ὡς οὐ πάνυ ἀξιόπιστον. ἐκεῖνο λέγοιμι, μήτε ὑπὸ χρημάτων, μήτε ὑπ' ἄλλης τινὸς ἐλπίδος τοιαύτης δελεασθεὶς, ὑποστῆναι τὴν παροῦσαν συνουσίαν, ἀλλὰ τὴν σύνεσιν, καὶ ἀνδρίαν καὶ μεγαλόνοιαν τοῦ ἀνδρὸς θαυμάσας, ἐθελῆσαι κοινωνῆσαι πράξεων τῷ τοιούτῳ, δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ἐπιφερομένῃ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν, κἄτα ἐυρίσκωμαι ἥλῳ, φασὶν, ἐκκρούων τὸν ἧλον. καὶ μείζονί γε τὸν σμικρότερον ὅσῳ κολακεία τῶν ἄλλων ἁπάντων κακῶν τὸ δουλοπρεπέστατον εἶναι, καὶ ταύτῃ χείριστον νενόμισται. τί οὖν ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα, μήτε ἐκεῖνα λέγειν δοκεῖ, ὑπόλοιπόν ἐστιν, ἢ ὁμολογεῖν μηδ' ἓν ὑγιὲς εἰπεῖν ἔχειν; μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας, καὶ τὴν νόσον καὶ μετὰ τούτων τὴν πενίαν, πάντα ποιεῖν

Itaque si hac ratione tanquam parum proba neq; fide digna posthabita, illud dicerem, neque pecuniæ causa, neque spe aliqua alia inescatum me, præsentem seruitutem ferre, [s] sed ipsius principis prudentiam, fortitudinem & magnanimitatem admiratum, rebus eius interesse voluisse: hîc vereor ne ad prioris criminis inuidiam, adulationis quoque nota accedat, videárque, quod aiunt, clauum clauo pellere, & crimen minus maiori velle obscurare, quatenus adulatio malorum omnium [t] maximè est seruile, & ob hoc pessimum censetur. Quid ergo, si neq; hæc neque illa videntur dicenda, nobis restat, nisi vt ingenuè fateamur, nihil nobis esse sincerum ac sanum, quo deinceps vitium nostrum palliemus? [u] Vna forsan anchora ad hoc nobis superest, quam im aquam nondum demisimus, videlicet senectutem nostram ac morbum in miserationem vocare, paritérque paupertatem causari, quæ vt euitari queat, hominem nihil

non

τὰ ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναπείθουσαν, ὡς ἐκφύγοι τις αὐτήν. καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ οὐκ ἄκαιρον ἴσως καὶ τὴν τοῦ Εὐριπίδου Μήδειαν παρακαλέσαι, παρελθοῦσαν εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ ἐκεῖνα τὰ ἰαμβεῖα, μικρὸν αὐτὰ παρῳδήσασαν· Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾷν μέλλω κακὰ, Πενία δὲ ἐρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. τὸ μὲν γὰρ τοῦ Θεόγνιδος κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, τίς οὐκ οἶδεν, οὐκ ἀπαξιοῦντας καὶ ἐς βαθυκύτεα πόντον σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν, καὶ κατὰ κρημνῶν γε ἠλιβάτων, εἰ μέλλοι τὶς οὕτως ἀπρεπάσεσθαι τὴν πενίαν; ταῦτα μὲν εἶναι δοκεῖ, ἅ τις ἂν ὡς ἐν τοιούτῳ ἀπολογήσασθαι ἔχοι, οὐ πάνυ εὐπρόσωπον ἕκαστον αὐτῶν. σὺ δέ μοι θάρρει, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐδενὶ τούτων ἐμοῦ χρησομένου. μὴ γὰρ τοσοῦτός ποτε λιμὸς κατανάβοι τὸ Αργος, ὡς τὴν κοίλην Αραβίην σπείρειν ἐπιχειρεῖν. οὐδ' ἡμεῖς οὕτω πένητεν εὐλόγου ἀπολογίας, ὡς ὑπ'

non tum facere tum pati persuadet. Quod loco non intempestiuum fuerit, Medeã illam quæ est apud Euripidem, in auxilium aduocare, quæ huc progressa, Iambica illa non nihil huc detorta, pro me tibi occinat: Haud nescio quàm sint mala hæc quæ nunc paro, Sed mētis imperio reclamat pauperies. Nam illud [x] Theognidis quis ignorat, tametsi nullus citem: Non vitio dari, si quis se ipse vel in profundũ mare demergat, vel è rupe præcipitet, modò [y] paupertatis onus hoc pacto excutiat? Hæc ferè sunt quæ quis in eiusmodi causa pro se dicere posset, etiamsi nihil eorum admodum decoram gerat personam. [z] Tu rò, ô amice, quantum ad me attinet, bono animo es, quandoquidem in mea defensione id genus auxilijs nullis sum vsurus. Neque enim spero, tanta fames vnquam vrgere poterit Argiuos, vt de caua Arabia serenda cogitent: neque ipsi nos iusta adeò excusatione destituemur vnquam, vt si quando

ὑπ' ἀχρείας τὰ τοιαῦτα κρυσφύγετα πρὸς τὴν κατηγορίαν ζητεῖν. ἀλλά μοι ἐκεῖνο ἐννόησον, ὡς πάμπολυ τὰ τοιαῦτα διαφέρει, εἰς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ὑπόμισθον παρελθόντα, δουλεύειν καὶ ἀνέχεσθαι, ὅσα μοι φησὶ τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίῳ πράττοντά τι τῶν κοινῶν, καὶ ἐς δύναμιν πολιτευόμενον, ἐπὶ τούτῳ παρὰ βασιλέως μισθοφορεῖν. Διελθὼν δὴ καὶ ἰδίᾳ καταθεὶς ἑκάτερον, σκόπει· εὑρήσεις γὰρ τὸ τῶν Μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν τὸ γράμμα, καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους, ὅσον μόλιβδος ἀργύρῳ, χαλκὸς χρυσῷ, καὶ ἀνεμώνη ῥόδον, καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος· μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ κἀνταῦθα, καὶ τὸ ὑπ' ἄλλῳ τάττεσθαι, τὸ δὲ πρᾶγμα παμπόλλην ἔχει τὴν διαφωνίαν, ἐκεῖ μὲν γὰρ δουλεία σαφὴς, καὶ οὐ πολὺ τῶν ἀργυρωνήτων καὶ οἰκοτρίβων διαφέρουσιν οἱ ἐπὶ

si quando accusemur, eiusmodi latebras quærere cogamur. A Quin illud mihi considera, quàm magno hæc inter sese discrimine distent, videlicet in prædiuitis alicuius familiam adscriptum, seruire seruitutem, eáq; omnia perferre, quæ libellus ille meus recenset: & publicè rem populi tractantem, ac pro virili remp. administrantem, hoc nomine ab Imperatore salarium accipere. Age contemplare hæc, & vtrunque per se ac seorsim perpende: reperies certè res ipsas, iuxta illud Musicorum prouerbium, B δὶς διὰ πασῶν, hoc est, lõgissimo interuallo inter se dissidere: tum duas has vitæ rationes tantum inter se conuenire, quantum est affinitatis plumbo cum argẽto, æri cum auro, anemonæ cum rosa homini cum simia. Siquidem vt illic, ita & hic merces accipitur: & accidit vtrobique, vt alteri sit parendum. Cæterùm in ipsa negocij ratione ingens est dissonantia: quandoquidem illic seruitus est manifesta, & qui illorum conditionem accipiunt

emptitijs

οἱ ἐπὶ τῶν τοιούτῳ πρεσιόντων. οἱ δὲ τὰ κοινὰ διὰ χειρὸς ἔχοντες, καὶ πόλεσι, καὶ ἔθνεσιν ὅλοις σφᾶς αὐτοὺς χρησίμους παρέχοντες, οὐκ ἂν εἰκότως ἐκ μόνου τοῦ μισθοῦ διαβάλοιντο, καὶ ἐς ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν τῆς κατηγορίας καθέλκοιντο, ἐπεὶ οὐκ ἂν φθάνοι τις ἁπάσας ἀναιρῶν τὰς τοιαύτας πρεσσίας· καὶ οὔτε οἱ τοιαῦτα ἔθνη ἐπιτροπεύοντες, οὔθ' οἱ τὰς πόλεις ἁρμόττοντες, οὔθ' οἱ τὰς φάλαγγας ἢ στρατόπεδα ὅλα ἐγχειριζόμενοι, ὀρθῶς ποιήσουσιν, ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτῶν τῶν ἔργῳ πρόσεθιν. ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑνὸς, οἶμαι, χρὴ ἀνατρέπειν τὰ πάντα, οὐδ' ἰσοτιμίαν τῶν μισθοφορούντων καθιστάναι. τὸ δ' ὅλον, οὐ τοὺς μισθαρνοῦντας ἅπαντας ἐγὼ φαύλῳ βίῳ συνεῖναι ἔφασκον, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ ταῖς οἰκίαις ἐπὶ πρεφάσει παιδεύσεως δουλεύοντας ᾤκτειρον. τουτί δε, ὦ ἑταῖρε,

emptitijs illis & manuarijs seruis non admodum præstant. At qui rempublicam tractant, & in vsum ciuitatis nationumq; totarum strenuam operam collocant, nullo iure, ob solam mercedem in calumniam vocari poterunt, inque crimen cum illis commune trahi, C Alioqui fieri non poterit, quin hac ratione & præfecturæ omnes exauctorentur, vt neque tot ac tantarum gentium præsides, neque ciuitatum rectores, neque ordinum militarium ductores, imò nec ipsi totius exercitus imperatores rectè facere videantur, quando horum omnium laboribus proposita sunt præmia. D Cæterùm vnius mercedis nomine non oportet opinor vel bona omnia euertere, vel mercedem accipientibus, æqualem conditionis gradum tribuere. Denique mercenarios miseræ vitæ obnoxios illic dicebam, non omnes, sed qui doctrinæ prætextu in diuitum famulitio seruiunt, eos tanquam ærumnosat

ὦ ἑταῖρε, τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα παντάπασιν ἑτεροῖόν ἐστιν. εἴγε τὰ μὲν οἴκοι ἰσότιμα ἡμῖν, δημοσίᾳ δὲ τῆς μεγίστης ἀρχῆς κοινωνοῦμεν, καὶ τὸ μέρος συνδιαπράττομεν. ἔγωγ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαιμ' ἂν σοι οὐ τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας, ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρίσθαι, τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ἑπομνήματα γράφεσθαι, καὶ τάς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογούντων ῥυθμίζειν. καὶ τὰς τοῦ ἄρχοντος γνώσεις, πρὸς τὸ σαφέστατον ἅμα καὶ ἀκριβέστατον, σὺν πίστει τῇ μεγίστῃ δεφυλάττειν, καὶ παραδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀπρεσαμένας. καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐ φαῦλαι ἐλπίδες,

sos miserabor. At nostrum negocium, ô amice, modis omnibus est diuersum. Quanquam enim quæ ad domesticam vitam pertinent, nobis cum illis sunt communia, publicè tamen summi imperij participes sumus, eiusq; administrandi prouinciam cum rege partimur. Ipse ego, si diligenter expendas, Aegyptiaci regni portionem non minimam sub manibus habeo, dum nunc pœnas statuo, nunc iusta tributa impero, nunc dictorum factorumq; omnium rationaria conscribo, nunc litigantium acta certa lege perpendo. Ad hæc principis ipsius decreta ad certissima simul & rectissima quæque summa fide perduco, eadémque diligenter adseruata subditis trado, reipublicæ cura in omne æuum conseruanda. Deinde proponitur merces non vulgaris, sed à principe: nec ea exigua, sed talentis numerata. Post hæc, modò recta via res procedat, superest spes, neque hæc contem-

δεῖ, εἰ τὰ εἰκότα γίγνοιτο, ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι, ἤ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς. ἐθέλω γοῦν ἐκ περιττοῦ χρησάμενος τῇ παῤῥησίᾳ, καὶ ὁμόσε χωρήσας τῷ ἐπιφερομένῳ ἐγκλήματι, καθ' ὑπερβολὴν ἀπολογήσασθαι. καὶ δὴ φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν, οὐδ' ἂν τοὺς τὰ μέγιστα πράττοντας εἴπης, ὅπου μηδὲ βασιλεὺς αὐτὸς ἄμισθός ἐστιν. οὐ φόρους λέγω, οὐδὲ δασμοὺς, ὁπόσοι παρὰ τῶν ἀρχομένων ἐπέτειοι φοιτῶσιν. ἀλλ' ἔστι βασιλεῖ μισθὸς μέγιστος, ἔπαινοι, καὶ ἡ παρὰ πᾶσιν εὔκλεια, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις προσκυνεῖσθαι. εἰκόνου δὲ καὶ νεὼ καὶ τεμένη, ὁπόσα παρὰ τῶν ἀρχομένων ἔχουσι, μισθοὶ καὶ ταῦτά εἰσιν ὑπὲρ τῶν φροντίδων καὶ πονοίας, ἣν ἐκφέρονται, προσκοποῦντες ἀεὶ τὰ κοινὰ, καὶ βελτίω ποιοῦντες. ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζειν ἣν ἐθέλῃς, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ σοροῦ

contēnenda videlicet, vt prouinciæ alicui quasi iam emeritus præficiaris, aut regium aliquod negociū tibi demandetur. E Iam verò gestit animus in hac loquendi libertate paulò magis progredi: & crimen ab accusatoribus supra modum exaggeratum, itidem copiosiùs refellere. Equidem apertè pronuncio, ne minem quicquam facere gratis, ne si vel maximarum rerum administratores obieceris: quando nec ipse princeps mercedis est expers. Non hîc dico tributa, nec vectigalia, quæ per singulos annos à subditis penduntur: verùm principi maxima fuerit merces, si à laudatis laudetur, si nomen eius ab omnibus celebretur, si beneficiorum nomine numinis vice adoretur. Porrò imagines, templa & aræ, & quæcunque eius generis à subditis suis habent, mercedis loco sunt & ipsa, nimirū pro curis, proq́ solicitudine qua cōmune ciuium bonū procurant, cunctaq́ in melius prouehunt. Et, vt magnis parua componam, si initiò iam inde ab ipsius

ρὸς κορυφῆς, ἐφ' ἕκαστον τούτων, ἀφ' ὧν σύγκειται καταβαίνειν, ὄψει ὅτι μικρόν τι διαφέρομεν τῶν ἀκροτάτων· τὰ δ' ἄλλα, μισθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες. ἐμοὶ μὲν οὖν τοῦτον ἐτεθείκειν τὸν νόμον, μηδένα μηδὲν πράττειν, ἐξ οὗ ἂν ἀκόντως ἐδόκουν τι παρανομεῖν· εἰ δὲ τοῦτο ὀδαρῶς βιβλίδιόν μοι γέγραπται, καὶ δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα ἐνεργὸν εἶναι, τί ἂν ἄλλο δέοι αὐτῷ γίγνεσθαι; ἢ φίλοις συμπονοῦντα πρὸς τὰ βέλτιστα, κἂν ᾧ μέσῳ πάσῃ τῇ σπουδῇ τὴν αὑτοῦ διδόντα, ὅπως ἔχῃ πίστεως καὶ σπουδῆς καὶ εὐνοίας πρὸς τὰ ἐγκεχειρισμένα, ὡς μὴ τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο, Ετώσιον ἀρούρης ἄχθος ἔωμεν πρὸς δὲ τῶν ὅλων μεμνῆσθαι καὶ τοὺς ἐπιστιμῶντας, ὅτι ὁ σοφῶν ὄντι μοι, εἰ δή τις καὶ ἄλλος ἐστὶ σοφὸς, ἐπιτιμήσουσιν, ἀπὸ τοῦ πόνου δήμου λόγους μὲν ἀσκήσαντι, καὶ τὰ μέτρια ἐπανουμένῳ ἐπ' αὐτοῖς, πρὸς

ab ipsius velut acerui cacumine sumpto, per singula quibus compositus assurgit descendas, videbis sanè nos non nisi magnitudine & paruitate à summis differre: cæterà mercenarij simul omnes sumus. Itaq; si hanc tulissem legem, neminem quicquam facere debere, non iniuriâ iniquitatis reus essem. Sin hoc in nullo libelli nostri angulo à me est dictum, & bonum virum operi alicui intentum esse decet: quî posset operam suam collocare quis rectius, quàm vt ad optima quæque promoueat amicos, ac in medio omnium luce & de se det periculum, quanta fide, quâve diligentia, qua postremò animi beneuolentia negocia commissa queat expedire? ne videlicet locum habeat illud Homericum: Telluris inutile pondus. Atqui meos obiurgatores meminisse oportet, quòd cùm me reprehendunt, haudquaquâ sibi res est cum

sapiente quopiam (si modò est aliquis hoc dignus nomine) sed eo qui sit vnus è media plebe, ex literarum exercitatione mediocrem

πρὸς δὲ τὴν ἄκραν ἐκείνην τῶν κορυφαίων ἀρετὴν οὐ πάνυ γεγυμνασμένῳ. καὶ μὰ Δί' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ ἀνιᾶσθαί μοι ἄξιον, ὅτι μηδὲ ἄλλῳ ἔγωγ' οὖν ἐντετύχηκα, τὴν τοῦ σοφοῦ ὑπόσχεσιν ἀπεπληροῦντι. σοῦ μέν τοι καὶ θαυμάσαιμ' ἂν ἐπιτιμῶντός μου τῷ νυνὶ βίῳ, εἴγε ἐπιτιμώης, ὃν πρὸ πολλοῦ ᾔδεις ἐπὶ ῥητορικῇ δημοσίᾳ μεγίστας μισθοφορὰς ἐνεγκάμενον, ὁπότε κατὰ θέαν τοῦ ἑσπρίου Ὠκεανοῦ, καὶ τὴν κελτικὴν ἅμα ἐπιὼν, ἐνέτυχεν ἡμῖν, τοῖς μεγαλομίσθοις τῶν σοφιστῶν ἐναριθμουμένοις. ταῦτά σοι, ὦ ἑταῖρε, καί τοι ἐν μυρίαις ταῖς ἀσχολίαις ὤν, ὅμως ἀπελογησάμην, οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι. ἐπεὶ πρός γε τοὺς ἄλλους, κἂν συνάμα πάντες κατηγορῶσιν, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

mediocrē nominis celebritatem nactus: attamen qui ad supremam illā virtutem. quò non nisi summatibus datur aditus, non admodū sit institutus. Quanquā ne hoc quidem nomine grauius dolere debeo per Iouem cùm in nullum vnquam inciderim, qui omnes sapientiæ quam profitebatur; numeros expleret. Te verò, quòd hanc viuendi rationem nobis vitio vertis, non possum non mirari, qui iam olim eidem crimini obnoxium non obiurgaris, cùm non sine ingenti mercede dicendi facultatem publicè agendis causis locarem. Quo tempore tu peragrata simul Gallia, ad occidentalis Oceani spectaculū profectus, fortè fortuna in nos incidisti, cùm inter quæstuosos Rhetores & nobis erat locus. Hæc sunt, mi amice, quæ obijcient tibi, quanquam mille negocijs districtus, vtcunque respondi: F nimirum vt videas quàm non in postremis habeam, si tuo suffragio candido plenoq; nostra causa probetur. Nam quod ad alios pertinet, etiamsi simul omnes accusent, mihi tamen suffecerit illud: G Haud curat Hippoclides.

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a IAMDVDVM] *Exordium à præoccupatione & simulatione admirationis* b Quod aiunt] *Ab ostracismi, quo florentes hominũ fortunæ subitò vertuntur, ratione, manasse videtur adagium:* ὀστράκου περιστροφὴ, *testulæ conuersio quo etiã vsus est Eunapius Sardianus, in Chronographia in hæc verba scribẽs:* ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος ἐπὶ τὸ βελτίον ἐχώρησε ῥωμαίους: *hoc est, Romanis fœlicius præter spem res cecidit, tanquã in diuersum prolapsa testula. de Ostracismo plura in Aristide & in Themistocle. Aristot. 3. Polit. Alexander Neapolitanus in Genialib. Bud. in comment. Græcæ linguæ.* c Pedem in Charontis.] *Amplificatio ab ætate: extremæ enim decrepitæq; senectæ, non procul abesse ab Aeaco, & alterum pedem in Charontis cymba habere, dicuntur hic. In Votis verò, in naui: in Sectu, in tumulo: quoniam breui mittendi sunt ad inferos.* d Quod prouerbio.] *A' fine.* e Eloquentiæ præsidi.] *Mercurius eloquentiæ disciplinarumq; parens est. Hinc Mercurij typus & catena, adagiales species, pro insigniter eloquentibus, & omnibus doctrinæ numeris absolutis in Pseudologista dicitur, Legius à disciplinis & facultate dicendi: fuit enim eloquentissimus. Hinc Horat. 1. Carm. Od. 10.* Mercuri facunde nepos Athlantis. f Nunc igitur tu.] *Accusatio sub persona Sabini.* g Super omnia.] *A collatione superioris orationis & præsentis vitæ.* h A' Mercurio illo.] *Mercurius superis & inferis ex æquo communis: denique Deorum interpres & legatus* i. Fabulam.] *De Bellerophonteis literis, quam cõmemorant Græci fabulam, reperies apud Erasmum nostrum Chiliadis secundæ centuria sexta, adagio 82. Lucianus huius mentionem facit aduersus indoctũ, qui emptione librorũ doctrinæ famam aucupabatur. Et, De non temerè credenda calumnia.* k Quare non inepté] *Amplificatio à persona Salethi.* l Sapientem eum odi.] *Vsurpat Cicero in epistola quadã ad Trebatium, ostendens ex Tragœdiæ Medeæ eum versum sumptum: Qui sibi ipse sapiens prodesse nequit, nequaquam sapit. Ennius eo respexit his verbis:*

Qui sibi ipsi non sapiunt, alteri monstrant viam:
Quib. diuitias pollicẽtur, ab his dragmas ipsi petunt.

Extat

Extat apud Ciceronem, libr. 1. de Diuinat. m Nempe.] A' vocatione tragicorum histrionum. n Summis labiis Philosophus.] i. non verè qui verbis duntaxat simulat quippiam, non autem ex animo facit. Idem in Dialogis amatorijs: ἐπ' ἄκρῳ τῷ χείλει τῆς ὄρκου ἔχοντι, summis in labiis iusiurandum habentibus. Idem in Rhetorum præceptore: ἐν ἄκρῳ ἐπ' ἄκροις ἀεὶ τοῖς χείλεσι i. semper in labijs summis periurium. o Ante pedes] A' consilio & euentu. p Atqui appareat.] Nemesim deam finxerunt veteres, quæ animaduerteret in eos qui superbè, insolenter, arrogãter, tyrannicè, scelerate, perfidè, aut proterue in vita versarentur. De ea multa Aelius Rhod. libr. 11. cap. 19. Plin. libr. 11. cap. 45 & alijs in locis Erasmus in Prouerbio Adrastia Nemesis, siue Rhamnusia Nemesis. Sed optimè Budæus libr. 1. De contemptu rerum fortuitarum q Tum quod non.] Ab exemplo καθ' ὑπόθεσιν. r Num ergo.] Responsio per occupationem. s Sed ipsius principis. A' persona & qualitate principis. t Maximè est seruile.] Ab ætate & inopia rerum. u Vna fortassis ancora.] i. illud mihi adhuc superest quò possim confugere. Metaphora est, qua vtimur quoties ad extrema præsidia confugitur. Ea Lucianus rursus vsus est in Drapetis. i fugitiuis, & in Ioue Tragœdo. Euripides in Helena: ἄγκυρ' ἐμοὶ δῆτα τύχας ὀχᾶ μόνη. i. Mihi ab vnica fortuna pendet ancora: hoc est, Vna duntaxat spes mihi superest. x Theognidis quis ignorat.] Theognidis poëta Græci sæpè meminit in Legibus Plato. Ex hoc opinor Theognidis versu sua manauit etiam illa Plauti in Trinummo, nimis quàm detestanda sententia: De mendico malè meretur, qui ei dat quod edat aut bibat. Nam & illud quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miseriam. y Paupertatis onus.] Terentianus Phor. Nunquam æquè, inquit, ac modò paupertas mihi onus visum & miserum & graue. z Tu verò, ô amice.] Reiectio, qua ad veram & propriam defensionem facti transit. A Quin illud mihi] Argumentum à diuisione & diuersitate conditionum. B Διὸς πατῶν.] Vsus est contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis. Rursus De Conscrib. hist. Vide Erasmi Chiliad. C Alioqui fieri.] Amplificatio à consequentibus. D Cæterùm vnius.] Interpretatio dicti, & quomodo mercedem accipiat

E Iam verò gestit.] *Locus communis: Neminem quicquam gratis facere, & tamen bonum virum operi alicui intentum esse debere.* F Nimirum vt videas.] *Non paruo æstimabo, si tuo candido plenoq; suffragio nostra causa probetur. Alludit ad calculorum morem, cuius meminit Ouidius 15. Metam. Antiquitùs enim missis in vrnam calculis, ita ferebantur à iudicibus sententiæ, vt albis absoluerent, nigris damnarent. Vide Arist. in Problematis.* G Haud curat Hippoclides.] *Adagium est, quo significat se non magnopere laborare, aliorumq; negligere sententiam. Natum est ex Hippoclidis Tisandri filij historia, qui propter turpem saltationem sponsa Agaristæ excidit, sed respondit socero Clisthenis: Hippoclides non curat. Quam Herodotus in Eratone lib. 6. & Erasmus noster in Adagiorum volumine pereleganter & doctè referunt. Idē eo iterū vsus est in Hercule.*

TYPANNOKTONOΣ TYRANNICIDA.

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

QVod ad Argumentum declamationis attinet, infrà ab ipso auctore ponitur. Cæterùm genus orationis iudiciale est, status qualitatis. De eo enim potissimùm quæritur, dignúsne sit præmio Tyrannicidæ, qui filium tyrāni occidit, an non. Incidit tamē legalis quoq;. nam & de eo qui tyrānicida vocandus sit, & de legis sententia disputatur. Exordiū attentione & docilitate comparanda fermè consumitur dum & summam petitionis & rei magnitudinem pariter ac nouitatem exponit, nisi quòd interim & beneuolentiam sibi ex merito facti, & aduersario ex suspicione inuidiam parat. Narratione grauitatē atq; fæuitiā tyrānidis primùm persequitur, eiusque omnē causam in filiū tyrāni trāsfert, vt videatur videlicet certo cōsilio filium ante patrē aggressus esse: deinde & modum peractæ cędis & consiliū suum exponit. Hinc propositio siue petitio sequitur: post quā confirmatio, in qua principiò petitionem suam cōmendat amplificatione euentus, & bonorū quæ ex hoc facto secuta sint, cum

cum aduersarij obiectione comparata. Deinde verbis legis opponit definitionem tyrannicidæ, à genere comprobatã, puta quòd non solùm is qui sua manu & gladio tyrannũ occidit, hoc nomine dicendus sit: sed etiã qui per alium, & quocunq; modo illũ tollit. Postea etiam à fine legis argumentatur contà scriptum. Vltimò locum quem Rhetores à summo ad imum vocant, siue etiam communem, tractat: in quo cõsilium siue voluntas, conatus, actio, eaq; per comparationem aut effictionem amplificata. Postremò & euentus considerantur. Peroratio autem locis patheticis constat. nam ipse quidem pro se affectus mouet, à modo & instrumento actionis: à tyranni autem persona hypotyposi quadam seu descriptione dictorum & factorũ illius. Ad finem propositionem repetit, & sui beneficij veluti memoriam quandam in auribus auditorum relinquit.

Ἀνῆλθέ πις ἐς τὴν ἀκρόπολιν, ὡς ἀποκτενῶν τὸ τύραννον· καὶ αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρε, τὸ δὲ υἱὸν αὐτοῦ ἀποκτείνας, καταλιπὼν τὸ ξίφος ἐν τῷ σώματι ἐλθὼν, ὁ τύραννος, καὶ τὸν υἱὸν ἰδὼν ἤδη νεκρὸν, τῷ αὐτῷ ξίφει ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. αὐτὸς ὁ ἀνελθὼν, καὶ τὸν τοῦ τυράννου υἱὸν ἀνελὼν, λέγεις, ὡς τυραννοκτόνος.

ΔΥο τυράννους ἀπεκτόνας, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μιᾶς ἡμέρας, τὸν μὲν ἤδη παρηκμακότα, τὸν δὲ ἀκμάζοντα, καὶ πρὸς δόξαν τῶν ἀδικημάτων ἑτοιμότερον, ἥκω μίαν ὅμως ἐπ' ἀμφοτέροις αἰτήσων δωρεάν. μόνος τοῦ παντὸς τυραννοκτόνων πληγῇ μιᾷ δύο πονηροὺς, ἀπεκτονάμην, καὶ

QVum duos eodẽ die tyrannos occiderim Iudices, alterũ quidem ætate iam affecta, alterũ æuo florentem, & ad scelerũ successionẽ capessendã paratum: vnicum tamen pro ambobus præmiũ petitũ venio, qui quidem vnus omniũ quotquot vnquã tyrãnicidæ fuerunt, vnico vulnere duos maleficos fuerim amolitus,

καὶ φονεύσας, ἢ μὴ παῖδα ὢν ξίφει, ἢ πατέρα δι' ἡμᾶς τὸν ἑαυτοῦ φιλοτεκνίᾳ. ὁ μὲν οὖν τύραννος, ἀνθ' ὧν ἐποίησεν, ἱκανὴν ὑμῖν δέδωκε τιμωρίαν, ζῶν μὲν τὸν υἱὸν ἐπιδὼν προαπολωλεκότα παρὰ πάντα τὸν τελευτῶντα τελευτᾶν, καὶ λωβασάμενον τὸ παράδοξον αὐτὸν αὐτὸς ὢν τυραννοκτόνον. ὁ παῖς δὲ ὁ ἐκείνου τεθνηκὼς μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ ἀφθάνων πρὸς ἄλλον φόνον ξῶντι μὲν συμμαχικῶν τῷ πατρί, μετὰ θάνατον δὲ παροικονόμησας, ὡς ἐβούλετο. πάντα μὲν οὖν τυραννίδα ὁ παύσας ἀμείνω. καὶ τὸ ξίφος, ὃ πάντα ἔργασται, ἐμόν πάντα δὲ τάξιν ἐνέλαχε τῶν φόνων, καὶ ἢ πρόπορ ἱκανοδόμησα ἢ τὸν πονηρῶν τελευτῆς ἢ μὲν ἰσχυρότερον, καὶ ἀμαύρωσι λιπαρώτερον ἀνδρὸς ἀνελὼν, τὸν γέροντα δὲ μόνῳ παραχωρήσας τῷ ξίφει, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἡγοῦμαι πλέον τι ἐπὶ τούτοις ἂν μοι γενέσθαι παρ' ὑμῶν, καὶ

necisq; dederim, filium videlicet enſe, patrem indulgentia charitate, qua filiū adamabat. Itaq; tyrānus pro his quæ cōmiſit, abundè magnas pœnas nobis dependit: quippe qui & viuus aſpexerit filium priùs morte ſublatū, & quod eſt omniū maximè nouum, cōpulſus ſit denique ipſe ſui tyrānicida fieri. At filius illius mea quidē manu peremptus eſt, cæterùm occiſus alteram ad cædem operā mihi ſuam commodauit, dum qui viuo patri ſceleru ſocius fuerat, eiuſdem poſt mortem (quatenus licuit) exitiit parricīda. Ego itaq; ſum is qui tyrannidem ſuſtuli: pariterq; mecum gladius, quo cuncta confecta ſunt, meus: tametſi cædis ordinem commutārim, ac morem modumq; nouārim conficiendi ſceleratos: nempe hunc qui valentior erat, ac ſeſe defendere poterat, ipſe perimens, porrò ſenem ſoli gladio reſeruans. His igitur de cauſis & amplius quiddam à vobis me conſequuturum arbitrabar, præmia

καὶ ἀφορμὰς λήψεσθαι εἰσαεὶ μεῖζους τοῖς ἀνηρημένοις, ὡς ἂν ὑπὲρ τῶν παρόντων ἀπαμάξας ὑμᾶς μόνον, ἀπὸ καὶ τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος. καὶ τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον παρασχὼν, ἄδηλος παραλειφθήσομαι κληρονόμος τῶν ἀδικημάτων. μισθὸν δὲ τοσοῦτον κατορθώσας, ἀγήρατος ἀπολαύσω παρ' ὑμῶν, καὶ μόνος σύριος ὢν παρὰ τὸν νόμον ἀμοιβῆς, ἃς διεφύλαξα. ὁ μὲν ἂν ἀντιλέγων ἔτεροί, λοιδορεῖ μοι ἀκηδόμενος, ὅς φησι, τῶν κοινῶν τῆδε ποιῶν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς τελευτηκόσι πλυπημένος, καὶ ἀμωνόμενος τοῖς ἱκανοῖς τὸ θανάτῳ αἴτιον γεγενημένον. ὑμᾶς δ' ἀνάσχεσθέ μου, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρὸς ὀλίγον, τὰ ἐν τῇ τυραννίδι, καὶ πρὸς ἀλλόσιον ὑμῖν ἀκριβῶς διηγουμένου· καὶ γὰρ τὸ μέγιστον οὕτω μάθοιτ' ἂν τὴν ἐνεργεσίας τῆς ἐμῆς, καὶ αὐτοὶ μᾶλλον ἐνφρανεῖσθε, λογιζόμενοι ἂν ἀπημάκτως. ὃ δὲ, ὥσπερ ἄλλοις πολλοῖς ἤδη συνέβη πολλάκις, praemiáq; laturũ, quæ numero æquarent eos qui essent interempti: vtpote qui non præsentibus modò malis vos leuârim, verùm etiam futurorum formidine: quiq; stabilem pepererim libertatem, nullo relicto qui scelerũ capessat successionem. Verùm interim tantis rebus strenuè peractis, in dissimen adducor, ne præmio fraudatus à vobis discedam, ac ne solus non feram mercedem, quam leges à me seruatæ pstituunt. At qui contrà dicit, is mihi videtur non Reipublicæ studio (quemadmodũ ait) hoc facere, sed quòd extinctos esse illos grauiter ferat, atq; eum qui illis mortis auctor extitit, vlcisci conetur. Vos igitur, Iudices, mihi paulisp attendite, dum tyrannidis mala, tametsi ipsi optimè nostis, commemoro. Siquidem hoc pacto futurum est vt & beneficij mei magnitudinem intelligatis, & ipsi plus capiatis voluptatis, reputantes mirũ quibus suis leuati malis. Neq; enim, quemadmodũ alijs quibusdã sæpenumerò accidit,

ἁπλῶς καὶ ἡμᾶς τυραννίδα, καὶ μίαν δουλείαν ὑπομένομεν, ἀλλ' ἑνὸς ὑπολειπομένου πάθους μίαν δεσπότου, ἀπὸ μόνου τοῦ πατρὸς τὰ ὅμοια δυσχεραίνομεν, δύο ἀνθ' ἑνὸς τυράννους ἔχομεν, καὶ πρὸς διπλᾶ οἱ δυστυχεῖς ἀδικήματα διπρούμεθα. μετριώτερος δὲ ὁ πρεσβύτης ἦν παραπολύ, καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ἥπιώτερος, καὶ πρὸς τὰς καλάσεις ἀμβλύτερος, καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας βραδύτερος, ὡς ἂν ἤδη ἡλικίας τὸ μὴ σφοδρότερον τῆς ὁρμῆς ἐπεχούσης, τὰς δὲ τῶν ἡδονῶν ὀρέξεις χαλιναγωγούσης. καὶ πρός γε τοῦ ἀρχοῦ τὰ ἀδικημάτων ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἄκων προσήχθαι ἐλέγετο, οὐ πάνυ τυραννικὸς αὐτὸς ὤν, ἀλλ' ἑκὼν ἑκόντι· φιλότεκνος γὰρ εἰς ὑπερβολὴν ἐγένετο, ὡς ἔδειξε. καὶ πάντα ὁ παῖς τῷ αὐτῷ, καὶ ἑκόντι ἐπείθετο, καὶ ἠδικεῖτο ὅσα κελεύοι, καὶ ἐκόλαζεν ὅς προσάττοι, καὶ πάντα ὑπηρέτει. καὶ ὅλως, τυραννεῖτο ὑπ' αὐτοῦ, καὶ

itidem & nos simplicem tyrannidem atque vnicam seruitutem sustinebamus, nec vnius domini violentiam tolerabamus: verùm soli omnium quos similis habuit calamitas, duos pro vno tyrannos habebamus, & in geminas contumelias distrahebamur infelices. Porrò senex multò erat moderatior, quippe ad iras lentior, ad supplicia segnior, & ad cupiditates tardior: vt pote cui iam ætas vehementiam impetus cohiberet, voluptatumq; cupiditates refrenaret. Quin ad suscipienda maleficia filij instinctu nolens impelli ferebatur, ipse alioqui non admodum tyrannicus, nisi quòd illi morem gerebat. Siquidem indulgens in filium suprà quàm credi queat, erat: id quod re declarauit, ita vt filius illi esset omnia. Illi parebat: per vim faciebat quicquid ille iusserat: supplicio afficiebat quoscunque præceperat, ac prorsus in omnibus illi obsequundabat. In summa, filius in patrem tyrannum quendam agebat:

pater

καὶ δορυφόρος τῶν τοῦ παιδὸς ἐπιθυμιῶν ἦν ὁ νεανίας δὲ, τῆς μὲν τιμῆς παρεχώρει καθ' ἡλικίαν ἐκείνῳ, καὶ μόνου ἐξίστατο τοῦ τῆς ἀρχῆς ὀνόματος. τὸ δ' ἔργον τῆς τυραννίδος, καὶ τὸ κεφαλαιον αὐτὸς ἦν. καὶ τὸ μὲν πίστον καὶ ἀσφαλὲς ἀπ' αὐτοῦ παρεῖχε τῇ δυναστείᾳ, τὴν δ' ἀπόλαυσιν μόνος ἐκαρποῦτο τῶν ἀδικημάτων. ἐκεῖνος ἦν, ὁ τοὺς δορυφόρους συνέχων, ὁ τὴν φρουρὰν κρατύνων, ὁ τοὺς τυραννουμένους ἐκκόπτων, ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φοβῶν. ἐκεῖνος ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις. ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο. καὶ εἴ τινες σφαγαὶ, καὶ εἴ τινες φυγαὶ, καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις, καὶ βάσανοι, καὶ ὕβρεις, πάντα ταῦτα τολμήματα ἦν νεανικά. ὁ γέρων δ' ἐκεῖνος ἠκολούθει, καὶ συνηδίκει, καὶ ἐπήνει μόνον τὰ τοῦ παιδὸς ἀδικήματα, καὶ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἀφόρητον καθειστήκει. Οταν γὰρ αἱ τῆς γνώμης ἐπιθυμίαι τὴν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν

pater filij cupiditatum satelles erat. Tametsi huic propter ætatem honorem cedebat adolescens, solóque imperij nomine temperabat, tamen res & caput tyrannidis erat ipse. Et quanquam tutamentum præsidiúmque principatui ab illo mutuaretur, scelerum tamen emolumentis solus fruebatur. Ille erat, qui satellites continebat, qui custodias obtinebat, qui tyrannidem affectantes è medio tollebat, qui insidias formidabat. Ille qui castrabat ephebos, quî coniugia violabat. illi virgines producebantur. Tum si quæ cædes, si qua exilia, si quæ pecuniarum expilationes, delationes, contumeliæ, ea omnia iuuenis temeritate gerebantur: porrò senex illi obsequebatur, comitémque scelerum sese præbebat, ac comprobabat duntaxat filij sui flagitia. Itaque quum ea res nobis erat intoleranda, propterea quòd quum animi cupiditatibus ex imperio po-

σίαν προσλάβωσιν, οὐδένα ὅρον ποιοῦνται τῶν ἀδικημάτων· μάλιστα δὲ ἐκεῖνο ἐλύπει, τὸ εἰδέναι μακρὰν, μᾶλλον δὲ ἀΐδιον τὴν δουλείαν ἐσομένην, καὶ ἐκ διαδοχῆς παραδοθησομένην τὴν πόσιν, ἄλλοτε ἄλλῳ δεσπότῃ, καὶ πονηρῷ ἐκληρονόμημα γενησόμενον τὸν δῆμον. ὡς τοῖς γε ἄλλοις οὐ μικρά τις ἐλπὶς αὕτη, τὸ λογίζεσθαι, καὶ πρὸς αὐτοὺς λέγειν, ἀλλ' ἤδη παύσεται, ἀλλ' ἤδη τεθνήξεται, καὶ μετ' ὀλίγον ἐλεύθεροι γενησόμεθα. ἐπ' ἐκείνων δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἠλπίζετο ἀλλ' ἑωρῶμεν ἤδη ἕτοιμον τὸν τῆς ἀρχῆς διάδοχον. τοιγαροῦν οὐδ' ἐπιχειρεῖν τις ἐτόλμα τῶν γενικῶν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐμοὶ προαιρουμένων, ἀλλ' ἀπέγνωσο παντάπασιν ἡ ἐλευθερία, καὶ ἄμαχος ἡ τυραννὶς ἐδόκει, πρὸς τοσούτους ἐσομένης τῆς ἐπιχειρήσεως. ἀλλ' οὐκ ἐμὲ ταῦτ' ἐφόβησεν, οὐδὲ τὸ δυσχερὲς τῆς πράξεως λογισαμένος

testas accedit, nullum flagitijs modum imponũt: tum illud in primis discruciabat, quòd prospiceremus diuturnam, vel æternam potius seruitutem eam futuram, & per successionem alij post alium domino tradendam Rempublicam, populúmque homini scelesto hæreditatis instar obuenturum. Nam id alijs spem non exiguam facit, quod apud sese reputant, quod inter sese dicunt: At mox coërcebitur, at mox demorietur, paulò pòst liberi sumus futuri. Verùm de his nihil eiusmodi sperabatur, quin potius iam intuematur paratum tyrannidis hæredem. Vnde factum est, vt ne aggredi quidem quisquam fortium ciuium, & qui eadem quæ ego, animo statuisset, auderet: sed desperabatur ab vniuersis libertas, atque inexpugnabilis tyrannis videbatur: quippe quum esset cùm tam multis confligendum ac dimicandum. At me nihil ista deterruerunt, neq; perpensa negotij difficultate

μερ@ ἀπδκνυ@, ὀδὶ πρὸς τὸν λίνδιωρον ἀπιδπλία@· μόν@ δ', μόν@ πρὸς οὗτος ἰσχυρὰν καὶ πολλὴ τὴν τυραννίδα, μᾶλλον δ' ὀδὶ μόν@, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ξίφους ἀνέκαν τοῦ συμμαχιμοῦν, καὶ τὸ μέρ@ σωτὴ τυραννοκτόν@, πρὸ ὀφθαλμῶν μὲν τὴν τοιαύτην ἔχαν, ἀπαξόμε@ ἤδομε τὴν λοιμὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς. ἐντυχὼν δὲ τῷ πράτῳ φρουρᾷ, καὶ πρεψάμε@ ἐ ῥᾳδίως τοὺς δορυφόρους, καὶ τὸν ἐνδυχάνοντα ὑπάνωρ, καὶ τὸ ἀνθισάμενον πᾶν ἀφθαίρων, ἐπὶ τὸ μικρὸν ἀπολαον ὠὸ τῶν ἔργων ἐμέλλω, ἐπὶ τὴν μόνην τῆς τυραννίδ@ ἰσχύν, ἐπὶ τὴν ἑαυτὸν θέσιν τῶν ὑμετέρων συμφορῶν καὶ ἐπισὰς ὡ τῆς ἀκροπόλεως φρουείω, καὶ ἰδὼν γυνικῶς ἀμυνόμενον καὶ ἀνθισάμενον πολλοῖς τραύμασιν, ὅμως ἀπέκτανα. καὶ ἤδη τυραννὶς ἦν καθήρητο, καὶ πάρεσ ἔχ' μοι τὸ τόλμημα· καὶ

ficultate refugi, neque ad suscipiendum discrimen trepidaui: verùm solus, solus inquam, aduersus adeò validam variámque tyrannidem: vel non solus potius, sed gladio comite conscendi: quippe qui mihi sit auxiliatus, mecúmque ex parte tyrannum interemerit, quũ mors mihi interim ob oculos obuersabatur: at ediuersò perpendenti, quòd publicam libertatem mea cæde redempturus essem. Ergo vbi in primam irruissem custodiam, neque mediocri negotio satellites submouissem: occidens interim in quem incurrissem, & quicquid obsisteret amoliẽs, ad ipsum negotij caput ferebar, ad vnicum tyrannidis robur, ad nostrarum calamitatum fontem: atque irrupto arcis propugnaculo, quum viderem illum fortiter tuentem sese, multisque vulneribus resistentem, tamen occidi. Et iam tum erat sublata tyrannis, iam tum mihi confectum facinus.

καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, πάντες μὲν ἐλεύθεροι. ἐλείπετο δ' ὁ γέρων ἔτι, μόνος ἄνοπλος, ἀφῃρημένος τοὺς φύλακας, ἀπολωλεκὼς τὸν μέγαν ἐκεῖνον αὑτοῦ δορυφόρον, ἔρημος, οὐδὲ γενναίας ἔτι χειρὸς ἄξιος. ἐνταῦθα τοίνυν πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοιαῦτα ἐλογισάμην, πάντ' ἔχει μοι καλῶς, πάντα πέπρακται, πάντα κατόρθωται. τίνα ἂν ὁ περίλοιπος κολασθείη τρόπον; ἐμοῦ μὲν γὰρ ἀνάξιός ἐστι, καὶ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς, καὶ μάλιστα ἐπ' ἔργῳ λαμπρῷ καὶ νεανικῷ καὶ γενναίῳ ἀνῃρημένος, καταισχύνων κἀκείνην τὴν σφαγήν. ἄξιον δέ τινα δεῖ ζητῆσαι δήμιον· ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαίνειν, ἰδέτω, κολασθήτω, παρακείμενον ἐχέτω τὸ ξίφος· τούτῳ τὰ λοιπὰ ἐντέλλομαι. ταῦτα βουλευσάμενος, αὐτὸς μὲν ἐκ ποδῶν ἀπηλλαττόμην· ὁ δὲ, ὅπερ ἐγὼ προὐμαντευσάμην, διεπρά-

Ex eo tempore liberi omnes, nisi quòd reliquus adhuc erat senex solus, inermis, nudatus custodijs, iámque amisso magno illo suo satellite desertus, neque deinde dignus forti dextra. Ibi nimirum mecum ipse, Iudices, hæc animo reputabam: Cuncta mihi pulchrè habent, cuncta confecta sunt, cuncta eò quò destinâram perducta: at eum qui reliquus est, quo tandem modo pœnas dare conuenit? Me quidem meáque dextera nequaquam est dignus, præsertim si post splendidum facinus iuuenile atque magnificum interimatur, priorem illam cædem dedecoraturus. Carnifex aliquis quærendus est illo dignus: verùm post calamitatem, ne vel hanc ipsam lucrifaciat. Videat, discrucietur, appositum habeat ensem: huic reliqua mando. Hæc vbi mecum statuissem, ipse quidem illinc discedo: at ille peregit id, quod ego prædi-

διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τοῦ ἐμῷ δράματι· πάρειμι οὖν κομίζων ὑμῖν τὴν δημοκρατίαν, καὶ θαῤῥεῖν ἤδη προκηρύττων ἅπασι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν εὐαγγελιζόμενος. ἤδη οὖν ἀκλαύετε τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν. κενὴ μὲν, ὡς ὁρᾶτε, πονηρῶν ἡ ἀκρόπολις· ἐπιτάττει δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ καὶ τιμᾷν ἔξεστι, καὶ δικάζειν, καὶ ἀντιλέγειν κατὰ τοὺς νόμους. καὶ πάντα ταῦτα γεγένηται δι' ἐμὲ ὑμῖν, καὶ διὰ τὴν τόλμαν τὴν ἐμὴν, κἀκτοῦ ἑνὸς ἐκείνου φόνου, μεθ' ὃν οὐκ ἔτι ζῆν πατὴρ ἐδύνατο. ἀξιῶ δ' οὖν ἐπὶ τούτοις, τὴν ὀφειλομένην δοθῆναι μοι παρ' ὑμῶν δωρεὰν, οὐ φιλοκερδὴς, οὐδὲ μικρολόγος τὶς ὤν, οὐδ' ἐπὶ μισθῷ τὴν πατρίδα ἐνεργετεῖν προκρημένος, ἀλλὰ βεβαιωθῆναί μοι βουλόμενος τὰ κατορθώματα τῇ δωρεᾷ, καὶ μὴ δαβληθῆναι, μήδ' ἄδοξον γενέσθαι τὴν ἐπιχείρησιν τὴν ἐμὴν, ὡς ἀτελῆ, καὶ γέ-

uinaueram: tyrannum occidit, summámque meæ imposuit fabulæ. Adsum igitur, popularem administrationem vobis apportans, cunctisq; bono iam vt animo sint edicens, ac libertatem annuncians. Iam meis fruimini factis. Vacua, sicut videtis, sceleratis hominibus arx. imperat nemo. quin & magistratus creare liberum est, & causas agere, & ex legibus contradicere. Atque hæc omnia vobis mea contigerunt opera, meaq; fortitudine, videlicet ex vna illa cæde, post quam pater iam viuere non quibat. Aequum itaque censeo, vt is pro meritis debitum mihi à vobis præmium donetur: non quòd lucri auidus, aut sordidus quispiam sim, nec is qui mercedis gratia de patria bene mereri statuerim: verùm quòd præmio cuipiam officia mea comprobari, neque repudiari aut inglorios fieri conatus meos, si velut irriti, præmioq;

καὶ γέρως ἀναξίαν κεκειμένην. οὗτοσὶ δὲ ἀντιλέγει, καὶ φησὶν, οὐκ εὔλογον ποιεῖν με, τιμᾶσθαι θέλοντα, καὶ δωρεὰν λαμβάνειν· οὐ γὰρ εἶναι τυραννοκτόνον, οὐδὲ πεπράχθοι μοὶ τὶ κατὰ τὸν νόμον, ἀλλ' ἐνδεῖν τι τῶν ἔργω τῶν ἐμῷ, πρὸς ἀπαίτησιν τῆς δωρεᾶς· πυνθάνομαι τοίνυν αὐτοῦ τί λοιπὸν ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ; οὐκ ἐβουλήθην; οὐκ ἀνῆλθον; οὐκ ἐφόνευσα; οὐκ ἠλευθέρωσα; μή τις ἐπιτάττει; μή τις κελεύει; μή τις ἀπειλεῖ δεσπότης; μή τις με τῶν κακούργων διέφυγεν; οὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ πάντα εἰρήνης μεστά. καὶ πάντες οἱ νόμοι καὶ ἐλευθερία σαφὴς, καὶ δημοκρατία βέβαιος, καὶ γάμοι ἀνύβριστοι, καὶ παῖδες ἀδεεῖς, καὶ παρθένοι ἀσφαλεῖς, καὶ ἑορτάζουσα τὴν κοινὴν εὐτυχίαν ἡ πόλις. τίς οὖν ὁ τούτων ἁπάντων αἴτιος; τίς ὁ ἐκεῖνα μὲν παύσας, τὰ δὲ παρεσχημένος; εἰ γάρ τις ἐστὶ τῶν πρὸ ἐμοῦ τιμᾶσθαι δίκαιος,

præmióque indigni iudicentur. At hic contradicit, negátque æquum facere me, qui decorari munere, præmiumq́ ferre cupiam. Neque enim tyrannicidam esse me, neque quicquam à me pro legis sententia confectum esse, verùm facinori meo deesse quiddam ad hoc vt præmium postulem. Percontor igitur illum, quid prætereà requiris à me? nónne volui? nónne ascendi? nónne occidi? nónne libertatem peperi? num quis imperat? num quis iubet? num quis minitatur Dominus? num quis nocentium manus effugit meas? Haudquaquam dixeris, sed omnia plena pacis, omnes restitutæ leges, libertas manifesta, democratia stabilis, inuiolata connubia, pueri tuti, virgines absque periculo: publicamq́ felicitatem solennibus ferijs celebrat ciuitas. Quis igitur horum omnium auctor? quis est qui illa sustulit, hæc peperit? Etenim si quisquam præ me dignus honore

δίκαιος, παραχωρῶ τοῦ γέρως, ἐξίσταμαι τῆς δωρεᾶς. εἰ δὲ μόνος ἐγὼ πάντα διεπραξάμην, τολμῶν, κινδυνεύων, ἀνιῶν, ἀναιρῶν, κολάζων, δι' ἀλλήλων τιμωρούμενος, τί μου δαβάλλεις τὰ καθορθώματα; τί δὲ ἀχάριστον πρός με τὸν δῆμον ποιεῖς εἶναι; οὐ γὰρ αὐτὸν ἐφόνευσας τὸν τύραννον, ὁ δὲ νόμος τυραννοκτόνω δίδωσι τὴν δωρεάν. δαφέρει δὲ, ἀπέ, μοι, τί, ἢ αὐτὸν ἀνελεῖν, ἢ τοῦ θανάτου παρασχεῖν τὴν αἰτίαν; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲν οἶμαι· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὁ νομοθέτης ἄδε, τὴν ἐλευθερίαν, τὴν δημοκρατίαν, τὴν τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν. τοῦτ' ἐτίμησε, τοῦτ' ἄξιον ἀμοιβῆς ὑπέλαβεν, ὅπερ οὐκ ἂν εἴποις μὴ δι' ἐμὲ γεγενῆσθαι· εἰ γὰρ ἐφόνευσα, δι' ὃν ἐκεῖνος ζῆν οὐκ ἐδύνατο, αὐτὸς εἴργασμαι τὴν σφαγήν. ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνου. μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ

nore sit, cedam præmium, desistam à petendo munere. Quòd si solus omnia peregi, audens, periclitans, ascendens, interimens, excrucians, alterum vltus in altero, quid mea calumniaris officia? quur facis vt populus parum erga me gratus existat? At enim non occidisti tyrannum? Porrò lex, tyrannicidæ præmium decernit. Verùm dic mihi, nunquid interest vtrum ipse interimas, an mortis causam ministres? Mea profectò sententia, nihil: verùm hoc solum spectauit legis conditor, libertatem, democratiam, sceleratorum sublationem Huic honorem decreuit, hoc præmio dignum iudicauit: quod quidem inficiari non potes, quin mea contigerit opera. Etenim si occidi eum, quo occiso ille non poterat viuere: nimirum ipse cædem peregi, ego occidi, sed illius manu. Itaque ne discepta de cædis modo:

περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, μήδ' ἐξέταζε ὅπως ἀπέθανεν, ἀλλ' εἰ μηκέτ' ἐστὶν, εἰ δι' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει. ἐπεὶ καὶ κεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τοὺς ἐνεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ, εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τὸν τύραννον, τὴν ἀνάγκην τῆς τελευτῆς παρέχων, ἀπήτεις ἂν καὶ τότε παρ' ἐμοῦ αὐτόχειρα τὴν σφαγὴν, ἢ ἐνδεῖν ἔλεγές μοι τὶ πρὸς τὸν νόμον, καὶ ταῦτα, χαλεπώτερον τοῦ κακούργου πεφονευμένου; ἐν μόνον ἐξέταζε, τοῦτο ἀπαίτει, τοῦτο πολυπραγμόνει. τίς τῶν πονηρῶν λείπεται; ἢ τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου; ἢ τί ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν; εἰ δὲ καθαρὰ πάντα, καὶ εἰρηνικὰ, συκοφαντοῦτός ἐστι, τῷ

modo: neque illud expende, quemadmodum interierit, verùm an iam perierit: & an quod perijt, id à me sit profectum: quandoquidem & illud excussurus mihi videris, atque his aduersus benè de Republica meritos calumnijs vsurus: Si quis non gladio, verùm lapide, lignóve, aut alio quouis pacto peremerit. Quid porrò si fame tyrannum obsedissem, ad mortis necessitatem compellens: num ibi quoque requisiturus eras à me cædem mea ipsius manu peractam? aut desiderari adhuc quiddam diceres ad id, vt legi factum à me satis videatur: atque id, quum scelestum acerbius etiam atque atrociore mortis genere trucidassem? Vnum hoc duntaxat specta, hoc require, hoc excute: Quis nocentium reliquus? aut quæ metus expectatio? aut quod calamitatum vestigium? Quòd si purgata omnia, si pacata, profectò sycophanticum est, modum

τῷ τρόπῳ τοῦ πεπραγμένων χρωμένου, ἀπεστερεῖν ἐθέλειν τὴν ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις δωρεάν. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο μέμνημαι διηγορευμένον ἐν τοῖς νόμοις ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ τὴν πολλὴν δουλείαν ἐπιλέλησμαι τῶν ἐν αὐτοῖς εἰρημένων, αἰτίας θανάτου εἶναι διττὰς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν· ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου, τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι· μάλα δικαίως, οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας, καὶ περιττὴ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις τοῦ τρόπου τοῦ σφαγῆς. εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείνοντα κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον, δικαιοῖς, καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις. τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς ἐνεργέταις; οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἂν ἔχοις λέγειν,

modum rei gestæ calumniantem, præmio frustrari velle, quod ijs quæ virtute confecta sunt debeatur. Equidem & illud memini dissertum in legibus (nisi fortè propter diutinam seruitutem oblitus sum eorum quæ ab illis dicuntur) causam mortis esse duplicem: puta si quis ipse occidat: aut si non ipse quidem occidit, neque manu facinus peregit, verùm compulit, præbuitq́ mortis occasionem: ex æquo & hunc quoque lex censet supplicio affici oportere, idq́ iure optimo. Neq́ enim statuit minus valere oportere audaciam, quàm facinus: ac postea superuacaneum est cædis rationem viamq́ spectare. Deinde hunc qui sic occiderit, tanquam homicidam pœnas oportere dare censebis, ac nequaquam absoluendum esse. At me qui per omnia consimili modo Rempubl. iuui, non censes ea capere oportere, quæ ijs debentur qui beneficio iuuerunt. Neque enim illud

πίσαι, ὡς ἐγὼ μὲν ἁπλῶς αὐτὸ ἔπραξα, ἀκολούθησε δέ τι τύχῃ ἄντως χρήσιμον, ἐμοῦ μὴ θελήσαντος. τί γὰρ ἔτι ἐδεδιέμην, τὸν ἰσχυρότερον πεφονευμένου; εἰ δὲ καταλιπὼν τὸ ξίφος ἐν τῇ σφαγῇ ἐμὲ μὴ πάντως τὸν ἐσόμενον αὐτὸ πνευματοῦμαι; ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτό φῂς, ὡς ὁ τύραννος ὁ τεθνεὼς ἐμοὶ ταύτῃ ἄχει τὴν πρόνοιαν, ἐξ ταύτης ἐμὲ δωρεὰς ἐπ' αὐτῷ πομπὰς, ἐὰν ἀφθάνοι, ἐδίκαιος ἂν ὑμῶν ἐδόκατε. ἀπ' ἐκ ἂν ἄποις. ἔπαθον τύραννε πεφονευμένε, ὃν τὴν αἰτίαν παρασχοῦσι σφαγὰς ἐκ ἀρδίως τὴν δωρεάν; ἃ τῆς πολυπραγμοσύνης. μηδ' ἐκ ἂν ἀπέθανον, ἀρκαφοῦσι δ' ἐναντίας; ἢ τὸν τὴν δημοκρατίαν ἀρδιδωκότα, πιεστότερόν τι πεφεπατᾶς; καί τοι ὁ γε νόμος, ὡς φῂς, τὸ ἀφαίρεμον ἐξετάζει τ' πεπραγμένων, τὰ δὲ μέσα δ' πάντα ἐᾷ, καὶ ἐκ ἔτι πολυπραγμονᾷ. τί γὰρ; καὶ οὐκ ἐξεμάσας τὸν τύραν-

dicere possis, me quidem imprudentem fecisse, sed exitū quendam commodū fortuitò fuisse cōsequutum præter animi sententiam. Nam quid præterea iam formidassem, eo qui validior erat, interempto? Cur autem gladium in vulnere reliquissem, nisi planè quod erat euenturum, ida ipsum præditus massem? Nisi forsan illud dices, hunc qui extinctus est, tyrannum non esse, neq; hāc appellationē in illum competere: neque vos multum præmij hoc nomine, si ille fuisset occisus, decreturos fuisse. Atqui istud dicere non queas. An tyranno interempto, ei qui cædis causam ministrauit, præmium negabis? O curiositatem: de illo laboras quo pacto interierit, quum interim libertate fruaris? Aut ab eo qui democratiam restituit, nescio quid superuacaneum præterea requiris? Atqui lex (vti fateris) ca-

put rei gestæ spectat: quæ verò ad id conducunt, ea omnia missa facit, neq; iam vltrà curiosius excutit. Qui enim? an si tyran-

τύραννον, ἤδη τιμὴν ἔλαβε τυραννοκτόνος; καὶ μάλα δικαίως, εὐσεβείαν γὰρ μᾶλλον ἀντὶ ἀσεβείας παρέσχηται· τὸ δ' ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον, ὦ φυγὴ, ἐλευθερίας ἐπανάστασιν ἔλπιζε, ἀπὸ παντελοῦς καταστροφῆς, μὴ φανῇ βεβαία πανώλεθρος γένος, μὴ ῥιζόθεν τὸ λοιπὸν ἅπαν ἐκκομισθῇ. ὦ μοι, πῶς θεῶν, ἤδη ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος, ἐξελογοῦμαι, εἴ τι τῶν πρὸς τὸν νόμον παραλέλειπται, καὶ οὐκ ἐνδεῖ τῶν πρὸς ἄνδρα ὀφειλόντων τυραννοκτόνῳ. πρῶτα μὲν δὴ νομίζω προϋπάρχειν χρὴ γνώμην καὶ φιλοπολίαν, μὴ πρὸ τῶν κοινῶν κινδύνων ἀνέρα ἀθέλητον, καὶ τοῦ οἰκείου θανάτου τιθέντα πολλοῦ σωτηρίαν ἀνηλωμένην. ἆρ' οὖν πρὸς τοῦτο ἐνδέησα, μᾶλλον δὲ, ἢ πρόθυμός τινα τῶν ἀμφὶ μέσον κινδύνων ἀποκνῶ; ἐκ ἂν ἔποις· μὴν τὴν πολλῶν ἀσφάλειαν ἐξεπρίατο. *tyrannum exegerit quispiam, non is iam tyrannicidæ præmium cepisset? cepisset opinor, idq; iure optimo: siquidem & hic pro seruitute libertatem peperisset. At id quod à me patratum est, non exilium habet, non in posterum instaurandæ tyrannidis metum: verùm absolutam sublationem, totiusq; generis internicionem, omneq; malũ radicitùs excisum. Et mihi per deos iam ab initio ad finem vsq; (si videtur) rem totam perpendite, num quid eorum quæ ad leges pertinent, sit prætermissum, & num quid in me desideretur ex his quæ tyrannicidæ oportebat adesse. Principiò mentem prius oportet subpetere fortem, & amantem Reipub. quæq; pro communibus commodis periculum adire non recusset, quæq; priuato suo interitu multitudinis incolumitatem ausit redimere. Num hac parte quicquam mihi defuit? Num frangebar animo? Num quum præscirem per quæ pericula mihi perrumpendum esset, per ignauiam refugi? Profectò non potes dicere.*

μεῖναι ἐπὶ τούτου ἔτι μόνου, καὶ νόμιζε τοῦ θελῆσαι μόνον, καὶ τοῦ βουλεύσασθαι ταῦτα, εἰ καὶ μὴ χρηστὸν ἀποβεβήκει, ἐκ δὲ τῆς γνώμης αὐτῆς κατασάντα με, γέρας ἀξιοῦν, ὡς εὐεργέτην λαμβάνειν. ἐμοῦ μὲν οὐ δυνηθέντος, ἄλλου δὲ μετ' ἐμὲ τυραννοκτονηκότος, ἄλογον, εἰπέ μοι, ἢ ἄγνωμον ἦν παρασχεῖν; καὶ μάλιστα, εἰ ἔλεγον, ἄνδρες, ἐβουλόμην, ἠθέλησα, ἐπεχείρησα, ἐπειράθην τῆς γνώμης, μόνος ἄξιός εἰμι τιμᾶσθαι, τί ἂν ἀπεκρίνω τότε; νῦν δὲ οὐ τοῦτό φημι, ἀλλὰ καὶ ἀνῆλθον. καὶ ἐκινδύνευσα, καὶ μυρία πρὸ τῆς τοῦ νεανίσκου σφαγῆς ἐποίησα. μὴ γὰρ οὕτω ῥᾷστον, μηδ' εὐχερὲς ὑπολάβητε εἶναι τὸ πρᾶγμα, φρουρὰν ὑπερβῆναι, καὶ δορυφόρων κρατῆσαι, καὶ τρέψασθαι τοσούτους μόνον, ἀλλὰ σχεδὸν τὸ μέγιστον ἐν τῇ τυραννοκτονίᾳ καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἔργων, τοῦτό ἐστιν.

In hac interim parte tantum commorare, atque æstima, an non vel voluisse tantùm ista, ac statuisse præclarum facinus futurum fuisse videatur. Ac putato me solius animi voluntatisq; argumento præmium postulare, tanquam qui beneficio iuuerit. Tum si voluntati meæ facultas defuisset, verùm alius post me tyrannum occidisset: dic mihi, num absurdum aut præter æquum fuerat dare præmium? Minimé. Si dicerem, ciues, volui, statui, aggressus sum, voluntatis experimentum dedi, solus dignus sum qui præmium feram: quid tum responsurus fueras? Nunc porrò non hoc dico, sed insuper, ascendi, periclitatus sum, atque innumerabilia priusquam iuuenem occiderem, patraui. Neque enim vsqueadeò facilem, factuque proclivem esse rem existimetis, custodias perrumpere, satellites opprimere, vnumq; hominem tam multos amoliri. Quin isthuc penè maximum est omnium quæ sunt in tyrannicidio, totiusq; negocij caput.

Nam

οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ὁ τύραννος, μέγα καὶ δυσάλωτον καὶ δυσκατέργαστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ φρουροῦντα καὶ συνέχοντα τὴν τυραννίδα: ἅ τις ἂν νικήσῃ, πάντα οὗτος κατώρθωσε, καὶ τὸ λοιπὸν ὀλίγον. τὸ δὲ δὴ ἄχρι τῶν τυράννων προσελθεῖν, οὐκ ἂν ἐπῆρξέ μοι, μὴ οὐχὶ τῶν περὶ αὐτοὺς φυλάκων καὶ δορυφόρων ἁπάντων κεκρατηκότι, κἀκείνους ἅπαντας προνενικηκότι. οὐδὲν ἔτι πεστίθημι, ἀλλ' ἐπὶ τούτων αὖθις μένω. φυλακοῦς ἐκράτησα, δορυφόρους ἐνίκησα τὸν τύραννον, ἀφύλακτον, ἄνοπλον, γυμνὸν ἀπέδωκα. τιμοῦς ἄξιος ἐπὶ τούτοις εἶναί σοι δοκῶ, κἢ ἔτι ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ τὸν φόνον; ἀλλ' εἰ καὶ φόνον ζητεῖς, οὐδὲ τοῦτο ἐνδεῖ, οὐδ' ἀναίμακτός εἰμι, ἀλλ' εἴργασμαι μεγάλην καὶ γενναίαν σφαγὴν νεανίσκου ἀκμάζοντος, καὶ πᾶσι φοβεροῦ, διὰ τὸν ἀνεπιβούλευτος κἀκεῖνος ἦν, ὦ μόνῳ ἐθάρρει, ὃς ἀντὶ πολλῶν ἤρκει δορυφόρων.

ἆρ' οὖν

Nam ipse iam tyrannus non magna res est, neq; expugnatu neq; cōfectu difficilis: verùm ea quæ tuentur continentq; tyrannidem; quæ quidem si quis superârit, il nimirum cuncta quæ destinauit, peregerit, & perpusillum est id quod superest. sed ad tyrānos peruenire nunquam mihi contigisset, ni prius qui illum cingūt custodes oppressissem, omnesq; satellites antè debellassem. Nihil adhuc addo: verùm in his rursum immoror. Custodiam oppressi, satellites superaui, tyrannum incustoditum, inermem, nudum reddidi. Virum his rebus confectis non tibi videor honore dignus? an adhuc cædem ipsam à me requires? Quin etiam si cædem quæris, ne ea quidem desiderabitur. Non sum incruentus, verùm cædem peregi, magnam ac strenuam, nempe iuuenis ætate ac viribus florentis, atq; omnibus formidandi, per quē ille ab insidijs eras tutus, cui vni fidebat, qui cōplurium satellitū instar erat.

ἆρα οὖν οὐκ ἄξιος, ὦ οὗτος, ἀμοιβῆς, ἀλλ' ἄτιμος ἐπὶ τυραννοκτόνοις γενόμαι; τί γὰρ, εἰ δορυφόρον ἕνα; τί δ', εἰ ὑπηρέτην τινα τῆς τυράννου ἀπεκτάνα; τί δ' εἰ οἰκέτην τίμιον; εἰ μέγα ἂν ἔλεξε καὶ τοῦτο, ἀνελθόντα ἐν μέσῃ τῇ ἀκροπόλει, ἐν μέσοις τοῖς ὅπλοις, φόνον τινὸς ἐργάσασθαι τῶν τῆς τυράννου φίλων; νῦν δὲ καὶ τὸν πεφονευμένον αὐτὸν ἴδετε, υἱὸς ὢν τυράννου, μᾶλλον δὲ τύραννος χαλεπώτερος, καὶ δεσπότης ἀπαραίτητος, καὶ μοναρχὴς ὠμότερος, καὶ ὑβριστὴς βιαιότερος. τὸ δὲ μίγιστον, κληρονόμος τῶν ὅλων, καὶ διάδοχος, καὶ ἐπὶ πολὺ παραθῆναι τὰς ἡμετέρας συμφορὰς δυνάμενος. βούλεσθε τοῦτο μόνον πεπρᾶχθαί μοι, ζῶν δ' ἔτι τὸν τύραννον ἁρπαγέντα; γέρας δὲ ἐπὶ τούτοις αἰτῶ. τί φατε, οὐ δώσετε; οὐχὶ μικρὸν ὑφαρεῖσθε; οὐ δεσπότην, οὐ βαρύν, οὐκ ἀφόρητον ὄντα;

Annón igitur, quæso te, præmio dignus videor, sed tantis rebus gestis honore fraudabor? Quid enim si satellitem vnum, atq; adeò quid si tyranni ministrum quempiam interemissem? quid si seruum aliquem charum? annón hoc quoq; magnum visum fuisset, conscendisse, mediaq; in arce, mediis in armis, aliquē è tyranni familiaribus iugulare? Nunc & hunc ipsum qui occisus est, cuiusmodi sit, considera. Filius erat tyranni, vel tyrannus potius crudelior, dominus intolerabilior, ad supplicia dirior, ad contumelias violētior: quòdque est maximum, hæres ac successor omnium, quique in longum nostras calamitates posset prorogare. Vin' hoc solum mihi confectum esse, ipsum verò tyrannum viuere adhuc, fuga ereptum? Iam horum nomine præmium postulo. Quid dicitis? Non dabitis? Annón & illum verebamini? Annón dominus, annón grauis, annón intolerandus erat?

Porrò

νεῦ δὲ καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ἐννοήσατε· ὃ γὰρ οὗτος ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ, τοῦτο, ὡς ἐνεῦ, ἄριστα διεπραξάμην, καὶ τὸν τύραννον ἀπέκτεινα ἑτέρῳ φόνῳ, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ πληγῇ μιᾷ ὅπερ ἀνκταιότατον ἦν αὐτῷ, ἐπὶ τηλικούτοις ἀδικήμασιν, ἀλλὰ λύπῃ τροβασανίσας πολλοῦ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς δείξας τὰ φίλτατα οἰκερῶς προκείμενα, ἡδὸν ἐν ἡλικίᾳ, ἃ καὶ πονηρὸν ἀλλ' οὖν καὶ ἀκμάζοντα, καὶ ὅμοιον τῷ πατρὶ, αἵματος καὶ λύθρου ἐμπεπλησμένον. ταῦτ' ἔστι πατέρων τὰ τραύματα, ταῦτα ξίφη δικαίων τυραννοκτόνων. οὗτος θάνατος ἄξιος ὠμῶν τηράννων. αὕτη τιμωρία πρέπουσα τοσούτοις ἀδικήμασι. τὸ δ' εὐθὺς ἀφανεῖν, τὸ δ' εὐθὺς ἀγνοοῦσα, τὸ δὲ μηδὲν τοιοῦτο θέαμα ἐλεῖν, οὐδὲν ἔχει τυραννικῆς κολάσεως ἄξιον. οὐ γὰρ ἠγνόουν, ὦ οὗτος, οὐκ ἠγνόουν, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδεὶς, ὅσην κεῖνος εὔνοιαν πρὸς τὸν ἡδὸν

Porrò nunc negocij caput deniq; ipsum perpēdite. Etenim quod hic à me requirit, hoc quàm fieri potuit, pulcherrimè cōfeci, tyrannumq; aliena cæde occidi, non simpliciter, nec vulnere vno, id quod fuerat optatissimū illi, videlicet tantorū facinorum sibi conscio: sed posteaquam illum prius multo dolore excarnificassem, tum quo nihil habebat charius, miserabiliter prostratum coram oculis ostendens, puta filium in ipso æui flore, tametsi scelestum quidē illum, attamē & ætate vigentem, & patri similem, sanguine taboq; oppletum. Hæc nimirum sunt parentū vulnera, ij gladij verorum tyrannicidarum, hæc mors digna crudelibus tyrannis, hæc vltio tantis sceleribus congruit. Cæterùm protinus interire, protinus excidere sibi, neque huiusmodi vllum spectare spectaculum, profectò nihil habet tyrannico supplicio dignum. Neq; enim ignorabam, vir egregie, nō ignorabam inquā, neq; quenquam aliū latuit, quanta illa charitate

ὑὸς εἶχε. καὶ ὡς οὐκ ἂν ἠξίωσεν ἐπιβιῶναι οὐδ' ὀλίγον αὐτῷ χρόνον. πάντες μὲν γὰρ πατέρες ἴσως πρὸς τοὺς παῖδας τοιοῦτοι· ὁ δὲ καὶ περιττότερόν τι τῶν ἄλλων εἶχεν, εἰκότως, ὁρῶν μόνον ἐκεῖνον ἡμεδεμόνα, καὶ φύλακα τῆς τυραννίδος. καὶ μόνον προκινδυνεύοντα τοῦ πατρός, καὶ τὴν ἀσφάλειαν τῇ ἀρχῇ παρεχόμενον. ὥστε εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν εὔνοιαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπόγνωσιν, εὐθὺς ἐπιστάμην τεθνηξόμενον αὐτὸν, καὶ λογιούμενον, ὡς οὐδὲν ἔτι τοῦ ζῆν ὄφελος, τοῦς ἐκ τοῦ παιδὸς ἀσφαλείας καθηρημένης. ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησε, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνον, ἐπ' αὐτὸν ἐχρυσάμην τοῖς συμμάχοις, καὶ παρὰ τὴν τελευταῖαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασε. ἀπέθανεν ὑμῖν ἄτεκνος, λελυπημένος, ὀδυρόμενος, δακρύων,

filium sit prosequutus, adeò vt illo extincto ne paululum quidem temporis sibi in vita morandum esse fuerit ducturus. Atqui haud scio, an omnes patres hunc admodum affecti sint erga liberos: verùm hic etiam vltra reliquos habebat quiddam, idque meritò, quippe qui conspiceret illum vnicum esse qui curaret seruaretque tyrannidem, quique solus pro patre pericula susciperet, & tutamen imperio adderet. Itaque si non ob charitatem, certè ob rerum disperationem sciebam illum protinus exiturum è vita: perpensurum enim iam nihil esse quur velit viuere, adempto tutamine quod illi filius ministrauerat. Nimirum effecit hæc omnia illum agminatim circumsisterent, forma, dolor, desperatio, formido, quique in posterum imminebant metus. his aduersus illum auxilijs sum vsus, atque ad id extremum illum consilium adegi. Interijt itaque vobis orbus excruciatus, ploran

lachry-

δακρύων, πικρυθυκὼς πρᾶγμα, ὀλιγοχρόνιον μέν, ἀπ' ἐκείνου πατρὶ καὶ τὸ δεινότατον, αὐτὸς ὑφ' αὑτοῦ, ὅσπερ θανάτων οἴκτιστον, μὴ πρωῒ χαλεπώτατον, ἢ ἀπ' ἄκρας γήρους. ποῦ μοι δόξω, μή τις ἄκος δοῦλος γνωείη; μή τινος ἄκουον ὅπλον δοῦλος λῇ; τίς αὐτὸ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνεκόμισεν, πρὸς δοῦ τυράννου τίς ἐχρήσθη, τίς αὐτὸ ἐπ' ἐκεῖνον ἀπέστειλεν; ὦ ξίφος κοινωνὸν καὶ διαδοχον τῶν ἐμῶν καθορθωμάτων, μετὰ δούλους κινδύνους, μετὰ δούλους φόνους ἀμυνόμεθα, καὶ ἀναξιοι δοκοῦμεν δωρεᾶς; ἃ γὰρ ὑπὲρ μόνου δούλου τιμὴν ἄξιον παρ' ὑμῶν. ἃ γὰρ ἴδιον, ἄνδρες, ἀρθανεῖν ἐθελήσαντι ὧν τυράννου, καὶ ἀνόπλῳ ἐπὶ δοῦ καιροῦ κατηλημμένῳ, ξίφος τοῦδε ἐμὸν ὑπηρέτησε, μὴ πρὸς τὸ τὴν τῆς ἐλευθερίας σωτηρίαν παντί, τοῦδε τιμῆς τε καὶ δωρεᾶς ἄξιον νομίσαντι, ἀπόπλω

lachrymans. Luxit luctum, non illum quidem diuturnũ verùm qui satis magnus esset patri. Postremò, quod est omnium acerbissimum, ipse sibi necem conscinit: quod quidẽ mortis genus, præ cæteris miserrimum, multóque atrocius est, quàm si per alium inferatur. Vbi mihi gladius? Num quis alius eũ agnoscit? Num cuiq alterius hoc gestamen erat? Quis eum in arcem adduxit? Ante tyrãnum quis eo est vsus? Quis eũ ad illũ misit? O ensis particeps successorúmq meorum egregiè factorũ: post tanta pericula, post tantas cædes contemnimur, & indigni præmio iudicamur? Nam si huius tantùm nomine præmium à vobis postularem: si sic dicerem Iudices: tyrãnum, quum mori vellet, quum id temporis inermem se deprehendisset, meus hic illi gladius inseruiit, & ad consequendam libertatem auxilio fuit vniuersis: hunc quoque laude præmióque dignum iudicassetis. Porrò

δεσπότην οὕτω δημοτικοῦ κτήματος οὐκ ἂν ἠμείψασθε, οὐκ ἂν ἐν τοῖς εὐβγέταις ἀνεγράψατε; οὐκ ἂν τὸ ξίφος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθήκατε, οὐκ ἂν μετὰ τῶν θεῶν ἐκεῖνο προσεκυνήσατε; νῦν μοι ἐννοήσατε, οἷα πεποιηκέναι εἰκὸς τὸν τύραννον, οἷα δ' εἰρηκέναι πρὸ τῆς τελευτῆς. ἐπεὶ γὰρ ἐπ' ἐμοῦ φονευόμενος, καὶ τιτρωσκόμενος πολλοῖς τραύμασιν ἐς τὰ φανερὰ τοῦ σώματος, ὡς ἂν μάλιστα λυπήσειν ἔμελλον τὸν γεγεννηκότα, ὡς ἂν ἐκ τῆς πρώτης θέας δατρεύξειν, ὁ μὲν ἀνεβόησεν οἰκτρὸν, ἐπιβοώμενος τὸν γεγεννηκότα, οὐ βοηθὸν, οὐδὲ σύμμαχον. ἤδει γὰρ πρεσβύτην ὄντα, καὶ ἀσθενῆ, ἀλλὰ θεατὴν τῶν οἰκείων κακῶν. ἐγὼ γὰρ ἀπηλλαττόμην, ποιητὴς μὲν τῆς ὅλης τραγῳδίας γεγενημένος, καταλιπὼν δὲ τοῦ ἑπόκειτο τὸν νεκρὸν, καὶ τὴν σκηνὴν, καὶ τὸ ξίφος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος. ἐπιστὰς

domino tam popularis rei nõ gratiam retulissetis? Nónne inter eos qui de Republica benemeriti sunt, scripsissetis? Non'ne gladium inter sacra monumenta consecrassetis? Non illum secundum Deos veneraremini? Nunc mihi considerate, quæ verisimile est fecisse tyrannum, quæ dixisse priusquam sibi mortem consciscere. Quum iuuenis à me trucidaretur, ac multis etiam vulneribus confoderetur, idq; in ijs corporis partibus, quæ conspicuæ magis, magisq; sint oculis obuiæ, videlicet vt quammaximè discruciaret eum qui genuerat, quoq; primo statim conspectu perturbaret. miserabiliter inclamabat, parentem implorans non adiutorem, nec opitulatorem: quippe qui senex iam esset, atque inualidus: verùm domesticarum cladium spectatorem. Nam ego interim discesseram, auctor qui fueram totius tragœdiæ, relinquens actori cadauer, scenam, gladium, reliqua quæ ad actum fabulæ pertinebant.

At ille

ἐπιστὰς, δ' ἐκεῖνος, καὶ ἰδὼν υἱὸς, ὃν εἶχε μόνον, ὀλίγον ἐλπνέοντα, ἡμαγμένον, ἐμπεπλησμένον τοῦ φόνου, καὶ τὰ τραύματα συνεχῆ, καὶ πολλὰ καὶ καίρια, ἀνεβόησε τοῦτο· τέκνον, ἀνῃρήμεθα, πεφονεύμεθα, τετυραννοκτονήμεθα· ποῦ ὁ σφαγεὺς, τίνι με τηρεῖ, τίνι με φυλαττει, δὰ τοῦ, τέκνον, πεανῃρημένον; ἢ μή τι ὡς γέροντος ὑπερφρονεῖ; καὶ τῇ βραδύτητι κολάζειν δέον, καὶ πρατείνει μοι τὸν φόνον, καὶ μακροτέραν μοι τὴν σφαγὴν ποιεῖ; καὶ ταῦτα λέλων, ἐζήτει τὸ ξίφος· αὐτὸς γὰρ ἄνοπλος ἦν, δὰ τὸ πάντα τῶν παιδὶ θαρρεῖν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐνεδέησε. πάλαι δ' ἦν ὑπ' ἐμοῦ καὶ τοῦτο πεπρουσκευαμένον καὶ πρὸς τὸ μέλλον τόλμημα καταλελειμμένον. ἀρσπαζεὶς δὴ τῆς σφαγῆς, καὶ τοῦ τραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος, φησί· πρὸ μικροῦ μέν με ἀπέκτεινας, νῦν δ' ἀνάπαυσον ξίφος· πατρὶ

At ille adstans vbi filium conspexit, quem habebat vnicum, semiuiuum, sanguinolentum, cæde conspersum, tum vulnera perpetua ac plurima lethalia, hunc ad modum exclamauit: O' nate, extincti sumus, interempti sumus, tanquam tyranni iugulati sumus. Vbi mactator? Cui me seruat? cui me relinquit? qui quidem iamdudum propter occisum te, fili, sum extinctus: nisi fortè me tanquam senem contemnit, ac lento supplicio me conficit, producitque mihi mortem redditque mihi cædem longiorem. Atque hæc locutus, ensem quærebat. Nam ipse inermis erat, propterea quòd per omnia filio fideret. Verùm ne is quidem deerat, vt qui iamdudum fuerit à me paratus, atque ad facinus futurum relictus. Euulso igitur è cæde gladio, atque è vulnere exempto, ait: Dudum me occidisti: nunc finem malis impone gladie.

Ades

πατρὶ συνθνῄσκοντι παραμύθιον
ἦλθε καὶ προθυτικὴ χαρὰ λυ-
σχέσης τιμωρίαν. ἀπόσ-
φαξον, τυραννοκτόνον, τὴν
τοῦ πατρὸς ἀποσφαξον. εἰ δὲ
πρότερος ἐγὼ τύχοιμι εἰσελ-
θὼν τὴν κάξιν πατρῴαν οὖσαν φόνου,
ἀπίθανον ἄν, οἶμαι, ἦν τυ-
ραννοκτόνον μόνον, ἀλλ' ἔτι νομί-
ζων ἐξεῖναι ἔκδικον· νῦν δ' ὡς
ἄτεκνον, νῦν δ' ὡς δὴ φονέ-
ως ἀπορῶν, τὴν ταῦτ' ἄμαλέ-
γοντα, ἐπὴν τὸ σῶμα λίπω, τί-
μων, ὁ λιμὸς ἐπιθυμῶν
μὲν, ἀσθενῶν δ' εἰς τὴν ὑπηρεσίαν ὑπὸ λιμοῦ κατ-
εκολάσθη. ταῦτα, πόσα κακὰ; πόσοι θάνατοι; πόσαι
τυραννοκτονίαι; πόσαι ἀνα-
ρριπὴ τῆς, ἐπαπειλῆς πάν-
των τῶν μὴ νεανίαν εἰκότα
νον, δὲ μικρὸν, δὲ ἀκατα-
γώνιστον ἔργον τὸν προσθέ-
τον δ' αὖ πρικτόμενον,
καὶ τὸ αἷμα ἀμφοῖν ἀνακε-
κραμένον, τὸν ἱκανώτατον ἐ-
κάνω καὶ ἐπινίκιον σπονδὴν,
καὶ τὰ ἔργα τὰ ἐμὰ δῶρα.

Adest pari luctui solamen, semilemque manum & insidiarem adiuua, inquit, tyrannum occide, luctu libera. Vtinam prior in te ineis dissem, vtinam in cade priorem occupassem locum. Occidissem quidem, sed tanquam tyrannus damnatus, qui crederem mihi superesse vltorem: nunc autem tanquam orbus occumbo, nunc tanquam cui desit etiam mactator. Atque hæc vbi dixerat, gladium adegit, tremens, neque sat potens. Cupiebat quidem, verùm non suppetebant vires ad facinus exigendum. Quot hîc supplicia? Quod vulnera? Quot mortes? Quot tyrannicidia? Quot præmia? Postremò spectatis omnes iuuenem dudum prostratum, nec exiguum prosectò, neque mediocrium virium opus. de senem huic circumfusum, atque amborum sanguinem commixtum, libertatis illam & victorialem victimam meique gladij facinora.

At

αὐτὸ δὲ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ ἀμφοτέρων ἐπιδεικνύμενον, ὡς οὐκ ἀναξίον γεγένηται τοῦ δεσπότου, καὶ μαρτυρόμενον ὅτι μοι πιστῶς διηκονήσατο. τοῦτο ὑπ' ἐμοῦ γενόμενον, μικρότερον ἦν, νῦν δὲ λαμπρότερόν ἐστι τῇ καινότητι. καὶ ὁ μὲν καθελὼν τὴν τυραννίδα πᾶσαν, εἰμὶ ἐγὼ μεμέρισται δ' ἐς πολλοὺς τὸ ἔργον, ὥσπερ ἐν δράματι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγὼ ὑπεκεινάμην, τὰ δεύτερα δ' ὁ παῖς, τὰ τρίτα δ' ὁ τύραννος αὐτός, τὸ ξίφος δὲ πᾶσιν ὑπηρέτησαι.

At gladius ipse in medio amborum, declarans quàm non indignũ se domino præstitit, testansq́ quòd mihi fidam nauãsset operam. Id si à me ipso fuisset paratum, minus fuerat futurum: nunc autem illustrius est ipsa nouitate. Atq́ ego quidem sum is, qui tyrannidẽ sustuli: cæterùm actio in multos est distributa, quemadmodum in fabulis fieri consueuit. Ac primas quidem partes egi ipse, secundas autem filius, porrò tertias tyrannus ipse. Nam gladius omnibus inseruiuit.

GILBERTI COGNATI ARGVMENTVM.

QVidam in arcem ascendit vti tyrannum occideret, atque ipsum quidem non reperit: verùm filium eius interemit, gladiumque in vulnere reliquit. Adueniens tyrannus, vbi filium extinctum conspexit, eodem ense necem sibi conscit. Is qui ascenderat, tyrannique filium peremerat, præmium tanquam tyrannicida petit.

DECLA-

DECLAMATIO D. ERASMI ROTERODAMI, NON ILLA QUIDEM VERSA, SED quæ superiori Declamationi è Luciano versæ respondeat.

ARGVMENTVM.

EIusdem generis hæc cum superiore, eiusdemq; status est, sed aduersaria. Vt enim illic contenditur, præmium esse dandum tanquam tyrannicidæ, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hîc negatur eum satisfeciisse legi, aut tyrannicidâ esse, qui non ipsum tyrannum, sed filium tyrâni occidisset. Exordio beneuolentiam captat à persona Iudicũ: deinde calumniæ aduersarij, qua in suspicionem adductus fuerat, quasi ipse quoq; tyrannidi faueret, quia illi præmium dandum negabat, respondet per absolutionem primùm, deinde & per inficiationem ex locis coniecturalibus, eleuata interim illius persona, atque ipso vicissim in suspicionem ex modo actionis vocato. Post exordiũ propositio sequitur cum attentione & admonitione Iudicis, quorsum in hac causa maximè spectare debeat: atque inde ad cõfutationem venitur. In qua primùm reselluntur ordine capita illa quæ alter in argumento ab imo ad summum tractârat, puta Voluntas, Conatus & Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, vt quę non quid quisq; voluerit, sed quid effecerit, spectet: neq; cogitationes, sed facta præmijs compenset. Conatũ verò eleuat varijs ac multis similibus & exemplis, ostendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut alijs deniq; id genus rebus satis esse conari aliquid & cœpisse, sed præstari oportere. Effectum conditiones sequi, non conatum. Et quòd alter etiam conatum in legibus spectari dixerat, id distinguit, ostendens diuersam esse rationem præmiorũ & pœnarũ. In maleficijs interim & voluntatem puniri: in beneficijs autem nunquam præmiũ dari, nisi ei qui quod lex proponit, reipía effecerit.

Postremò

Postremò & patriæ gratis inseruire ac officium præstare ciues debere: & illum satis mercedis pro conatu suo retulisse, laudem & gloriam. Effectum autem refellit, quia non simpliciter id effecerit quod lex iubet, sed fortuna seu numine ita ferente, cædem filij mortem patris consecutam esse. Non enim quia ipsius gladio tyrannus postea seipsum confecerit, ob id ipsius hoc factum esse. Deinde etiam incertum fuisse exitum, & quidnam pater occiso filio factuus fuerit: & hic consilium quoque petituris subuertit, primò vt incertum & periculosum, neque certis rationibus firmatum: deinde etiam vt fictum, & post euentum rei demum simulatum. Denique non idem esse occidere, id quod lex iubet, & mortis causam qualemcunque præbere. Idque iterum multis similibus probat. Atque hoc loco disputationem suprà cœptam renouat, de eo quatenus voluntas in legibus spectatur, & in quibus per se sufficiat, nempe in maleficijs, & non in beneficijs, & ob id neque hic præmium illi deberi, vt qui cœperit, non absoluerit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potissimùm amplificat: puta filium fuisse caput & causam tyrannidis, eoque sublato etiam tyrannidem sublatam fuisse. Ac primò quidem filium ostendit non fuisse tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis signis & cæteris rationibus quæ alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, vt maximè fuerit, legem iubere ipsum tyrannum, non vt quisque tyranno similis, aut nocentior etiam est, occidere. Et hic multis verbis de auctoritate legum disputat, & quòd non temerè verba legũ huc aut illuc deflectenda sint: alioqui multa pericula & incommoda ex eo secutura esse. Postremò etiam ipse locum ab imo ad summum tractat, & vt alter voluisse, egisse, effecisse se dixerat, ita hic contrà neq; animum ad rem gerendam habuisse illum, neque recta via aggressum esse, neque denique id quod lex

iubet,

iubet, perfeciſſe oſtendit. Et ſub hæc orationem concludit breui ἀνακεφαλαιώσει, & conformatione ſeu prosopopœia legum, Reipublicæ & deorum quoque expoſtulantium cum petitore, vt iniquè & præter meritum præmium petente.

Si mihi cauſa hæc, Iudices, apud concionem popularem, quæ ſtudijs potius quàm exacto rerum iudicio duci conſueuit, eſſet agenda, ac non magis apud Iudices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum grauiſſimos, ſapientiſſimoſq; nonnihil profectò vererer, ne omnium animis noua hac & inſperata lætitia geſtientibus, atq; (vt ita dixerim) exultantibus, nec ſatis attentos, nec dociles eſſem auditores habiturus: porrò fauentes, beneuolosq; multò minus: quippe qui frontem modò, quaſiq; perſonam huius negocij intuentibus, non faciem ipſam propiùs contemplantibus, videri fortaſſe poſſim in communi totius ciuitatis gaudio, tum autem in cauſa tam populari, velut importunius obſtrepere atque obturbare. Enimuerò quum omnis affectus mutilis eſt ad rectè iudicandum: tum ingens, intemperans, atque exundans lætitia, non ſolùm iudicium omne funditùs tollere ſolet, verùm etiam noſtri ſenſus non raro nobis eripere: præſertim ſi (quemadmodum hæc noſtra) poſt graues diuturnaſq; calamitates, ac veluti tempeſtatem ſæuiſſimam, repentè præterque ſpem quaſi portus quidam fuerit obiecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini, quàm ſeruitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quàm libertas? Itaque non rebus modò ipſis, ſed vel nanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maximè primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut æſtus quidam impotens, omnia ſurſum ac deorſum miſcet, dum lætitiæ

titiæ temulentia, dum gratulãdi dulcis quædam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum instituere non sinit. Verùm vestra, Iudices, singularis sapientia perspicacitásque, non hoc tantùm scrupulo me leuat, verùm & hanc mihi fiduciam suppeditat, vti sperem futurum, vt hoc contradicendi munus, quod equidem nec inuidentia nec fauore in Tyrannidem (sicut iste calumniabatur) sed solita mea, & (vt opinor) nota Reipub. charitate suscepi, vobis non modò non inuidiosum, sed fauorabile plausibilésque videatur. Etenim postquam viderem manifesta quadam Deorum beneuolentia, post diuturnam ac miserrimam illam seruitutem, toties Reipub. votis expetitam libertatem aliquando contigisse: nihil prius curandum nobis esse iudicaui, quàm vt gratos nos exhiberemus in eos, à quibus nobis tam egregia felicitas esset profecta, quò videlicet munus suum huic vrbi proprium perpetuumque facere vellent, & constabilire tuerique quod largiri non essent grauati, meminissemusque ijsdem in manu esse vt eriperent ingratis, quod optantibus dedissent. Sunt autem vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac vna ratione mortales diuinæ beneficentiæ gratiam referre possumus, si beneficium acceptum agnoscamus, si celebremus, si ad illos auctores referamus. Neque mihi committendum putaui, vt dum nimiùm candidi in ciuem esse volumus, in deos ingrati impijque reperiamur. Neque enim isthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc præmij pereat ærario, & huius lucris accrescat (quanquam id quoque longa iam tyrannide exhaustius est, quàm vt inde temerè dari præmia conueniat immerentibus:) illud agitur, ne dij immortales, qui huius malè consulta nobis verterunt bene, hoc tantum munus à nobis tanquam ingratis reposcant, si quod ipsis solis debe-

tur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem, obsecro? Nempe qui quum priuatus contra leges iuuenem occiderit, atque hac temeritate sua, restitutæ libertatis periculosam occasionem modò præbuerit, idq; adeò imprudens (vti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum dijs eripere, sibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipsas in ius vocare: ciuitatem ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem, Iudices, facinus speciosius tyrannicidio, nullum dijs dignius: verùm hoc impudentior, qui sibi laudem tam eximiam vsurpat immeritus. Nullum præmium honestius illustriusq;, quàm quod tyrannicidæ debetur: sed hoc impensius accuratiusq; spectandum, ne temerè decernatur indigno. Permulta siquidem, permulta ad id requiruntur, vt hoc tam egregio titulo, vt hoc tam diuino præmio dignus quis esse videatur: quorum nihil in hunc competere, paulò pòst euincemus. Proinde quum non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidij, tum temeritatis pœnas debeat, eum à legibus præmium omnium maximum petere: petere dixi? imò flagitare: & ita flagitare, vt etiam si vnum ex huius arbitrio dependerint, tamen multa insuper isti creditori sint debituræ. Quæ cuncta quum postulare iure potuisset, maluit tamen homo verecundus, vnico persoluto, reliqua sibi deberi: vt haberet nimirum quod obnoxiæ Reipublicæ quoties libido sit, possit improperare. Tum illud verum risu potius, an odio dignum existimem, quòd in tribunalibus, quòd apud ornatissimum seueriss imorum Iudicum consessum, Thrasonem quendam nobis è comœdia retulit? Sensistis, Iudices, vt è corona pleriq; risum tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tragœdiam illam

suam

suam nobis recitabat de sese terq; quaterq; tyrannicida, de sapiente illo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem interemit: digno videlicet, qui inter sidera collocetur, domino in deorum numerum relato. Dij boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis suum ornauit, iactauit, exaggerauit? quàm militari iactantia, quàm Stentorea voce, quàm fastuoso vultu, quàm arrogantibus supercilijs, quàm stupidis oculis, suum ipse vobis encomiũ detonabat? Quæso, Iudices, vt etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nónne vobis minitari videtur? nónne dicere, ni mihi præmium decreueritis, haud feretis impunè, incolumi diuino illo meo ac fortissimo gladio, qui vel sine me meas vices, vbi lubebit, acturus est? Quis tandem istam ferat iactantiam, vel in eo qui verè tyrannum occidisset? Hæc quoq; me causa, Iudices (neque enim inficiandum est) commouit, vt huius obsisterem petitioni: vel magis vt immoderatam arrogantiam, vt odiosam huius imputationem retunderem. Videbam iam inde ab initio, quum certatim vniuersa ciuitas dijs libertatis auctoribus grataretur, vt hic sese ira tumens in medium ingesserit, quàm indignè tulerit victimas dijs seruatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, sese vnicum esse restitutæ libertatis auctorem proclamabat: leges, aras, focos, omnia publica priuataq; suæ dextræ, suo magnifico gladio deberi. Agite quid futurum denique, Iudices, auguramini, si ad huius intolerabilem iactantiam, vestra auctoritas, vestra comprobatio, si præmium quasi pignus accesserit? Quid, nisi vt tyranno submoto alter quidam huic ciuitati paretur, qui ventosæ linguæ, gloriæq; quasi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam suam tragœdiam ingerat, quotidie dextram istam Herculanam, & gladium prodigiosum minite-

tur? Vtrum est hoc, Iudices, tyrannide liberari, an mutare tyrannum? Videtis ipsi quàm minaci fronte me iam obtue-atur. Quid mihi succensess? Quid minitaris oculis? Quid ter-res supercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo scilicet munere) vti, quum tu sic abutare? qui liberum tibi putaris (id quod etiã in proscenio leges fieri vetant) crimẽ tã atrox, tã capitale in ciuẽ impingere, tantùm quia libuit, idq; apud Iudices iratos, in tã frequenti ciuiũ corona, quod nequeas vel leuissimo confirmare argumento. Siquidẽ quàm reliqua glorioseè, tam illud impudenter dicebas, mihi nullã fuisse causam quare tibi contradicendi partes susciperem: nisi quò tyranni necem, quæ me discruciaret scilicet, vlciscerer. Quo quidem tuo exemplo si vicissim in te liberet vti, mox intelligeres quàm atrocia, quanto probabilius in te possint retorqueri. Nam tuum istud tam inuidiosum (quemadmodum tu quidem existimabas) conuicium, me longè minus etiam territabat, quàm (quod vulgò dicunt) ex pelui redditum fulgur. Etenim præterquam quòd neque affinitas, neque cognatio, neque necessitudo, neque emolumentum, neque prorsus alia res vlla mihi cum tyranno intercesit, quur mea referret illum viuere, sine quibus rebus nullam in quenquam criminis hærere suspicionem tu quoque scires, nisi nunquam tribunalia vidisses, ac nisi hodie deuium te lucelli spes feciss-set iureconsultum: equidem arbitror meam fidem, integritatem, pietatem, totamq; meam vitam sic huic Reipub. spectatam esse, vt isto crimine tibi potius improbitatis odium, quàm mihi suspicionem vllam conciliaris. Vides quàm multis adductus sim causis, vt tibi obsisterem? Denique (si scire vis) bona ciuium pars id à me enixissimè flagitauit, vt sui patrocinium aduersum te capesserem, negantes sibi videri tyrannide liberos sese, nisi te à tyrannicidæ præmio deiicerem.

Non

Non quòd pudeat homini debere hanc felicitatem: tametsi id quoq; durum, ei debere qui sic imputet. Sed debere arroganti, sanè quàm molestum est: at debere cui non debeas, isthuc verò non grauissimum modò, verùm etiam stultissimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, si modò is promereatur: sed obnoxium esse tam importuno imputatori, tum qui nihil iuuerit, id verò bis miserum est, bis stultum est. Nullus enim insolentius exprobrat beneficium, quàm qui quod non dedit, id vult dedisse videri. Sed finge mihi nullam esse causam quur tibi me opponerem, nisi quia sic animo lubitũ sit meo: profectò nihil habes quod mihi iure succenseas. Etenim quum apud Iudices tam sanctos agatur, si verè præmium meruisti, non tibi honorem eripio: verùmetiam vehementer illustro, quando non paulò magnificentius est tyrannicidæ præmium euicisse, quàm tulisse. Sin minus, æquus veniam dabis, si boni ciuis fungor officio, si nullo meo emolumento Rempub. debiti præmij ream defendo, si stultitiæ crimen, si imprudentiæ infamiam à ciuitate depello, si non sino vt nostro omnium periculo hæc vrbs in deos existat ingrata. Postremò, si deorum immortalium causam ago, quibus honorem debitũ tu conaris interuertere: vt vel hinc sat liqueat quanta religione reliquam causam egeris, qui statim ingrediens tam impudenter sis calumnatus. Contradicit igitur, contra Rempublicam fauet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberæ ciuitatis esse iudico, hoc loco vel tyrannorum causas citra fraudem agere licere. Neq; tamen à vobis postulo, Iudices, vt vel mihi prosit in causa hoc meum erga Rempub. studium, vel huic obsit tam insolens arrogantia: imò non deprecor inuidentiæ suspicionem, non refugio vel atrocissimam illam quam iste mihi conabatur impingere, inuidiam, vt tyranno fauisse vi-

dear, nisi certiorib. quàm vt à quoquam refelli possint, argumentis euinco, nisi demum & aduersario persuadeo, modò ne tergiuersetur, vt quammaximè ciuiliter quis agat, nullum ei deberi præmium: sin exactius, feueriusq; pœnam etiam ab ipso deberi. Quæ quidem dum quàm potest breuissimè facio, quæso, Iudices, vt me attentis animis atque auribus audiatis. Meministis, Iudices, vt iste inter dicendum subinde nobis conatus sit ob oculos ponere, id vnum spectare iussisse, quantis malis tyrannide simus leuati. Hoc passim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat: nihil nos aliud perpendere voluit, nisi quòd grauem seruitutem toleraſſemus, nunc optata libertate fruremur. Nimirum id tantum vos spectare voluit, quod ad hoc iudicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quæstionem venit, quam misera sit tyrannis, quàm optanda libertas: sed de illo cognoscitis, Iudices, quum libertas huic vrbi sit restituta, quanta huic laudis portio huius virtuti debeatur: & an id quod euentu cum huius facto coniunctum est, idem cum eius merito coniunctum videri oporteat. Relegam autem eadem vestigia, quibus ipse in causam ingressus est: quod equidem refellendi genus simplicissimum esse puto: sed quarq; partes illas quibus iste rem secuit, id nimirum agens, vt quemadmodum ingeniosi conuiuatores ijsdem carnibus alio atq; alio modo coquendis condiendisq; efficiunt vt multa opsoniorum genera videantur, itidem iste nobis ex vnico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iste facinus suum sibi visus est mirificè attollere, & in quibus identidem restitabat. Quòd si me deturbante, vel in vno quolibet consistere poterit: tum ipse sese victorem pronunciet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot præmia? Primùm quòd volui, deinde quòd conatus

sum,

sum: tum autem quòd filium occidi, plus quàm tyrannum: postremò, quòd pater ob mortem huius sibi necem conscisuit. Principiò quòd voluit, Iudices, quis non leuius esse videat, quàm vt sit refellendum? nisi quòd iste tanta voce intonabat, toties inculcabat quòd tyrannum voluisset occidere, atque id (vt nihil iam accideret) tamen præmio dignum asseuerabat. Quid autem tam ridiculum, quam nudæ voluntatis præmium à lege flagitare? quæ adeò nihil ad se pertinere putat quid velint aut in animo statuant homines, vt neque pœnam irrogent si quid velis, modò perperam: neq; præmium ostendant, si quid officiosè velis: verùm id vnumquenq; voluisse interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergò ne, inquies, non magna facti pars est voluisse, quod quidem arduis in rebus vel solùm sufficere solet? Rectè fanè: sed apud deos modò: quippe quibus solis perspicuum est quid nolis aut velis ab his præmium expectandum, si quid præclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit, & quid in obscuris illis sinuosi cordis specubus mortales agitent, adeò sua referre nihil putat, vt non dicam abdita aut suspicioſa, sed ne ea quidem admittat quæ populari sunt opinione famâq; iactata. Postremò vt non nisi comperta recipiat, non audiat nisi quæ sunt certissimis argumentis deprehensa, probata, euicta. Cedo, quod est facinus tam nefarium, cuius simplex voluntas in crimen vnquam est vocata? Ista iudicia, Aeaci Rhadamanthique tribunalibus seruantur. Hîc mihi non quid volueris, sed quid feceris adferto. Quòd si nulla lex vlli flagitio supplicium minatur, quod in animo statueris: quæ tandem est impudentia, pro merito quod præstare volueris duntaxat, perinde quasi præstiteris, à lege quasi præmium postulare? Quæ quidem quum ad id vnum sit comparata, vt maleficia vel deterreat, vel coërceat, multó-

quæ magis ad eius partes pertineat nocentibus irrogare pœnam, quàm bene merentibus largiri præmia (id quod mox copiosiùs demonstrabimus) posteaquam in criminibus non accipit insimulationem meræ voluntatis: quæso te, in petendis præmijs ostentationem voluntatis admittet? Quis autem est ciuium vel quantumlibet ignauus, qui non velit tyrannum occidere, si tutò liceat? Quis non vel leno, saltem emolumenti causa velit? Denique quis non facilè simulare possit, voluisse se, videlicet quò præmium gratis auferat? Vis itaque dicam quantum hoc totum habeat momenti, voluisse occidere? Nempe perinde est, quasi te somniaris occidisse. Par pari pensari conuenit. Qui præstitit beneficium, ei lex beneficium rependit: at qui bene voluit tantùm, ei quid debetur, nisi vt vicissim bene velit Respublica? I nunc, & hoc in gradu nos iube consistere. Rem tam eximiam, inquis, animo versaui, statui, decreui: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, si isthoc nomine postules. verùm illud interim præmij feres: velut homo nimium perfrictæ frontis, irrisus, explosus, exibilatus discedes, quem non puduerit id à lege postulare, quod ne leno quidem ausit à quoquam petere vt rem pro voluntate auferat. Nemo tam vecors, qui concedat, vt voluntatem nescio quam, hoc est, minus quàm verba precio redimat. At non volui tantum, inquis: verùm & periclitatus sum: ascendi, submoui satellites. Primùm isthuc tu quidem consultè facis, quòd de gradu illo desilisti, in quo nimis profectò incommodè stabas: quanquam ne in hoc quidem multò commodius constiteris. Nam etiamsi paulò minus absurdum videatur, haud ita multò minus impudens tamen est, quum lex palàm præmium decernat ei qui factum præstiterit: te, quòd conatus modò sis, præmium poscere. Ergo ne

hoc

hoc quidem iuris erit apud te legibus, quod per illas est ciui priuato cum ciue priuato? Age, quid si quis ciuium tecum iniisset contractum, ita vt ille pecuniam stipulatus, tu conditionem pactus esses: mirum ni suo vterque periculo, atque is nondum præstita conditione nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus sum, tentaui, adnisus sum: ánnon protinus impudenti homini respondebis, Cedo conditionem? Nam de tuo conatu quid mea refert? quandoquidem effectum abs te pactus sum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc respondere legem: Agnosco contractum, non muto pacta, debeo præmium: sed si tu conditionem præstitisti, si tyrannum occidisti. Verbis aut obligantur aut absoluuntur homines. Si conato pollicita sum præmium, non grauabor dare: sint ei qui facinus peregisset, quod tandem ius est te ferre quod es stipulatus, me non ferre quod sum pacta? In priuatis ac minutis contractibus nemo tam improbus inuenitur, vt lucrum conditione promissum postulet, non præstita conditione: nemo tam stultus vt det, si quis postulet: & tu à Republica maximum omnium præmium postulas, quòd conatus modò sis? Nihil mihi nisi nugas adfers, donec illuc vnũ audiam, quod te præstare oportebat. Volui, inquis, ascẽdi, perrupi custodias, submoui satellites: quantulum iam est illud quod superest? Quid adhuc desideras? Nempe nihil in te desidero præter illud, cui soli debebatur præmium. Annón intellexisti, in istiusmodi contractibus duplex esse periculum: quorum alterum ad hunc tantùm, alterum ad illum propriè pertineat: videlicet persoluendæ mercedis, & præstandæ cõditionis? Ego meo periculo præmij dependendi onus recipio: neq; tua referre putes, neque refert, quàm angusta mihi res vnde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo suscipis periculo: neq; mea quic-

quam interest quo sudore, quo periculo sit ea tibi præstanda. Totam istam curam, totum hoc negocium tibi relinquo. Quòd si ego iam præstita abs te conditione commemorem tibi, in agris meis malè prouenisse segetes, merces naufragio periisse, nihil auelli à malis debitoribus, non sine graui dispendio conflari posse pecuniam quam tibi debeam: dic obsecro, nónne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? Hoc vno modo posse satisfieri tibi, si pecunia numeretur. Neque quisquam est iudex tam iniquus, quin te tuo vti iure fateatur. Et mihi pulchrè satisfactum existimas, si tu mihi tragœdiam adferas, quantum adieris periculi, quantum sudorum, quantum vigiliarum exhauseris, dum studes præstare conditionem? Res est (mihi crede) calumnioſior scrupulosiorq; quàm vt legibus tam occupatis conueniat alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum suos quisq; nimio solet æstimare, non suos difficile est adamussim perpendere. At facti facilis est æstimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia consueuit metiri. Tametsi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verùm in his litibus quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: in contractibus, quæ neque vi, neq; dolo coierunt, quid est quod à præscripto recedatur, nisi quis velit omnino à pactis discedere? Quòduis circumspice: & si potes vsquam inuenire exemplum, non nego præmium. Sæpe numerò in pugilum Olympicis, sæpe in certamine spectator (opinor) sedisti: cedo, num quando vidisti quenquam tam impudentem, qui palmam sibi hoc nomine vendicaret, quòd strenuè certasset? Non arbitror, atq; id in re penè lusdicra, certè ad voluptatem comparata. Et tu in tam serio omniumq; splendidissimo negocio id tibi postulas, quod in scenicis

scenicis illis pudeat vel impudentissimum tentare? Age quoties & illud vidisti euenire, vt qui sese fortissimè doctissimeq; gessisset in cursu, is à præmio longissimè abesset, & ignauissimo faueret euentus? Habeat ille sanè quod causetur: excidisse habenas, consternatum equum, fractam rotam, iactet se vel arte vel viribus tantò præcellentiorem, quantò Thersitæ præstitit Achilles: nisi metam prior attigerit, profectò postulandi præmij ius nullum habebit: fortunam suam incusare licebit. Cæterùm agonothetæ non indignabitur, propterea quòd hoc animo in certamen descenderit, vt eius veretur conditione: id est, ita demum præmium ferret, si virtuti fortuna fauente vicisset. Alioqui si conatui, non tantùm effectui præmium deberetur, tot palmis esset opus, quot in Olympicum certamen venissent. Quanquam in huiusmodi ludis qui solennitatis voluptatisq; gratia proponuntur, fit interdum, vt victis quoq; præmia statuantur, non honoris, sed solatij gratia: verùm seriis in rebus, atq; adeò periculosis, quænam obsecro lex vnquam mercedem statuit, nisi si quis facinus peregisset, & ita peregisset, vt omnes numeros implerit? A quo tu quantum absis, mox audies: nam nunc de conatu tantùm agimus. Lex igitur ciuicam promittit coronam ei qui ciuem in bello seruârit. Quis vnquam ad hunc honorem vel aspirauit, quòd se telis obiecerit, quòd non sine multis vulneribus discesserit? Profectò nisi ciue seruato, nemo ciuicam petit. Quis vnquam his verbis muralem petijt: Acriter contendi, Iudices, vt mœnia superarem, omnia feci, sed depulsus sum? Quantumlibet enisus sit, nisi cõscenso muro, nemo tam inuerecundus est vt muralem coronam sibi deberi dicat. Obsidionalem nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Postremò nullus honos petitur, nisi ab eo qui id effecerit, ad quod honor inuitat. Qui nauim in tempestate desertam

ad litus

ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio est earum rerum quæ naui vehebantur. Quorsum attinet hic tuam iactare periam, sudores, pericula, conatus? Nihil nō feceris quo nauē in tutum reduceres, sed victus tempestate deseruisti: audebis quicquā ex his quæ sunt in naui, tibi vendicare? Aut si ausis, futurum speras vt quisquam te vel pilum sinat attingere? Non opinor. Si quis vnquam ouationē, supplicationē, triumphum obtinuit, quòd ad victoriam omnibus neruis esset enisus, quòd grauiter se gesserit in bello: nisi superior discesserit, nisi præscriptum à lege numerum hostium fuderit: audē & tu tibi præmium promittere, quòd tyrannicidium sis aggressus. Quod si nemini hominum memoria contigit, desine tibi noua spe blandiri, desine inaudito exemplo postulare, quod sperare sit improbissimum, dare postulanti stultissimum. Noli nobis commemorare quanto capitis periculo murum arcis conscenderis, qua virtute satellitium tyrannicum perruperis, alios depulerit, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ præmium, duobus duntaxat verbis est opus. Tyrannū occidi. Quantumuis conatum exaggeres, alleues, attollas: non nisi tyrannicidæ debetur præmium. Alioqui quid dices si eodem illo die quo tu arcem conscendisti, permulti pariter aggressi, sua quisq; virtute freti, quorum nemo tamen tyrannum interemisset: vtrum omnes tyrannicidæ præmio potientur ex æquo, nempe quia conati? Age quid si multis strenuè rem aggressis, vni cuipiam, qui sit omnium ignauissimus (vt non semper virtuti respondet fortuna) eum contingat interficere, annon præteritis reliquis, hic vnus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, sed quoniam id confecit, cui lex honorem decreuit. Hîc tu fortasse rursus incipies deplorare, frustra sumptam operam: negabis

negabis æquum esse, virtutis egregios conatus merito fraudari præmio, nisi fortunæ suffragio adiuuentur. Sed quæ tandem potest esse iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit æquissimam, quisquis suapte sponte recipit. In aleæ ludo (si fas est hoc exemplum conferre) quid iniquius, quàm vel summum artificem ab imperitissimo superari: si modò iactus commodè cadat? Atque id adeò nemo tanquam iniquum causatur: propterea quòd cui lusus huius lex non probatur, ei liberum erat non suscipere. Itaque lex quid præstari velit, id palàm atque in medio proponit: quid abs te præstari possit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mauult, quàm vt res quamoptimè cadat: quòd si posteaquam nihil iam intentatum reliqueris, quò minus effeceris, per fortunam stetit, intelligis (opinor) nihil habere te quod legi succenseas. Fortunam, si ita lubet, in ius voca. cum lege nihil tibi rei: quæ vt nihil promittit, ita nihil debet, nisi præstanti. Neque verò existimemus, Iudices, istud à maioribus qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse factum, vt conato præmium non esse statuendum putârint, videlicet illud cauerunt, non tantùm ne ancipites istas & inexplicabiles huiusmodi de conatu lites inuitarent, verùm etiam quòd intelligerent tyrannicidij conatum non posse nisi summo ciuitatis periculo suscipi. Vnde futurum prospiciebant, vt si conatui præmium statuissent, temeritate conantium Respon. subuerteretur potius quàm restitueretur. Etenim tyrannis quid aliud est quàm graue capitale & ciuitatis vlcus? huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est: quam ita demum ferat, si remedium præsentaneum attulerit. Verùm huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certum artificem,

rem, qui sua diligentia peritiaq; fretus, non sinat hoc licere fortunæ, vt dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? virum tu igitur in eiusmodi discrimine conatum præmio iudicas inuitandum esse: an potius pœna deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem præstiterit? Nec illud te subleuat, quòd mihi videbare ratiocinando colligere, quum lex in maleficijs pœnam irroget simplici sceleris molitioni, par esse vt multò magis in benefactis conatus habeat rationem. nam oportere legem multò propensiorem videri ad compensandam virtutem, quàm ad retaliandam culpam. Atq; vide, quàm hic tota erras via. Principiò non animaduertis hoc tyrannicidij facinus toto genere à reliquis discedere, propterea quòd aliorum molitio cum priuato molientis periculo modò coniuncta est, huius cum publico Reipub. discrimine copulata: vt temerè moliri tyrannicidium nihil aliud sit, quàm temeritate priuata rem omnium prodere. Deinde lex nec in quouis crimine, nec qualemcunque conatum in quæstionem venire sinit: verùm in paucis duntaxat, quæ vel propter insignem atrocitatem hoc odij merentur: vel eiusmodi sunt, vt prius exitium adferant, quàm conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremò nõ vides nihil esse simile, totaq; natura rationeq; diserepare, pœnæ legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem propriè legum munus, alterum quasi quædam de iure concessio, legisq; candor (vt ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere, sic demum intelliges, si reputes quàm multa sint quæ lex iubeat, addita pœna nisi pareas: quàm multa item vetet, nisi obtemperâris, supplicium minitans: contrà vix vnum atque alterum esse, ad quæ præmio solicitet. Quædam enim eiusmodi sunt, vt durum ac seruile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere

genere sunt, vxorem ducere, peram dare liberis. Hic lex nimirū vrbanius ac verecūdius tecū agit: patris, nō magistratus sumis habitum: præcio ad id inuitat, quod alioqui gratuitò te præstare decebat. Rursus alia tametsi id genus sunt, vt à quouis non improbo ciue præstari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quàm à multis præstari queant: & periculosiora, quàm vt multi velint suscipere: nam inhumanum videtur, cuiquam vitæ suæ contemptum imperare. Ad hæc igitur præmio animat, quasi & calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longiùs trahere, quàm ad quæ semel ipsa adstringit. Nec mirandū est si attētior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturali & munere suo, quàm in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quòd nouis etiam criminibus exemplum aut nouum noua lege solet institui, aut à simili lege mutuò sumi. Neq; tamen idē fieri consueuit, si quis quid noui fecinoris cum laude patrauit, vt præmium à simili constitutione decernatur. Nisi lex extet, quæ nomin atim honorem statuat eius facto: quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim legi necesse sit, passim ciuium suorum officium mercede redimere? quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriæ debeat ciuis? cui si vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Vt supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persoluas: non præmium illicò tibi debeatur, si persoluas: itidem si quid in leges committas, nō potes effugere supplicium: at non statim illæ tibi præmium debitum æstimi, si quid cū officio feceris. Nam si ciues omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset vllis legibus quippe quæ non ad bonos mores comparatæ, sed malis è

moribus

moribus natæ sunt (id quod verè vulgò dictitant) ac pharmaci vice fungantur. Finge itaq; nullas esse leges, quemadmodũ de aureo Saturni seculo fabulantur poëtæ, suo quenq; sponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quòd nulla lex præmiũ decernat? Vti lex non minatur nisi improbis, ita nõ pollicetur, optimis ciuibus. Quorsum enim opus promisso, quũ virtus absoluta abundè seipsa cõtenta sit? Proinde petere quod illa nõ sit pollicita, profectò plus quàm impudentissimũ est: improbè flagitare quod ea candidè ciuiliterq; promiserit, ciuis est probitatis non satis spectatæ. Tu quid mereris, paulò pòst excutietur. Interim finge sanè præcipuam quandã vtilitatem attulisse, cui tamen ex lege præmium non debeatur: vtrum protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium, ciuitatem in ius vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere iudicibus nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant: an potius ipsam virtutem abundè magnum sui præmium iudicabis: oblectabis te conscientia recti: hunc esse maximum fructum officij duces, quòd de alijs citra tuum emolumentum benemerendo, ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum hæc tibi futura sunt satis, si modò ciuis sis optimus. Quòd si non contentus istis, aliud adhuc nescio quod præmium desideres, certè maximo proximum est gloria: hoc tu iam propemodum tulisti. Quando metiris precio, volitare pro ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te coniectos circumferre? Ista inquam vel maxima præmij pars: nam pecunia sanè quàm exiguum momentum adfert. Tu conatus dum taxat es: permagna portio, vel caput potius ipsum tuo deest facinori. At cùm interim his rebus frueris, dum non occiso tyranno, tamen velut tyrannicida celebraris, quæso te, quantula pars abest à tuo præmio, quod laturus eras etiamsi tyrannum occidisses?

occidisses? Postremò isthuc ipsum præmium, penè dixerim, inuidendum mihi videtur, quòd iam tibi licuit toties Reipublicæ tyrannicidium imputare, quòd in celebri iudicio, tibi contigit honestissimum præmium flagitare, & in tam frequenti theatro, spectante Republica, magnificam istam tuam tragœdiam peragere. Mihi videtur, Iudices, beneficij tulisse gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunæ, tu deorum munus imputas ciuitati, & sunt fortasse, qui tibi libertatem acceptam ferant: an hæc tanta præmia contemnis, quæ vel vero tyrannicidæ sufficere debuerant, nisi lex maluisset præmio conatum ab effectu distinguere? Quanquam nullum meherclè præmium magis congruit ei, qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, quàm vt illi contingat tyrannicidæ præmium sperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari iubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus promeretur præmium, quòd aliorum propósito fortuna modò defuit, tibi voluntas, vt ais. Effecisti quod voluisti: id quod erat necesse, nec fecisti, nec voluisti. Sed iamdudum alium gradum (vt video) circumspectas, in quem te recipias. nam in hoc quàm citra omnem præmij spem consistas, intelligis. Age sequemur te per omnia, & aliundè aliò fugitantem persequemur, nec vsquam sinemus consistere. Atqui non tantùm aggressus sum, inquis, verùm etiam occidi. nempe filium: atque id facinus in duo secas tyrannicidia, & quòd filium sustuleris plus quàm tyrannum; tum tyrannidis successorem: & quòd parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De illo mox: nunc hoc, cuiusmodi sit, inspiciamus. Parentem ais abs te, iugulato filio, eadem occisum opera. negas enim referre qua via peremeris, modò sustuleris: imò splendidiùs isthuc videri vis, quòd tuo quidem ense, verùm

ipsius dextera sit interemptus. Hæc tam honesta, Iudices, oratio posset parum attentum fallere, præsertim hoc rem fucis illis suis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentémque iuuenem, sic patri adamatum, crebris vulneribus confossum: parentem senem miserum illi circumfusum, eodem exanimatum ense, sanguinem vtriusque inter se confusum. Ista quidem dictu splendida, sed quid ad tuam causam attinent? Nemo tam cæcus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, spectaculum illud multò omnium iucundissimum extitisse ciuitati, quum senem tyrannum iuueni videret incumbentem, exanimem exanimi: & in altero gauderet sese leuatum malis præteritis, in altero futurorum metu. Hæc quum per se maxima, quum Reipublicæ sint gratissima, quid attinet verbis exaggerare? Illud vnum in hoc iudicio vertitur, vtrum tibi acceptum ferri oporteat, quòd pater sine controuersia tyrannus occisus est, an fortunæ, superûmque dexteritati? Quòd enim tuo gladio peremptus est, id verò quàm est futile, nihilque? Quid si tuo gladio ab eo qui eum vtendum abs te rogasset, tyrannus esset necatus, num tu protinus tyrannicidæ præmium petitum venires? Lex occisori pollicetur honorem: tu eum iugulâsti, de quo certè controuersum esse poterat, tyranni nomine censensus esset, nécne: eum de quo nihil erat dubitationis, reliquisti. Si prudens, prudens excidisti à præmio: sin metu, multò minus etiam causæ est postulandi munerit. Verûm illud tute vehementer vrgebas, vti prudens volénsque reliquisse viderêre. Sed quod tandem erat istud tuum consilium, quû tibi sic in manu esset, non toto metu liberare Rempublicam, sed vltorem tui facinoris, & verum certumque tyrannum relinquere? Intelligebas (vt ais) omne negotium confectum extincto iuuene, propterea quòd modis omnibus futurum

futurum præscires, vt senex illicò sibimet eodem gladio necem conscisceret. Videte, Iudices, in manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi: nisi diuinandi scientiam commentus fuisset, non poterat hinc explicare sese. siquidem hæc vel augur, vel haruspex, vel vates diceres, fortasse nonnullos inuenires qui ista prædicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudentius, quid vanius, quid veri dissimilius, quàm asseuerare id certum præscisse te, quod tale sit, vt quiuis alius exitus potius fuerit expectandus? An coniecturis es assequutus id euenturum quod euênit? At quid aliud effici coniecturis poterat, nisi vt vel speraret, vel suspicaretur? Porrò in re tam ancipiti, quæ dementia erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro certas illas coniecturas, quibus hic noster vates præsensit inopinatum omnibus exitum. Iam ætate fessus erat, inquis, iam viribus defectus, nec obtineri iam autumabat posse tyrannidem adempto filio. Tum indulgentiùs amabat, quàm vt filio vellet esse superstes. Nônne sentis hæc adeò non esse naturæ rerum consentanea, vt iam omnibus videantur esse confutata; vel priùs quàm refellantur? Vtrum seni mentem vllam fuisse putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit vt illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum: atque ita protinus toto falleris augurio. sin putas sapuisse, quur erat quòd vsque adeò diffideret? Quasi verò tyrannis viribus duntaxat vnius hominis, ac non multò magis ingenio, versutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur: quæ omnia si magis in senem, quàm in adolescentem competunt, quur tu in diuersum torques augurium? An non illa ætas vsu rerum callentior est? an non altiùs dissimulat? an non cauet diligentiùs? an non prospicit oculatiùs? irascitur implacabiliùs? tenaciùs iniuriæ meminit? meliùsque in longinquum consulit?

His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In mi
litiæ duce quantulum est illud momentum, quod corporis
vires afferunt? at in tyrannide profectò multò minus. Cur
magis illum terreret, ademptus filius, quàm extinctus fatel-
les qui piam audacior, quum arx super. sset approbè muni-
ta, supere ssent opes, arma, satellitum ingens agmen, tot in
ciuitate factiosi potentésque, qui non solùm tyranni par-
tes adiuuabant, verùm etiam tyrannos agebant? quos equi-
dem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim in-
fausta ominari) at ita tamen, ne nimiùm securè negligan-
tur. Vsqueadeóne senem cruda viridiq; (quod omnes no-
runt) senecta, callidum, animosum, ambitiosum, non stul-
tum, vna filij mors consternauit, vt rebus desperatis prote-
nus è vita sibi magrandum duxerit, præsertim quum ille pa-
tris dominatum nihilò reddiderit tutiorem, sed multò inui-
diosiorem, idq; ob libidinem, atque ætatis insolentiam teme-
ritatémque, adeò vt expedierit propemodum illi ad stabi-
liendam tyrannidem filium è medio tolli? Etenim quò pro-
pius ad iusti regni speciem accesserit tyrannis, hoc minus
est inuidiæ obnoxia, magisq; tuta. Iuuenis ille solùm hoc au-
gebat, quod maximè tyrannos solet euertere: vere illa ty-
rannidis munimenta in callidi senis pectore erant collocata.
Sed teneriùs adamabat filium, quàm vt defuncto posset su-
pere sse. De matercula quapiam priuata loqueris, an de vi-
ro sene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego, Iu-
dices, in eo sermone argumentis coarguendo sumam operam,
quem ipsa natura, quem mos, quem communis omnium sen-
sus repudiat? Quis vnquam istud audiuit, tyrannum vsque
adeò pio in liberos fuisse animo, vt non dicam commori vo-
luerit, sed conuiuere commodè quiuerit? Credite mihi, pri-
uatorum isti sunt affectus: tyrannus neque quid natura, ne-

que

que quid pietas, neque omninò quid sit officium, nouit. Exuit hæc omnia, simulatque tyrannum induit. Omnia commodis omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui vel deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum operæ ministerio & ad faciendum imperium indiget. Quòd si vllos ille posset amare, similes certè sui diligeret, impios, violentos, rapaces, sceleſtos: quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morũ similitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi quatenus adiuuant: adeò vt præposterum vel peruersum potius quendam Stoicum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoicus fuit, vt æquè vacârit omnibus affectibus, atq; tyrannus: hoc modo illos discernit, quòd Philosophus honesto metitur sua consilia, hîc commodo. An ille vllum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit, qui in patriam, vitæ parentem altricémque, qui in cœlites omnium bonorum auctores tam sit impius, vt illam crudeliſsima opprimat seruitute, horum phana despoliet, iura contemnat? Verùm vt largiamur tibi nonnihil, sinamúsque te priuatos affectus in tyrannicum pectus, hoc est, ignem in flumen transferre: an tandem persuadebis illud, vsqueadeò indulgenter illum adamasse filium, vsqueadeò in eum omnes vitæ suæ spes, voluptates, opésque semel contuliſse, vt illo sublato ne minimam quidem vitæ cautam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac ciuitate, verùm ex vniuerso mortalium genere: non ex hoc seculo, sed ab orbe condito, & ab ipso (si vis) Prometheï simulachro: quotuſquiſque fuit pater, quotaquæque matercula, quæ ob liberorum necem sibi fatum accerſuerit? Naturalis hic dolor, & quem nemo ferè non modeſtè ferat. Priuatis parentibus vel indulgentiſsimis, muliercularum intem-

perantissimis affectibus mediocris luctus sufficit: tyranni in filium charitati non nisi solam mortem satisfacturam esse, tu Lynceus præuidebas? Age, hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia matercularum omneis: quî tibi compertum esse potuit, vltrò se dolor paternus inclinaret, in rabiem, an in disperationem? Quò diligebat impotentius, hoc erat probabilius, vt senex naturâ ferus, ciuibus infensus, vel maximè vellet esse superstes: vel ob id denique, quò veterem illam iram, nunc filij nece acerrimè exasperatam irritatamq; Reipublicæ supplicijs saturaret. Quòd si aliàs vitæ pertæsum fuisset, hæc nimirum vna causa poterat illum in vita retinere. Quid autem senili animo vindictæ cupidius? An nescis quàm impotentes ætas illa concipiat impetus, quo rapiatur æstu, quo flagrare soleat incendio, si quando atroci insigníq; contumelia lacessatur? Quæ verò potuit esse atrocior, quàm filij cædes sic amati, vt tu quidem ais? Hæc nimirum, quicquid in illo fuerit vnquam crudelitatis, quicquid sæuitiæ, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua supplicio-rum fames, denique si quid tyrannicum: id omne semel de integro poterat excitare, quasíq; renouare. Mitiora etiam animalia, datæ orbitatis iniuria in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimâsti, quod in tigribus videmus euenire? Quòd si tibi vni compertum erat, tyranno sic in deliciis esse filium: quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi vt sæuissima illa tigris rapto catulo in rabiem versa, in miseram in hanc ciuitatem dilaniandam discerpendámque insiliret? Id si non euênit, magna dijs gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in nostra capita fortunásque immiseris. Elige

nunc

nunc vtrum malis, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus commune, an confingere sic adamasse, vt matercularum quoque vicerit delicias. Certè neutro modo tua constabit diumatio: quæ nisi constiterit, non est quòd ad eius rei laudem aspires, quæ fortunæ commoditate te imprudente euenerit. Postremò donemus & hoc tibi, vt præsciueris, & certum præsciueris: Deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non præscieris, quum præscientiæ tuæ fidem legi facere non possis. Profer quibus prædixeris id euenturum quod euênit: doce quis deorum quando isthuc tibi prænunciârit. Nihil habes quod dicas. Verùm posteaquam rem feliciter euenisse videres, tum demum post factum vates esse cœpisti, quemadmodum vulgò tum fieri, tum dici consueuit, post euentum stultos etiam sapere: & quò fortunæ beneficium verbis in te transmoueres, tragœdiam istam nobis comminisci cœpisti, causas reperisti, quibus præscisse videâre. Sed dij boni, quàm non bonum Poêtam te præstitisti, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia finxeris, sæuissimum tyrannum ob pietatem erga filium, vtrò vitam fugisse: ob vnius capitis necem tutum sibi non putasse in vita commorari, quum omnia superessent, quibus tyrannis & paratur, & obtinetur, sublato eo in quo omne tyrannidis præsidium collocârat, repentè rebus suis diffisum ad inferos abijsse. Age, mitto nunc argumenta. hæc omnia vera, non ficta credemus esse, tametsi ne fucum quidem vllum habent veri: si mihi ex omni hominum memoria, vel vnum tyrannum potes nominare, qui liberos suos sic adamârit, vt non spadones ac pallacas longè prætulerit: qui sic illis indulserit, vt non suspectos haberet obseruaretq; : qui sic illi sit fidus, vt non in barbaris quibusdam latronibus ac ser-

uis stigmatibus plus quàm in illis fiduciæ posuerit. Ego tibi permultos referre possim, qui filios sic oderint, vt viuos esse pati non possent: adeò metuerint, vt ne cibum quidem vnà capere vellent: adeò diffiderent, vt tum demum se tutos esse putarent, si quis illos è medio submouisset. Nullus inutilior tyranni satelles, quàm filius. Ex extrema barbarie conductitios mauult ille sicarios, fugitiuos, homicidas, sacrilegos: his vitam suam mauult committere, qui sua patria frui non possint, & alienam euertere gaudeant, qui barbaricis ferinisq; viribus antecellant, & Gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficilè ad quiduis periculi suscipiendum perducuntur, & propter ingenij feritatem à nullo facinore abhorrent. Hi sunt idonei tyrannorum ministri, hi fiducia, munimentum præsidiumque tyrannidis multò tutissimum: hos si quis ademerit, causam videatur dedisse, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum sustinebat? Aetate? at vtilior ætas grandior. Robore? vnus erat. Prudentia? magis sapit senecta. Custodijs, quas obtinebat? at si aduersus patrem obtinebat, mors illius seni etiam optanda. Si patris nomine, quid nisi vnus satelles ademptus erat? Nam custodiæ quo deficerent, nisi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno suspecta, filius violentus & insolens, propterea quòd reliqui illi Barbari solo lucro contenti sunt: filius illud præmium spectat, tyranni dis successionem. Nec vllus pietati locus, vbi mentem possidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis iamdudum nescio quid: mane, præsensi. nihil inexpugnatum omittam. vrges, Nisi præter modum adamauit filiũ, nisi diffisus est, cur sibi mortem conscíuit? Isthuc verò me-

ritò,

ritò demirandum : quippe quod præter omnium, ac tuam etiam spem euênit. Verùm ego nihil ad me pertinere puto, vt tibi rationem reddam, quid illi dij in mentem immiserint vt sibi vim afferret : hoc tantùm euincere sat est, te nullis coniecturis hunc exitum certò præscire potuisse, quantumlibet amârit filium : tametsi causa non admodum obscura. Iam deorum si qui fuerunt huic infensi Reipub. iras diuturna nostra calamitas satiauerat. Iam propitios nostra vota, nostra sacra commouerant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille senex dijs atque hominibus dignas admissorum pœnas daturus erat. Iam aderant vltrices Erinnyes, aderant Furiæ facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incusserunt, hæ attonitum ad spontaneam sui cædem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quàm fugisse qui filium peremerat, quàm vna cæde contentum fore. qua quidem vna in re iure potes gloriari, quòd tyrannum vehementer fefelleris. Virum esse putabat, qui hoc facinus peregisset. Credebat esse talem, quales audierat esse solere tyrannus, qui magno suæ vitæ contemptu tyranni caput impeterent : qui non adorirentur facinus, nisi ratione probè perspecta, qua possent perficere. Hanc suspicionem [a] Pan ille, aut si quis alius est Deus, nouis terriculis exagitabat. Arbitrabatur instare sibi carnificem, sentiebat adesse necessitatem illam fatalem, quam nemini nocens vitare licuit. Itaque quod huius vrbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris? Vbi discrimen erat subeundum, tibi fugitabat: nunc vbi res præter spem pulchrè cecidit, tutumq; putas, fortunæ laudem in te deriuas. Sed finge diuersum exitum fuisse consequutum, pone tyrannum ira percitum, passim ciues ad exquisita supplicia rapere, proscribere, iugulare, in exilium

agere, possessionibus exuere: quid hîc dices? Non sines, opinor, eorum malorum causam in te tanquam in auctorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum esse, si quid fortuitò præter propositum euenerit. At nunc nonne iniurium est, quod boni, fortunæ commoditate præter spem euênit, id totum in te velut auctorem velle traducere? Etenim te nihil expectasse minus, quàm id quod euênit, vel ipsa res clamitat. Si hoc animo conscendisses arcem, vt filium non patrem occideres, credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casa nescio an metu potius, in iuuenem incidisti: & tum denique diuina ista mens & futurorum præsaga, sed quæ non nisi post euentum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiendum, ibi demum Iudices, in re tam tumultuosa, secum velut otiosus consultare cœpit, vtrum senem sua dextra dignum existimaret: ibi demum præuidere cœpit, fore vt pater ipse sibi manus afferret. Et quò commentum tam impudens, Iudices, efficiat paulò probabilius: quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde describit, nimirũ vt iactat poëta, quasi spectator adstiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem profectò impudentiæ, fingere præsciisse se quod esset euentu consequuturum: & quod non videris, id ita narrare quasi videris. Quantò melius tuo commento, id est, fabulæ tuæ fides constitisset, si ita finxisses: te quum perempto iuuene, stricto gladio ad senem ire destinasses, repentè à tergo affuisse. Palladem illam Homericam, & iam euntem capillis reuocasse: vetuisse, ne tam luculentum facinus senili cæde obscurares: sese citra tuam operam curaturam, vt ille suapte manu, sed suo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per-

rimam,

rimam contemplatum, vel (quod est te dignius) repentè deam sepsisse te nebula, vt tyrannicæ necis tutus & otiosus spectatur asisteres: nec prius illinc discessisse, quàm negocium omne confectum vidisses. Hæc si consinxisses, paulò minus malum poëtam te præstitisses. Sed ocium, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commodè tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad præmium postulandum rapiente. Nunc vel ipsa te prodit inconstantia, figmentiq; coarguit. In arcem ascendisti, quò tyrannum occideres: neque tum præuidebas, quod sole ipso clarius videri vis. In medio negocio subitò nescio quis Deus oculos tibi restituit, vt videres futurum id quod accidit. Porrò si veris fidem facere voluisses, narrare debueras quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in ædes clanculum irrepseris, fortè fortuna obuio nemine, non dicam vt tolleres aliquid, sed vt experireris si quod tuò facinus posses designare: hæc molienti, commodùm fauisse fortunam. ita que quum adolescentem solum atque incustoditum offendisses (vt est ea nimirum ætas securior periculiq; minus cogitans: præterea diuturna tyrannis iam magnam metus partem exuerat:) tum haud scio (vt mores illius erant) multo vino sepultum, atque immodica libidine defessum, fortiter iugulasse scilicet, & [a] somnum illi cum morte, id est, germanum (vt ait Homerus) cum germano coniunxisse: deinde vbi iam cardines procul stridere cœpissent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugisse, vt non vacârit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec sicarij solent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitasse te, iamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas semotasq; mundi latebras animo circumspectantem, in quibus abditus posses irritati patris sæuitiam fallere.

Iamq;

Iamq; te ad spontaneum exilium accincto, repentè in vulgus exijsse famam, liberam esse ciuitatem, tyrannum vnà cum filio iugulatum, reliquos metu fugisse, auctorem ignorari facinoris ibi repentè ad nouam tuæ fabulæ catastrophen immutasse te animum: & qui priùs de salute fueras solicitus, protinus ad præmij spem arrectum fuisse, lucriq; auiditate, priusquam tibi satis esset excogitata ratio, qua totam huius inopinati euentus laudem in te traduceres, prosilisse in medium, id quod vidimus, clamitasse tuum illum esse ensem, tuum facinus, non vnum præmium tuæ virtuti fore satis. Hæc nemo non credidisset: sunt enim rerum naturæ consentanea, vsu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulò quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis præscientiam niteris persuadere, quàm multa commisceris, non dicam tota facie à vero distantia, verùm etiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitùs pugnantia? primùm tyrannum tam maternè filium adamasse, vt sine eo viuere noluerit: sic ob vnius mortem metu fuisse consternatum, vt in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, vt ipse nullas circum se custodias haberet: adeò fracti animi fuisse, vt tam chari pignoris truculenta cæde non potuerit ad vltionem inflammari: tam inualidum, vt tua dextra fuerit indignus: tam inermem, vt ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset quo se iugulet. Non vides quàm non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam ætatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus præsidijs munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat cur tu senem illum tantopere contemperis, vt indignum habueris qui tua ista magnifica dextra iugularetur? Tùne indignum iudicabas

bat quem occideres, quum eum Respublica non putârit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret? Non talem illum, Iudices, non talem sensimus, vt cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum vnquam contempsisti: nisi fortè contemnere est, miserè formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas superesse satellites, quorum vel vnus (si seni vires deerant) sufficiebat iugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrûm nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenij feritas etiam in illa senecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud senium sic interdum aeri dolore inflammari, vt iuuenibus etiam validissimis sæpenumerò fuerit intolerandum, si quando solitum illud robur quod ætatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam mualidus est, vt non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quàm patrem malueris occidere, quòd illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna obiecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tantisper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum sarcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquisti multus, quò tyranno prodi posses: sed prodi maluisti, quàm deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuam accuso, imò miror magis quòd pedibus consistere, quòd fugere potueris, quum audires moueri tyrannicam familiam, stridere arma: intelligeres tibi non cum puero, sed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, sobrijs, irritatis, denique cum rabioso patre dimicandum esse: non quòd illum vsquadeò filij mors commoueret, sed quòd arbitraretur, & haud scio an verè, se petitum fuisse, dexteram tuam errasse tantùm in filio. Inunc & spera, non dicam hos

Iudices,

Iudices, viros omnium perspicientissimos, sed vel è media plebe quenquam esse tam mucosis naribus, cui non suboleat, imò qui non planè odoretur, præsentiatq; totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ solent, quum hærent in explicando tragœdiæ argumento, hanc veluti deam diuinationem arte quadam induxisti, quò præsensionem tuam Iudicibus probares, sine qua videbas præmium obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministraui paternæ mortis, qui gladium, quo se feriret, reliquerim: atque id solùm non modò satis esse putat ad petendum præmium, verùm etiam meritum esse vt ipse ensis inter arma deorum consecretur, dominus pro Deo præsenti colatur. O hominem suauem, si has spes verè concepit: impudentem, si quum non speret, postulat. Itáne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in syluam ligna portanda putâsti? Nisi fortè tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, vt vltrò ad mortis adegerit necessitatem. An verò nihil refert putas, quam præbeas occasionem, quomodo, quo animo? Primùm, gladium reliquisti, quo nihil minus deest tyranno: nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris. Reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eũ gladiũ tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquã, exanimatus reliquisti, quem postea receptũ optabas. Reliquisti rem anceps item. Quid si tyrannus illum eundem ensem in ciuium iugulos destrinxisset? quid si eodem lectos aliquot ex huius vrbis iuuentute adolescentes filio suo inferias maclasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna cædes ad te pertinebit: quippe cuius ense peracta est. Id si non euênit, nihil ad te pertinet. nam anceps occasio quam in partem cadat, id dijs in manu est. si bene verterit, nihil gra-

tiæ

tiæ debetur ei qui dedit imprudens: sin malè, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculosam ministrat occasionem: quæ si feliciter, mirentur omnes: sin infeliciter, meritò accidisse dicant. At quantò probabilius erat, futurum vt tyrannus tuo ense alios in vsus abuteretur? Scio me, Iudices, hæc pluribus refellere verbis, quàm necesse videatur, quippe tam friuola: verùm id mihi propositum est, nullum illius argumentum non excussum, non exagitatum, non reiectum prætermittere. Quare quæso ne pigeat, ita vt antehac feciſtis, patienter atq; attentè cognoscere, dum hunc ab gradu firmissimo deijcio. Hîc sibi vehementer fidebat, hunc acriter vrgebat locum. Negebat vitari posse, quin præmium deberetur, quòd patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum iam habet pro derelicto) certè necato filio. Nam ita in legibus dissertum aiebat, nihil interesse virum manu sua quis occidat, an mortis causam præbeat. Addebat, æquum esse, vt quum in maleficijs causam datam imputarent leges ad supplicium, multò magis idem obseruaret in benefactis ad præmium. Hæc aiebat memini sse se, in legibus esse disputata: illud addens Thrasonicum, nisi sibi diuturna seruitus, legum memoriam obliterasset. Non tu legum oblitus propter diutinam desuetudinem, sed nunquam quid sibi velint leges, inquisisse videris. Bis enim hic erras, qui neque causæ datæ rationem, neque dantis animum discernas, id quod legibus traditum est: nec animaduertis longè diuersam esse rationem maleficij & beneficij imputandi. Quid ais noue iuris interpres? Itáne satis esse iudicas vel ad pœnam vel ad præmium, qualemcunque quomodocunque causam dedisse? Nihil igitur refert, Hector an Aiacem occiderit manu, an gladium illum dederit quo se postea confodit? Atqui hanc

laudem

laudem nunquam ille sibi vendicasset: tametsi probabile videri poterat, in eum vsum hosti ab hoste datum fuisse ferrum. Quin ergo fabros ærarios omnes vel ad pœnam vocamus, vel ad præmium, quoties armis in eorum officina perfectis aut iugulantur ciues, aut seruantur? Postremò quur hoc quod tu petis præmium, non ensis istius tui opifex petiit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, nisi huius industria tibi ministrasset. Age, si telo inter venandum temerè misso fortè tyrannum vicinum interfecisses, clamares tibi tyrannicidæ deberi præmium: an potius nihil tibi deberetur laudis, quòd imprudens & inscius iaculum torsisses? Imò in ius potius vocandus esses, qui misi teli temeritate ciuem (quod in te fuit) occideris. Nam quòd in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid si caupo vinum lene ac suaue, quale Polyphemo dedit Vlysses, tyranno vendidisses, atque ille eius dulcedine captus, auidiùs sese ingurgitasset, eaq; re concepta febri decessisset, auderesne caupo vini, titulo tyrannicidæ præmium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione vt temulentum vinoq; madidum exploderet? Cæterùm quanto frigidiore titulo nunc idem postulas? Vtcunque coniecturis præcipi poterat: vt ætas vinosa tam illicibili vino auidiùs intemperantiusq; frueretur, crapulam consequeretur morbus, præsertim in sene: morbum mors: vulgò hæc eueniunt. Tu eam tyranno mortis causam dedisti, cuius nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filij necem sibi manus intulit? Accedam propiùs. Finge te tyranni coquum esse, probè callere palatum domini: medicos interdicere cibum, quo tamen ille oppidò quàm lubens vescatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere. eum cibum tu arte tua, cupedijsq; & condimentis magis ac

magis

magis illecebrosum reddis, consequitur edentem morbus quem prædixerant medici, emoritur tyrannus, liberatur ciuitas. Hiccine coquus è culina in forum prosiliens, & adhuc iure madens, fuligine niger, tyrannicidæ præmium postulabis? mortarium, tonsillum, & ollas ostentabis, arma scilicet quibus tyrannidem expugnâris? Non eris (opinor) tam impudens in ea causa, qua tamen ista tua multò est absurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem præbuit causam. Tu nec in hoc iugulâsti filium, quò pater vtrò vitam relinqueret: & causam dedisti ad quiduis potius quàm ad istud idoneam. Accipe exemplum tuo similius, quàm ouum sit ouo (quod aiunt) simile. Quid si tyranni amicam, quam ille miserè ac perditè deperisset, occidisses: eáq; cognita re tyrannus sibi vitam abrumperet, auderes ad præmium aspirare? auderes dicere, te certum præscisse, fore vt tyrannus sponte fugeret è vita? Certè quanquam plures amicas extinctas sequuti sunt quàm filios: nemo tamen tibi crederet, nemo tibi præmium decerneret: tuum factum periculosum & anceps dicerent: omnes fortunæ gratias haberent, cuius commoditate res ea feliciter cessisset. Tibi abundè magnum præmium existimarent, si commissi venia donatus discederes. Primùm igitur diuersam imputandi maleficij, & ascribendi beneficij rationem conueniet distinguere, deinde causæ æqualitatem, postremò animum: atque ita demum liquebit quid tibi lex debeat. Nam quòd aiebas legem prolixiorem esse oportere ad reddendum præmium, quàm ad infligendam pœnam: id in priuilegijs, quæ in exemplum non vocantur, fortasse locum habet: in iure communi longè secus est. Siquidem (vti superiùs demonstrauimus) nulli nocenti lex non minatur pœnam: paucis benefactis præmium ostendit. Tum in maleficijs etiam conatum simplicem

supplicio prosequitur, in benefactis semper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, si lex est diligentior in eo negocio ad quod vnum est nata atque instituta, quàm in eo in quo temporis ratione tanquam alienas sibi sumit partes. Ergo in utroque communiter spectat, vt causa sit idonea: deinde vt animus adsit, non tantùm casus. Hoc rursum interest, quòd in benefactis nec causa idonea, nec animus idoneus satisfacit legi, nisi his accesserit eventus item idoneus. In malefactis si quid nocendi animo tentes, non expenditur nec euentus, nec causa: sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat, tibi nihil ad scelus defuisse præter fortunam: quate subleuari, quod tandem ius sit? In euentu simul & causam datam, & animum expendit. Si animum vitiosum comperit, nihil moratur causam, quàm sit idonea: putat animum & euentum ad pœnam commerendam sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea, & non consequitur euentus: lex quasi conniuet ad id, & non putat ad suam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus est consequutus, etiamsi de animi vitio doceri non potest, tamen temeritatis & negligentiæ nomine pœnam irrogat, partim propter suspectam dantis voluntatem, partim vt hæc latebra peccantibus eripiatur, Imprudens feci: discantq; homines vel suo periculo cauere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & sciens, certam atque euidentem noxæ causam dederit: eum perinde lex censet, quasi facinus manu peregerit: veluti si quis hostem opibus copijsque iuuerit, perinde est ac si ipsius arma contrà ferat. Siquidem id suppeditauit, sine quo bellum geri non poterat. Aut si quis inimicum suum per dolum nauigio solutili imponendum curet, vt naufragio intereat: aut in conclaue pensili testudine inducat, vt ruina opprimatur: aut iuxta lectulum ægroti, loco

pharmaci

pharmaci venenum ponat, futurum sperans vt eo hausto pereat, tametsi non bibit ægrotus: tamen veneficij postulari potest qui posuit, propter vitiosam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id euenturum, quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocendi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi voluntate, apponas euentum: non effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignorantia absoluerit. Porrò si in loco non ad id destinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu tremet exerceas: lex tecum non agit, nisi si quem occideris, aut vulneraris, aut si cui damnum dederis. Cæterùm quod facis, tuo facis periculo. Quòd si quid horum consequutum est, cum lege tibi res est. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat præcauere, quod probabiliter poterat prætimeri. Vides quanto discrimine disita sint, inter quæ tu nihil interesse dicebas? Primùm non statim imputatur ad præmium, quod ad pœnam: idq; non à malignitate legumlatoris, sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, partim à legum officio. Deinde discernitur animus: causa data dijudicatur: spectatur euentus. Age nunc, si libet, tuam causam, qua tuum facinus æstimari vis, expendamus. Finge te certam ineuitabilem mortis causam tyranno dedisse, sed imprudentem: nulla tibi sit præmij petitio. Quis enim insciens benemereri dicitur? Fortibus viris præmia dantur, non fortunatis tantùm. Nam euicimus iamdudum, opinor, ne posthac affirmes te in hoc iugulasse filium, vt pater sibi necem conscisceret, quod euenturum ne vates quidem quisquam præscire poterat, tu nec suspicari: imò posteaquam rem plenam discriminis, fortunæ arbitrio commisisti, quia bene successit, hoc nomine lex te non postulat: at idem si

malè euenisset, temeritatis pœnas eras debiturus. Neque enim tibi succurreret inculpata ignorantia. Quid enim æquè formidandum erat, quàm ne tyrannus simulatque occisso filio se peti insidijs persensisset, omnia tyrannidis mala in vos conduplicaret? Iam vt de animo res tibi constet, causam dedisti non solùm non idoneam, verumetiam periculosissimam Reipub. Vin' hoc tibi argumento euidentissimo demonstrari? Finge te quempiam è ciuibus vitio occidisse: tum extincti patrem id facere, quod modò fecit tyrannus: vtrum tu duplici cædis crimine teneberis, an simplici? Simplici opinor. At vxor & mariti mortem imputabit, qui necato filio, seni causam mortis dederis atque his fermè tuis argumentis vtetur: Indulgentissimè filium adamabat, in illum omnem familiæ curam reclinauerat, illo se oblectabat. Atque hæc de priuato sene cum fide dicet, quæ tu de tyranno nimis durè (ne dicam ridiculè) dicebas. Addet ea te scisse, præuidisse futurum vt ille vitam fugeret orbatus filio, in quo vno omnia vitæ oblectamenta collocârat. non tibi defuisse iugulandi senis voluntatem, sed hoc tantum egisse, vt miserabilius sua dextra perimeretur, vt odium tuum plenius miseri patris malis exaturares. Ideo iuuenem necasse, in hunc vsum gladium in vulnere reliquisse. Vides quantò sunt hæc probabiliora in hoc, quàm in tuo negocio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi suspicionem causæ qualitate purgabis. Negabis causam idoneam fuisse cur ille sibimet manus adferret. Te nec præscire nec timere potuisse id quod sit consequutum: quòd rarum extet exemplum patris ob filij necem sponte fugientis è vita. Alioqui futurũ fuisse, vt & mater sibi fatum accerseret: quippe quam impotentius amare sit consentaneum, ac minus aduersum dolorem animi viribus valere. Hæc non dubitares tibi profutura

futura ad alterum crimen depellendum, & prodessent dubio procul. Atqui quod in maleficijs valet, ne quid imputetur: id multò magis in hac causa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis suspicione, quòd causas parum idoneas dederis: hic ex causis multò minus idoneis propter personam tyranni, videri vis non modò quod euênit, fuisse suspicatus, verumetiam certum præsciisse, Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quòd tametsi vitio abs te data est causa, tamen idonea non sit ad id quod euênit: vmò ipsi tota res imputabitur, & legibus pœnas dabit, sepultura prohibitus, quòd ciuitati citra causam idoneam ciuem vnum ademerit. Tibi non nisi vnius filij mors imputabitur, etiamsi mater quoque, & filiæ, & sorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter euenisset: quippe vbi summum Reip. periculum & verteretur, & prætumeri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud præsidium, Iudices, quod iste tutissimum, ac penè inexpugnabile iudicabat: vnde ego illum ita deturbabo, vt non solùm sit non habiturus quo tyrannicidij & huius laudis arcem obtineat: verùm vix etiam latebram inuenturus, vbi temeritatis ac maleficij pœnam effugiat: quò nimirum intelligat, quàm non inimicè, non curiosè (vt aiebat) secum agam: vt quum possim in crimen ac pœnam vocare, sat habeam ab honore non promerito secludere. Ait sibi deberi præmium vel hoc vno nomine, quòd iuuenem occiderit iam plus quàm tyrannum, tum tyrannidis paratum hæredem, etiam si hunc euentum dij non dedissent, vt senex ipse vitam abrumperet. O deploratam impudentiam. Tu tibi præmium peteres, si tyrannum suæ furiæ non essent vltæ? Dij quiduis potius dederint, quàm isthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim orationem, quandoquidem id tutò licet: tametsi ad

solam mentionem inhorrescit animus. Túne inquam, occiso filio, relicto sene viuo, tyrannicidæ præmium peteres? An potius nec ipse superesses, qui posses petere: nec esset Resp. quæ dare posset? Nam tu aut exquisitis supplicijs exanimarêris, aut in extremis Orcadis exul delitesceres: nos pro tyranno iam immanissimum carnificem pateremur: & tuum caput, vbicunque terrarum latitares, diris imprecationibus deououeremus, qui nos tua incogitantia, vel præcipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempestatem coniecisses. Sed re filius erat tyrannus, inquis: patri præter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? duos igitur hæc ciuitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo vnquam dubitauit, qui tyranni vocabulum mereretur. Quando autem antehac vnquam fando auditum est, duos vna in ciuitate sedisse tyrannos? id quod magis etiam naturæ repudiat, quàm eodem in corpore gemina capita. In ijsdem aluearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In ijsdem lustris non conuenit duobus inter se leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferatius) parem in eadem vrbe patitur? Non vides necessariò fieri, vt è duobus aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuisse mauis, in patre, an in filio? Si iuuenis aduersus senem obtinebat tyrannidem, quid à Rep. præmium postulas? Tyranni partes adiuuisti, non Reip. Sin patri cessit: quid tandem illum vocare potes, nisi tyranni nel pæfectum, aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicã appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verùm vt quoquo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione deriuares, quàm multa tu quidem non ex re, sed pro causæ tuæ commoditate comminiscebaris? Cæterùm quàm in his confingendis decori quod in personis situm est, nullam habuisti rationem

nem? Si enim (vt memini) inducebas in fabulam senem iam ætate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisset: non secus atque mala, quæ natura acerba, tempore mitescunt, & in alium abeunt succum. porrò iuuenem ferocem illo incolumi gerentem tyrannidem, iamque patri viuo succedentem. Priuatus paterfamiliâs non fert filium se viuo successorem: & tu vis isthuc credi in tyranno? Illi non sinit vllum è liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: & tyrannus sese veluti abdicans imperio, negocium omne in adolescentem reiecerat? Non dubito quin & ipse videris quàm dura sint ista, & quàm à communi sensu abhorrentia. Verùm quid faceres? nisi tales personas induxisses, exitum inuenere tragœdia tua non poterat? Quæso te, an vnquam auditum est tyrannum ætate mitescere? Quando tu desines, ea quæ sunt priuatorum, quæ bonorum principum, tyrannis tribuere? Vt eodem igni cera molescit, limus durescit: ita ætate plerique redduntur mitiores ac temperationes, tyrannus magis exasperatur. Vt tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, vt vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit sæuitiam ætas. sed exaggerat. Ves ipsissimam tyranni ingenij tibi demonstrem imaginem? Spinam cogita, quæ quò magis senescit, eò pungit acrius. Echinos cogita, qui quò plus habent ætatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus ingenijs fortasse nonnulla vitia senecta vel detrahit, vel certè mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit: at tyrannorum mentibus ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, præter vitiorum omnium incrementum adferre senecta quid potest? Nisi fortè libidinem adimit. Quanquam ista tyrannidis quantula tandem est portio? Sed esto fuerit sanè propter ætatem ad voluptates

segnior, verùm erat fastidiosior: vnde fit, vt imbecillior sit ad coitum, ad raptum auidior. Fortassè pauciores huic execabantur ephebi, sed insigniores. Pauciores producebantur virgines, sed exquisitiores. Quur non autem & plures, videlicet quò senile fastidium optione & varietate vinceret? Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quò nobiliores sunt, quò fortuna præstantiores habent liberos, hoc magis eis à flagitiosissimi senis cupiditate metuebant. An tu putas vnà cum viribus senescere libidinem? Multò secus habet: imò quantum ætas improborum hominum facultati detrahit, tantum adijcit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis vsus capit, quàm nostra delectat contumelia. Vt frigeat in sene tyranno Venus, certè feruet vigetq; malitia, sæuitia, necendi libido. Postremò totum illud vitiorum agmen, quæ propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, periurium (quid autè oportet omnia commemorare, nobis omnibus heu nimium nota?) horum inquam nullum non ætate fit acerbius, propterea quòd iuuenta nonnunquam naturæ bonitate vincitur, præterea quædam mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenij à natura insitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum vsu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abijt. Id ita euenisse, Iudices, in execratissimo illo sene, quid ego coner argumentis docere, quum sua cuique memoria abundè satis exemplum suppeditet? Quòd si iuuenis sese gerebat insolentiùs, videlicet patris abutens imperio: num tu hunc continuò tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facilè reddideris. Nam quis est

omninò,

omninò in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui nõ ipse penè tyranno sit ferocior, violentior, sceleratior? Filius, inquit, emolumentis imperij potiebatur: patri præter nomen nihil cessit. Quasi verò non sit isthuc omni tyrannidi commune. Longè minima fructuum pars, qui solent ex tyrannide capi, ad ipsum redire tyrannum, quemadmodum in latrocinio fieri consueuit: prædæ communiter in omnes distribuuntur, vel in eos potiùs, quorum opera capiuntur. Alioqui non cohærebit cohors illa scelerata: nisi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quàm sibijpsi. Solum nomen sibi propriè vendicat. Et in nullos est tyrãnus indulgentior, quàm in scelerum ministros: quippe quorum opera sentiat suum imperium contineri. Proinde sub vnius vmbra satelles omnis, omnis minister, familiaris, leno, tyrannidem quandam in ciues exercet. Ridiculè fecero, si hoc quoq; eo ner argumentatione probare, Iudices. Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi fortè tam diutinæ calamitatis memoriam tã pauculi dies obliterauerunt. Neque enim esset res vsqueadeò misera tyrannis, si vnius modò foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot sacrilegi, quot ex extrema barbarie aduenæ, feris quàm hominibus similiores? Neque desunt, qui se simulent apud tyrannum sceleribus suis gratiam promeritos esse: quo nimirum hoc nomine metuantur à ciuibus. Horum igitur vnum quemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiso tyrannicidæ præmium petes? Non in tantum omnem exues pudorem opinor. Sed pater ætate fessus, omnem dominatum in filium transtulerat: quicquid tyrannicum in vrbe gerebatur, id iuuenis violentia committebatur. Sed isthuc quantum absit ab imagine veri, quis tam cæcus, vt non videat? quis tam obliuiosus, vt non possit experimento refellere? Ego tibi complures nominare satellites pos-

sum, filio insolentiores. At hæc verisimillimum est, nullius insolentiam minùs approbasse senem, quàm filij, vel quòd odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quòd intelligit ex illius facinoribus longè plus inuidiæ odijq; sibi conflari (callidissimi autem tyranni est, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannus possit:) vel quòd pater etiam pessimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitijs, & ad crudelitatis ministeria alienis quàm suis uti maluit. Quòd si clàm patre rapinas, raptus, atque id genus facinora designabat filius: profectò non tyrannum agebat, sed insolentem satellitem. Sin approbante patre, qualicq; per illum exercente tyrannidem, viri tandè par erat imputari commissa? huic per quem gerebantur, an ei cuius auctoritate arbitrioque fiebant? Non arbitror obscurum, quin huic, cui in manu erat, nutu, ne fierent, vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipsi quidem neque pueros emasculant, neque virgines abripiunt, neque proscribunt, neque bona diripiunt, neque phana dispoliant, neque hæreditatibus manum iniiciunt, neque compilant ærarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam iugulant, neque armis vicos expugnant, neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per ministros exercent. In vnum tamen tyrannici nominis inuidia competit, in vnum occidendum lex præmium instituit, in vnum stringendi ferri ius facit, illos suæ cognitione reseruat. Quorum vt quisque sua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi potest: certè tyranni vocabulum nemini congruit, nisi vni illi, sub cuius veluti clypeo tota illa pernicioſissimorum hominum colluuies latitat. Arbitror vobis, Iudices, sæpenumerò auditum esse, id quod eleganter à doctissimis viris est scriptum, tyrannis e non longas modò, verùm etiam plurimas esse ma-

& manus: plurimos oculos, eosq; acerrimos: plurimas aures easq; longissimas. Omninò prodigiosum quoddam est animal tyrannus, multoq; f Titanibus illis Briareo & Encelado portentosius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus pedibusq;. Quot enim habet scelerum ministros totidem habere membra videtur. Atque vt ex membris corpus, ita tyrannis ex huiusmodi constat ministris. Verùm vt illud quod corpus appellatur, nihil est aliud quàm quiddam omnibus ex membris aggregatum: ita in tyrannide, vnum quippiam est, quod neque pes sit, neq; manus, neq; vllum aliud membrum, contineat autem vniuersa: at ita contineat, vt ab ijs possit separari, idq; tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet iuuenis insolentiam, violentiamque, præfectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit, aut si mauis dextram: aut si ne id quidem satis, præcipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certè vocare nequaquam potes. Vnum enim illud portentum tyranni nomine censet, cuius auctoritate tituloq; cuncta hæc membra velut animantur: idq; vnum forti ciui permittit occidere. Non vult te in oculum aliquem inuolare: non sinit vt caput aliquod amputes, ne tale quiddam eueniat, quod de Lernæa hydra fabulantur Poëtæ, vt pro vno capite resecto, duo pestilentiora subnascantur: pro vno excusso oculo, plures acriores succedant: pro vna resciſſa dextera, multæ robustiores subpullulent. Vnius vitæ te dominum arbitrúmque constituit, qui sibi sit ausus tyranni vindicare nomen: quo sublato, futurum sit vt membra reliqua quasi destituta spiritu, emoriantur, aut certè sanentur. At quid ego tecum iam accuratis argumentationibus ago? Possum illicò tuis te verbis reuincere, ac veluti tuo te laqueo capere. Iuuenem paulò antè magnũ patris satellitẽ nominabas: non inficiabere. rursum alio loco dicebas,

omnem

omnem tyrannidem occupasse filium: solius appellationis honorem cessisse. Quî conuenit eundem & satellitem & tyrannum appellari? Tum si cessit, non igitur vsurpauit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati sunt, aut rescinduntur. Lex hæc tecum formula contraxit: Si quis tyrannum occiderit, præmium ferat. Quid tu mihi iuuenis flagitia commemoras? Id te lex voluit occidere, quodcunque illud esset animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (vt ipse fateris) satellitem occidisti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei est? At rem inquit, legis sequutus sum, non syllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus hæres paterni dominatus libertatem peperi, seruitutem sustuli: hoc lex sensit: huius rei auctori præmium præstituit. Satellitem, inquam, occidisti, nihil moror quantum, quàm grauem, quàm ferocem, quàm sceleſtum: satellitem tamen occidisti tyrannidis, non caput: aut si caput, vnum è pluribus. Sed hæc omnia tibi ex animi sententia largiamur: fuerit sanè res tota tyrannus filius: pater nihil nisi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, & Echo nympham nihil aliud quam meram quandam fuisse vocem sine corpore. Quî tibi licuit in re tanta à verbis legis discedere? præsertim ita dilucidis, vt perspicuum magis nihil esse possit, & commentitiam interpretationem domi tuæ natam in iudicium adferre? Ego, Iudices, nullum in Rempublicam exemplum perniciosius induci posse iudico, quàm si consuescant homines calumniosi à præscripto legum recedere: & interpretamento, quod ad prætexendum facinus quisque sum maximè idoneum commisci queat, id iudicibus obijcere. Quis autem vnquam meminit de legis sententia quæri solere, nisi quum in scripto quiddam apparet ambiguè obscuréve dictum: aut quum ex verbis & euentu absurditas quæpiam extitit, eáque manifes-

manifesta? In priore non cuiusuis commentum, sed Iurisprudentium responsa, sed iudicum sententia recipi solet. In hoc posteriore necessitas ipsa compellit aliquantisper à legis vocibus deflectere, & æquitatem iuris potius quàm verba spectare. Duplex itaque periculum videtis, Iudices: alterum, ne superstitiosa cauillatione literarum legis, ab eo quod lex spectauit, abducamur: alterum, ne passim à præscripto discedendo, leges omneis & iudiciorũ religionem subuertamus. Quorum illud quidem multò leuius est, propterea quòd vix vnquam accidat vt legislator obscurè, quid voluerit, explicuerit: aut absurdum quiddam exoriatur. Hoc multò periculosissimum, pernicioſissimumq. Etenim quæ tandem lex futura est, quam versutus calumniator, quò pœnam effugiat, non facilè possit aliquo commento subuertere? Neq; quisquam nõ elabetur è iudicio vestro nocens, nisi qui sit vsqueadeò nullius ingenij, vt ne friuolam quidem aliquam commentatiunculam queat inuenire. Atque vt cuique commodum erit, aut animi libido feret: ita pro sene iuuenem, pro tyranno satellitem, pro homicidio tyrannicidium, & passim aliud pro alio interpretabitur. Vestra interim, Iudices, religio, vestrum iusiurandum, qua tandem ratione seruabitur? quibus nihil futurum est certi, quod in cognoscendo sequamini: verùm ambiguas diuersasq; litigatorum coniecturas spectare necessum erit? Ergo quum in omni causa maximoperè cauendum est, ne sine grauissima ratione à legis præscripto discedatur: tum in hac non periculosum modò, verùm etiam absurdissimum, quum legis verbis nihil possit esse dilucidius, sententia nihil æquius: interpretamento, quod præter legis mentem inducitur, nihil pestilentius. An credimus legis huius auctorem vsqueadeò infantem, & verborum inopem fuisse, vt dicere non potuerit: Qui quouis modo tyrannidem sustulerit, huic

præmium

præmium esto, si modò isthuc sensisset? Neque verò fugit illum, totam tyrannidem per satellites & præfectos exercerì solere, permultosq; in his esse vel tyrannis ipsis sceleratiores, atque vt ita dixerim, tyrannicos magis, & omninò supplicio digniores: nisi & omnium omnia ministrorum scelera tyranno imputarentur. In vnum tamen illum, qui hoc nomine censetur, tibi ferro grassandi facultas data est. In reliquos non tibi permittitur idem: non quòd illos vita dignos iudicet lex, sed quòd vnius cæde totam tyrannidem tolli velit, non multorum cæde reddi duriorem. Tum erat legi simpliciter parêre: neque eius verba quasi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare: verùm ad illius præscriptum, factorum tuorum rationem instituere: præsertim in hoc exemplo, quo non aliud potest admitti pestilentius, vt ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam sumas. Non illud hîc spectandum, Iudices, quàm inuisus Reipublicæ sit qui occisus est, quàm maiore etiam supplicio dignus: verùm id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum præter leges iugulandi homines semel in ciuitatem receptum, semel vestris sententijs approbatum, denique præmio compensatum, quò tandem licentiæ sit processurum. Quod iste sibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius sibi volet in ditissimum quenque ciuium licere. Quisquis pauper à locuplete contumelia afficietur, protinùs tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Postremò, si cui magistratus non placebit, si cui iudex erit inuisus, non dubitabit è medio tollere. Porrò ad facinoris defensionem, sophistam quempiam aut sycophantam consulet (si ipse ingenio stupidiore fuerit) & nouam legis interpretationem vobis adducet. dicet, nihil aliud sensisse legislatorem, quàm vt huiusmodi ci-

di ciuium genus non nomine, sed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur e medio. Atque ita breui futurum est, vt quod in vno factum semel & probauimus, & gauisi sumus: id in multis sæpiùs & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre discrimen neque conuenienter accipiendum, vt titulo reperto priuatus hominem indemnatum interficiat. Id ita esse facilè liquebit: si quidem animaduertimus, nihil omnium esse quod lex parcius circumspectiúsque permiserit. Etenim (si memini) tribus duntaxat temporibus lex indulsit, vt quis citra iudicium hominem occidat. Primùm adulterum, sed in vxore deprehensum: id quod intemperanti & insuperabili mariti dolori donatum est: at ita, si corpus vtrumque pariter interimat, si argumentis idoneis deprehensum fuisse doceat. Deinde in vi depellenda: at ita, si demonstres te mortem effugere nequiisse, nisi mortem intulisses. id lex ita interpretatur, quasi sese tueri potiùs sit isthuc, quàm alium occidere. Vterque tamen, facti sui rationem reddere compellitur, statim sese prodere, nec expectare donec in ius trahatur: atque (vt ita dicam) vltro semet reum facere cogitur. Quod si omnia constabunt argumenta: ita demum à lege dimittitur, vt venia non laude dignus esse videatur. Postremò in tyrannicidio, vbi propter periculi susceptí magnitudinem lex præmium quoque proponi: at ita, si eum quem tibi lex isto velut insigni tyrannici nominis denotauit, fortiter occideris: non si sceleſtum alio scelere sustuleris: neque patietur te ius occidendi permissum, latiùs quàm ad unicum tyranni caput trahere, nisi si quis obsistat, vt per illius necem tibi necesse sit ad illum penetrare. Iámque hoc factum tuum secunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortasse proxima videbatur hostem in bello feriendi

facultas:

facultas : quam tuæ tamen libidini lex non permisit. Nisi palàm hostis sit declaratus, nisi in Imperatoris verba iurâris, nisi ille aciem eduxerit, nisi signa canere iusserit, tibi fraudi futurum est hostem interfecisse. Tu dicturus es: Hostem occidi, nam plus quàm hostilia faciebat: nomen hostis tantùm aberat, re hostem agebat. Lex respondebit, suarum partium fuisse, hostem declarare: ac tuo fortasse scelere fruetur : verùm ne serpat exemplum, pœnas de te sumet. Quid autem aliud abs te factum est ? Vnum tibi lex nominatim designauerat : tu illius vocabulum tuapte auctoritate in alium transfers, quod nisi in vnum non potest competere : neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas sit aliquando quem voles magistratum, quem voles iudicem, quem voles ciuem, tyrannum appellare. Neque verò sine grauissimis causis lex tot vinculis astrinxit hanc in vitam alterius licentiam. Perpendit nihil maius eripi cuiquam posse, quàm vitam : vidit in extinctum facilè varias causas confingi etiam impunè posse, quandoquidem ille non sit refutaturus, qui iacet. Vidit quàm multis titulis suum quisque dolorem possit prætexere, si post occisum hominem vlla causa recipiatur, præter eas quæ legibus sint expressæ. Quid quòd grauatim sibi quoque lex permisisse videtur, vt homini vitam eripiat ? quàm comperta, quàm multa requirit argumenta? quàm multa concedit reo? quàm malignè agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare ? quantum spacij largitur ei, qui defertur? quàm liberam Iudicum reiectionem ? Quantùm igitur à mente legis abesse putes, vt cuilibet permittat, vel pro suo priuato dolore, vel domestica iuris interpretatione, hoc est, subuersione, in cuiusquam vitam grassari ? Neque ad rem pertinet, quantum criminum aceruum exaggeres. quantumuis

uis etiam verorum, addo notorum: dicas, parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci: Tyrannum lex iubet occidi. Atqui hic vnus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiórque ciuitati. Ad ista tam multa crimina lex tibi verbo respondebit: Nihil moror quàm fuerit sceleratus, qui perijt: in vnum tyrannum tibi ius feceram occidendi, in reliquos in ius trahendi. Si detulisses: auditus, reuictus, damnatus à me palàm pœnas dedisset, omniq; Reipublicæ salubri exemplo fuisses. Nunc tu priuata libidine interficiens, pro saluberrimo exemplo pernicio sissimum in ciuitatem induxisti, & legum instaurationem à legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clam esse putas, quàm militi sint in hac turba vita indigni, morte dignissimi? At eos meæ cognitioni, non tuis manibus seruo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt iudices, sunt carceres, secures, carnifices. Quur tu mihi præire conaris? cur nullo mandante magistratum occupas? & dum tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est inuisus ille, nisi quòd mihi parère recusat, & præire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cuius manibus ego permisero. Si iuuenem occidisses, quòd non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam necessitati: nunc occidisti non obsistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Huius vnius cæde cõtentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem vnum tibi ius feceram. Meum erat expendere, vtrum ex vsu Reip. fuerit, an iuuenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum supplicijs, exemplum omnibus edere. Neq; hæc dico, Iudices, quasi parum gaudeam pariter cũ patre sublatum filium: vtinã eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscunq; tyrannus placet. Sed quis prohibet simul & gaudere quòd deorum bo-

nitas nobis hanc rem bene verterit: & tamen non committere vt huius meritas, si iudicio comprobetur, in legem atq; in exemplum trahatur? Nec de iuuenis iniuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatæ maiestate. Non enim par est, vt cuiquam personæ præter ius extincti odium in scelere suffragetur. Neq; tam spectandum in quem commissum sit facinus, quàm quo exemplo commissum. Alioqui quur non eadē opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, vxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem vxor sæpenumerò suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: quur non & hos iugulas, si tibi ius est æstimatione priuata meritorum ciuem iugulare? Quid quòd est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi ius sit occidendi? Finge esse qui totam hanc vrbem, templa, domos, curiam conatus sit incendere, imò qui iam compluribus locis ignem subiecerit, sed incendium subitò exorto imbri restinctum: auctorem non obscurum, verùm abditum latitare. Eum fortè fortuna repertum manu tua trucidas. nam lex tuum fatum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quantò erat nocentior? Tantò nimirum, quanto est atrocius ciuitatem semel funditùs euertere, quàm expilare: ciues vniuersos vno igni finire, quam in pauca quædam sæuire capita. Et tamen in vnum tyrannum stringendi ferri potestas priuatim permittitur: illum deferendi modò ius habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & nouo interpretamento tuum facinus palliare, quid tandem aliud est quàm legum auctoritatem euertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palàm ac vi facere consuetuit? In recipienda lege fas est populo, causam æquitatemq; legi excutere: cæterùm receptæ, & longo iam vsu comprobatæ, simpliciter oportet obtemperare. Neq; enim

tùm existimandum est maiores illos nostros, viros sine controuersia sapientissimos, ita sine grauissimis rationibus instituisse, vt priuatim interficiendi tyranni facultas vnico capite finiretur. Primùm ad iugulandi licentiam, fenestram aperiendam ciuibus non putauerunt: deinde perspiciebant tyrannidem fatale quoddam esse Reipublicæ malum quod minore noxa toleraretur, quàm malè exagitaretur: neque posse semel tolli, nisi tyranni ipsius cæde. Quo submodo, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, iam nihil opus esse priuata audacia, nimirum illis in Reipub. administrationem vindicatis. Quòd si tyrannus in ius vocari potuisset, ne hunc quidem tuæ dextræ arbitrio permisissent. Videbant & illud: tyrannidem, nonnullam habere[k] monarchiæ legitimæ speciem: hoc tantùm interesse, quòd in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia vnius libidini subiecta sunt. Rex publicam spectat vtilitatem, tyrannus priuatim suam: vnde publicitùs expedit, vt tyranno veluti principi legitimo ciuitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum auctoritatem in pristinùm statum restituat, atq; id vnius si fieri potest capitis iactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus, quæ totum reip. quasi corpus corripiunt, legum prudentia consueuit vti, vt exemplo magis quàm admissi talione, morbo medeatur: ne dum ciuitatem sanare studet, magnã ciuitatis partem interimat. Hinc est quòd in seditionibus publicis non nisi in ipsos auctores consueuit animaduerti, reliquis quos tempestas illa commouerat, dari venia, aut vix etiam dari venia, qui in publico Reipublicæ tumultu quietem egissent. Quæ potest autem pestis esse fatalior, quàm tyrannis? Quæ sese latiùs in ciuitatis membra diffundit? Quota quæq; vrbis pars ab hoc vitio sincera potest esse? Omitto iam quicquid est ambitiosorum, ære alieno

obstrictorum scelere contaminatorum, barbarorũ (nam hæc tota sentina hominum tyrannide gaudet, vt in qua nullis maiora quàm sceleratis sint præmia) bonos etiam ciues hoc malum inuoluit, dum vel timent fortunis suis, vel rectum iudicant seruire tempori. In hoc itaque rerum statu leges non extinctæ, sed oppressæ modò, cautim & circumspicienter agunt: intelligunt hoc huleus citra summam ciuitatis perniciem exasperari non posse, vnius capitis dispendio commodè sanari posse. Quare docto cuipiam medico præmium ostendunt, digito demonstrant quod membrum secari velint, quibus abstineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram secuisti. illæ tyrannum, tu tyranni satellitem occidisti. Quo præmio dignus? Nempe eo, quo qui morbo inscitè exagitato, totum hominem in extremum vitæ discrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neq; ego nunc te cædis reum ago: aget alius fortassis, cuicumque lubitum erit: verùm illud modò consilium fuit, ostendere tibi quàm insignitæ sit impudentiæ, in ea causa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poscere præmia, in qua nequeas obtinere: si modò tecum exactiùs ac seueriùs agatur, vt grauioris pœnas effugias. I nunc, & curiosum me voca, qui tam candidè, tamq; ciuiliter tecum agam, vt quũ te possim in graue discrimen vocare, sat habeam legis & Reipub. causam defendere, ne circumuenta præmium dare cogatur ei, qui nihil boni sit promeritus. Id quod non iudicibus modò (quibus isthuc iamdudum liquere puto) verùm tibi etiam ipsi cupio persuadere: & facturum me confido, si modò tantisper animum possis attendere. Vin' igitur, vt quemadmodum tu faciebas, itidem & nos summatim totam causam ob oculos reuocemus? dispiciamusq; quàm multa tuo in facto desiderentur ad id, vt legi satisfeceris: & quantum tu sis hallucinatus,

natus, quum multa diceres etiam superesse? Tria quædam requirit lex, & ita requirit, vt si quodlibet horum desit, aut pœnam te, aut certè nihil gratiæ debere se credat. Quorũ ego nõ vnum aliquod, sed vnumquodq; deesse docebo. Quod si facio, vtrum æquo animo cedes præmio, an impudenter petere persistes? Ergo rem accipe. Nisi tria hæc tibi constiterint, non est quòd tyrannicidæ præmium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quædam complectitur, vel quid speraris, vel quid proposueris. Nam si tyrannum per imprudentiam occidisses, si præter propositũ, non magis profectò præmium tibi debeatur, quàm si quis tyranno amicissimus idem fecisset. nam idem potuit accidere. Tu porrò quid propositi in arcem attuleris, ipse videris: ita demum legi persuasum erit, te voluisse occidere tyrannum, si occideris. Non occidisti, atq; id etiam quum tibi in manu fuerit (vt ais) si libuisset, interficere. Lex negat sua referre, vtrum tyrannicidij propositum in arcem non attuleris, an allatum repentè mutaris. Iam quid speraris, excutiamus. Quanquam istihuc leges non ita valde curiosè pensiculantur: sed tamen in tam absoluto facinore partes omneis constare oportet. Quid enim si tyrannum interfecisses, quò tyrannidem ipse occupares, vtrum præmium sperares, an supplicium metueres? Quid si quò priuatum animi tui dolorem vlciscerêris, tyrannum occidisses, atq; id esset palàm, num præmium auderes poscere? Quid si latrones tyrannum fortè fortuna obuium obtruncassent, num ad hunc honorem aspirarent? Quid si quis tyranno priuatim infensus, magna te pecunia conduxisset quò ei tyranno venenum dares, dedisses q;, num quæso tyrannicidæ præmium postulares? Ego hîc tecum non ago coniecturis: nihil dico inuitam tuam, quæ quidem obscurior est, quàm vt tu, alioquĩ tam glorioſus, quicquam de ea ausus fueris dicere; illud vnum

affirmare non dubitem, qui tyrannum quum tutò licuerit, non occidit, planè noluit occidere. Qui eum occiderit, cuius mors extremũ exitium Reip. videretur allatura, potius quàm vllam commoditatẽ: is aut priuatũ dolorem vlcisci voluit, nõ libertatem publicã vindicare: aut emolumentum suum sequutus est Reip periculo, non suo periculo Reip. studuit prodesse. Postremò non potest nisi gloriæ ieiunio adductus videri, qui tam insolenter se iactat. Non potest nõ videri lucrũ sequutus, qui tam improbè præmium flagitat. Annon vides igitur quantopere hac parte à tota legis mente dissentiat? quem illa tuæ vitæ periculo sua causa voluit occidere, eum tu nõ solùm volens præteriisti, verumetiam periculosè in Remp. irruãsti. quẽ sua causa noluit occidi, eum tu maximo nostro periculo, tui compendij aut animi fortasse gratia iugulãsti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attulisse, lucrũ perinde vt vitæ contemptorem: magni tamen refert, quarãtione tyrannidem tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior: quæ tamen nemo alius tibi concessurus est. Te in filio iugulasse patrẽ, in non tyranno tyrannum. Largior isthuc, Delium aliquẽ tibi prædixisse, vt certũ præscire potueris, quod ipse etiam vix diuinare Delius potuerit. Licuisse tibi patrem occidere, si libuisset: verùm hoc pœnæ genus tibi magis placuisse. Sustuleris sanè tyrannidem: idq; noua quadam & inusitata ratione. Vides quàm multa tibi dono. Tamen obsistam tibi, nec sinã ferre præmium, propterea quòd ea via sustuleris quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus ciuitatis, quæ non sit forti viro digna. Age quid si tyranni filium infantem in cunis iugulasses: & rursum adfuisset Delius ille, per quem certum præscire posses, fore vt necato puero pater sibi mortem accerseret, atque id euenisset, vtrum te tanquam tyrannicidam suspiceret Respubli-

ea, an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam sæueris ætatem, cui etiam ab hoste armato parcitur, quæ leonibus etiam miseranda videatur? Quin ergo vterur tuo maleficio Respub. cæterùm exemplum haudquaquam probabit. Quid si tyranni vxorem, quam ille miserè deamaret, per vim constupraſſes, atq; ille eius impatiens contumeliæ, fugerit è vita: vtrum tyrannicidij laudem flagitabis, an raptus & adulterij supplicium potius formidabis? Res obscura non est. Conferam tuo facto propiora. Quid si tyranni medicus quum esſes, veneno ægrotanti dato, illum sustuliſſes, vtrum vt veneficum oderit te Respub. an vt virum fortem admirabitur? Tyrannum sublatum gaudebit, facti rationem modumq; detestabitur. Quid si quum te tyrannus familiaris vteretur, tu in conuiuio, prætextu necessitudinis venenum porrigeres? Denique, si per magicas imagines ac maleficas quasdam deuotiones tyranno vitam ademisſes, vtrum à lege præmium an pœnam expectares? Atqui tyrannidem vicunque sustuliſti. Euentu gaudet lex: verùm exemplum tam pernicioſum in Rempublicam non recipit, vt consuescant ciues scelus vlciſci scelere, patrem in filio iugulare. Vides quantum momenti sit in modo viáque, vt factum tuum approbetur? Quod lex permittit vt fiat, non statim permittit vt id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia pestilens exemplum est omnino, tractare venena: nec id vlla causa quantumuis honesta sinit in ciuitatem irrepere. Quid quòd ne hostem quidem veneno aut malis artibus interficere fas est? Nam nusquam non improbat maleficia lex: & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta sunt. Quòd si modus facti spectatur in his, in quibus nullum petitur præmium: quantò magis id fiet in his,

in quibus summum petitur? Lex triumphum statuit ei, qui certum hostium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, sed aquis & pabulo veneno tinctis: vtrum ciues hunc æquis oculis spectare poterunt triumphantem, an potius sicuti veneficum oderint, auersabuntur, execrabuntur? Quid quòd priuatis etiam in rebus via modusq; perpenditur? quo magis idem oportebit tum in publico, tum in splendidissimo facinore vt à quo conueniat omnem sceleris suspicionem abesse? Age illud tecum reputa, si medico mercedem pactus esses, quòd te morbo leuaret: atq; ille non pharmacis, sed maleficijs & incantamentis morbum exemisset: vtrum præmium dabit, an magis hominem in ius trahes? iniuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille. Morbo te leuaui: quia via, quid isthuc tua refert? Hoc tantùm spectabas, vt morbo liber esses. ei rei merces est promissa. Ingratum te vocabit, qui nisi sua opera, ne esses quidem qui præmium negare posses. Tu protinus respõdebis opinor: Medico te præmium esse pollicitum, non magno: neq; debere quicquam, nisi rem malam ei qui beneficium malè dederit. Quanquam ne dedisse quidem videatur, qui malum malo tollit. Id enim mutare est incommodum, non amouere. Dices enim animo nocitum, dum corpori subueniatur. Atque istam litem vinces etiam iniquo iudice. Atqui eadem, aut melior etiam & vincibilior est tecũ causa legi, quàm quæ tibi futura fuerat cum medico. Nam ibi de priuata mercedula disceptaretur, hîc de publico honore. Ibi falsus est vnus, hîc legi fraus facta, per quam cautum oportuit ne quisquam ciuium circumueniatur. Ibi salus data, certa quidem & efficaci, sed suspecta & improbata via: hîc nefario scelere (quur enim non sic appelletur homicidium, quod in ciuem contra legem admissum sit?) non libertas restituta, sed in extremum discrimen adducta

Resp.

Resp. quandoquidem tuum factum perinde habet, ac si medicus quispiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio ministret: quod tamen ægrotanti (ita vt non raro consueuit accidere) per occasionem morbum adimat. Qui reualuit, suis satis acceptum feret quòd viuat: tibi mortem, tametsi vitârit, imputabit. Neque sua referre putabit, vtrum imperitia, an perperam ac studiosè pro pharmaco venenum porrexeris: propterea quòd tui fuerat officij, aut non suscipere negocium, aut fidem simul, & artem, & industriam, ac diligentiam, & quicquid à probato artifice solet requiri, ad curam adferre. Sed age, sinimus adhuc possidere te, quod dudum sumus largiti: vt planè ista via tyrannum occideris, citra vllum Reipub. discrimen. Lex non approbabit facinus tuum, nisi non tantùm à crimine, verùmetiam ab omni criminis specie procul abfuerit: ne videlicet ea quæ in hoc potissimùm adhibita est in ciuitatẽ, vt maleficiũ omne secludat, incolumitatẽ suã, quam conueniebat aut Deo cuipiã, aut certè Dijs simillimo homini acceptã referri, sceleri debere dicatur. Non approbabit inquam, nisi tyrannum ipsum quem nominatim indicauit ipsa, qua'q; permittit via sustuleris: ne per rimam istã periculosum exemplum in Remp. irrepat. Postremò, non nisi ferro, non clancularijs ac maleficis artibus, nisi virtute, nisi manu, nisi vitæ tuæ manifesto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantùm spectat lex, vt tyrannus in præsens submoueatur: verùm illud multò magis respicit, vt omnes mortales intelligant, in ea ciuitate viros esse fortes, qui non fereantur vitæ suæ dispendio patriæ commodis consulere: ac præclari exemplo facinoris, omnes etiam in posterum ab affectatione tyrannidis deterreantur: cùm videant in ea ciuitate nullum esse tyrannis satis tutum præsidium. quandoquidem illud nemo nescit, quì

vitæ suæ sit contemptor, eum esse alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino satellitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma aduersus huiusmodi animum tyranni caput defendant, qui patriæ libertatem sua vita bene credat emi? Postremò autem, vt maximè tibi constet animus, vt constiet via: id quod est totius negocij caput non effecisti. Tantum enim abes vt tyrannum occideris: vt quantum in te fuit, tyrannidem maiorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia an stultitia Rempub. in discrimen adduxeris? Nam illo quod vulgò dicunt, nihil verius, intempestiuam beneuolentiam nihil à simultate differre. Tantum abest vt occideris tyrannum, vt ne suspicari quidem potueris id euenturum, vt ipse semet occideret. Sed iuuenem occidisti patre insolentiorem: quid tum postea, si patri & huius scelera lex imputat? Magnum proinde tyranni satellitem, non tyrannum occidisti. Sed paratum tyrannidis hæredem occidisti: in tyrannidem succedit, qui prior, qui potior est in occupando. Verùm esto sanè, certum hæredem sustuleris: igitur qui tyrannus erat futurus interemisti. Atqui quod futurum est, id nondum est. Porrò lex eum qui iam tyrannus sit, tolli iubet: non quem aliquando futurum diuines. An qui statuam ex pacto deboat, & rudem truncum præstiterit, fidem persoluisse videatur? Non arbitrabor. Vbi nunc igitur sunt illa tam multa, quæ tibi ad præmium postulandum supererant? Vides quàm ne vnum quidem omnium tibi constet, quorum nihil oportebat deesse. Volui, inquis. Id demum voluisse te lex credit, quod effeceris. Postea è re nata propositum est commutatum. Hoc igitur præmij tibi debetur, quod ei qui in Olympijs medio è cursu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quòd is qui fudauit in Olympijs,

lympijs, nec vicit. Sed occidisti denique: verùm eum, quem nec lex permittebat arbitrio tuo, neque ex vsu publico fuerat occidi. At bene vertit ciuitati, quod feciſti. Numini igitur gratia debetur tali, qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt, de qua prouerbium extat, quòd Athenienſium malè cõſulta in bonum exitum vertere conſueuit. Non tu leges ſeruaſti, ſed ſuſtuliſti: non libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic vrbi propitium, quod euentum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate à nobis auerit, quod tuam ſtultitiam nobis vertit in occaſionem reſtituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum conſtituo, imò tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quem quum ſemel in periculum vocaris, ne pro ſimplici tyrannide duplicatam pateretur: nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris, ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſeruitutem aut grauius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienũ meritum inſinuas? Quid tibi in eo negocio laudem vniuerſam vendicas, ex quo præter pœnam temeritatis nihil ad te redire meritò poſſit? Si Reipublicæ, ſi Iudicibus probare potes animum tuum tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ cauſa recuſarit: ſi facinus non ſcelere, non pernicioſo exemplo, ſed legitima via peregiſti: ſi fortuna tuis egregijs conatibus bene expeditum dedit euentum: aut tyrannicidam te vocare, aude pulcherrimum ac penè diuinum munus à Republica poſcere, aude nobis ſeruatas leges, reſtitutam ciuitatem: aude templa, aras, foros, fortunas omneis, tutos pueros, inuiolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipſum quod hîc lege & apud Iudices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quòd obſtiterim: aude ciuitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſoluerit; aude Iudices vel iniquos vel corruptos cla-

ptos clamitare, nisi suis sententijs præmium tibi decreuerint. Contrà si suspectum quid volueris, si periculosum, si cõtra leges, si cum scelere coniunctum quid feceris: sit pudor, ac desine tandem improbè præmium flagitare, quod nulla ratione promeueris: pœnam, si sapis, meipse deprecari. Isthuc fortasis ab æquitate Iudicum, à ciuitate deorũ munere læta, queas impetrare. Neque enim putes vnum me te à præmio deterrere. Imaginare isthac in causa pariter & leges & Remp. & deos tibi aduersari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos verè restitutas videri vis, sine nostram auctoritatem primùm in hac tua causa valere. Longè plus laudis ex hoc iudicio referes, si nobis cesseris, si parueris, si tuam cupiditatem nostro submiseris arbitrio: si primum exemplum in te ciuibus edideris, reuixisse nos: si monstrâris ciuitati iam non ex sceleratorum libidine, sed ex nostro præscripto cuiq; viuendũ esse. Atq; altera ex parte Rempublicam, hac tecum oratione vti puta: Si ciuem bonum mihi præstare studes, noli hanc stultitiæ notam mihi inurere, vt in posterum recognita, dicar ebrietate quandam gaudiorum ei præmium decreuisse, cui pœna magis deberetur. Noli mihi deos, quos vix deniq; tam diutinis votis, tot sacris, tot precibus, tot meis malis placaui, conmoui, propitios reddidi, denuò per ingratitudinem iratos atque infensos reddere. Sine, vt mihi per te liceat saltem illorum beneficio frui. Quòd si te neq; leges neq; Respublica commouet: certè deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato: Quid tu te in nostræ laudis possessionem ingeris? Quid honori nostro inuides? Quur non sinis nos in hanc ciuitatem perpetuò benignos esse? Quur tu ipse tam ingratus existis? Ciuitas hæc semel mihi restitutam libertatem debet, tu bis debes commoditati nostræ, & quòd Remp. seruauimus, cuius tu pars es: & quòd commoditate nostra tuam

pericu-

periculosam stultitiam, vel scelus potius, in maximam felicitatem verterimus. Etenim nisi nos dextri propitijq; adfuissemus, quid aliud tu quàm perieras, & per te Respublica? Quod si planè contendis, vt præmium aliquod feras: abundè magnum præmium à nobis persolutum est, quòd per nos res à te malè instituta, beneuerterit. A legibus meritò maior relata est gratia, si nostræ prosperitatis respectu, temeritatis simul & sceleris veniam condonárint. A ciuitate satis amplam laudem feres, si ea patiatur, vt in restitutæ libertatis historia tuũ quoque nomen admisceatur. Hac laudis parte contentus, desine nobis debitum velle præripere, ciuitati munus nostrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum extillata iam aqua. Quod superest, nunc vestræ partes sunt, Iudices, statuere, vtrum secundum leges, secundum Deos, secundum Rempub. sententiam dicere, an secundum hunc gloriosum ostentatorem pronunciare velitis. Vtrum hanc vrbis felicitatem huius temeritati, huius sceleri acceptam ferre malitis, sæpiùs exprobrandam, & breui fortasis à superis iratis (id quod abominor) auferendam: an in Deos, quibus sine controuersia tota debetur, referre, eorundem pietate seruandam, augendam, beneq; fortunandam: vtrum magis ex vsu sit, vt primo hoc iudicio statim leges circumuentæ dicantur, an vt appareat legum restitutarum seueritatem, & Iudicum sapientiam aduersus vnius iniquam postulationem valuisse.

GILBER.

GILBERTI COGNATI.

ANNOTATIONES.

a PAN ille.] *De Pane capripede humana reliquum effigie nonnihil dictum est in Luciani epigrammate de Echo.* b Somnum.] *Mors enim somnus est, sed perpetuus, & mortisimago est. Quare apud Homerum & Hesiodum in Theogonia fratres iudicantur & noctis filij. Virg.*

Tum consanguineus leti sopor, *& alibi:*

Dulcis & alta quies, placideq; simillima morti.

Nam hi duo quia simul sunt, necesse est vt somnus qui omnia cum fratre Thanato natu maiore habet communia, eius aliquando opera exerceat: hæc nempe, vt ex dolore in se homines incidant, ac statim quiescentes molestijs releuentur, quod vtrunq; præstat mors. c Impotentiús.] *Matres filios impotentiùs amant.* d Aluearib.] *Apes aliæ ἡγεμόνες seu βασιλεῖς, qui à Virg. li. 4. Geor. ductores, duces & reges vocantur, quib. grex apum parere solet. sunt enim tanquã κοσμητορες λαῶν. Sed apud Græcos propriè rex apum est ἐσσὼν, qui & hominum fuit apud Callimachum in Hymno Iouis. Rectè igitur apud Xenophontem Cyrus audit: Tu es naturã rex, sicut apum rex est.* e Non longas modó.] *Videtur ad illud Ouidij in Helenæ epistola alludere:*

An nescis longas regibus esse manus?

Etiam vulgo in ore est: A' regibus cauendum, quòd eis prælonga sint brachia. Nimirum quòd per suos, quibus brachium vice vtuntur, possint etiam procul dissitos affligere. Potest & ad tempus referri, quòd reges etiam si diutiùs dissimulant; soleant tamen aliquando pœnam sumere de ijs, quibus infensi fuerint, vel Homero teste Iliad. α. Non enim desunt regibus manus & pedes quamplurimi fortassis ne ventres quidem. Vide cuiusmodi portentum sit tyrannus, & quàm formidandum, tot oculis, ijsq; emissitijs, tot auribus, ijsq; tam asininis ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot ventribus, ne reliqua parum honesta commemorem instructum. Plura annotauimus in Luc. de Mercede cond. & aduersus indoctum. f Titanibus illis Briareo.] *De Briareo illud apud Hesiod. legitur, qui Celi & Terræ filios facit Cottum, Briareum & Gygen. centenis singulos manibus,*

quin-

quinquagenis capitibus metuendos: de quibus Apollodorus in Bibliotheca hæc, Benedicto Aegio Spoletino interprete, Celus primus orbis vniuersi imperio præfuit, qui ducta vxore Tellure priores ex ea filios sustulit, quos Centimanos appellarunt, Briareum, Gyan ac Cœum Homerus fabulæ addit ab immortalibus Briareum appellatum, à mortalibus verò Aegæonem, Iliad. a. Cœus apud Hesiod. νοητὸς dicitur. Hi multa bella contra Saturni filios gesserunt: tandem debellati, ad inferos præcipites dati sunt. g Echo nympham.] Ea cùm antea esset garrula, à Iunone hac pœna affecta dicitur, vt iam muta sit, neque vllam vocem prior edere posit: verùm hoc ipsi relictum est, vt vltimas voces auditas iterare vel repetere possit. Vide annotationem nostram ad Luciani epigramma de Echo & Pane. h Citra iudicium.] Augustus post Solonem & Platonem 9. de legib. tulit legem Iuliam, gladioque iussit in adulteros animadverti. Valerius Publicola aliam tulit, qua neminem licebat indicta causa necare. i Primùm adulterum.] Licuit olim iure ciuili, deprehensum & deprehensam in adulterio impunè interficere, quod hodie non licet, vt docuit Iulianus Aurelius, in 2. Sermonum Horatij. k Monarchia.] Tres formæ sunt Reipublicarum: μοναρχία, ὀλιγαρχία, δημοκρατία. Hic vò vò Erasmus ponit discrimen inter Monarchiam tyrannorum & regum. Monarchia quippe dicitur vnius principatus, Oligarchia paucorum, Democratia populis, non equidem plebis: quum populus & plebs differant, vt genus à specie, vt docet Iustinianus Institut. de iur. natur. gent. & ciuili.

ΑΠΟΚΗ-

ΑΠΟΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΣ. *ABDICATVS*, Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

QVidam abdicatus artem medicinæ didicit. Patrem insania laborantem, reliquis medicis desperantibus, dato pharmaco cùm sanasset, denuò receptus est in familiam, posthæc nouercam insania correptam sanare iussus, abdicatur. Porrò genus orationis Iudiciale est: Status qualitatis. Sub hac enim & abdicationis causas Quintilianus ponit, quarum duas species facit: alteram criminis perfecti, & alteram imperfecti, ad quam & præsens causa hęc pertinet. Exordium maxima ex parte querela constat. Nam & de iniquitate patris conqueritur, qui se non secundum artem, sed ad prescriptum curare iubeat: & de ingratitudine, vt qui pro beneficio restitutæ sanitatis, eam sibi nunc gratiam referat, vt iterum abdicare cogitet. Hanc querelam personarum, suæ & nouercæ videlicet, conditionibus amplificat, inuidiæ paternæ accusationis etiam occurrens, à consueto & more patris: id quod statim ab initio facit. Exordium Propositio sequitur, cui Narrationem submittit: non tam exponendæ actionis gratia, quàm vt anteactam vitam suam, & beneficium in patrem collatum, iudicibus cõmendet. Confirmatio tribus locis consumitur: primo, quo ostendit non licere patri, vt in familiam receptum, denuò abdicet, à causa legis, & voluntate legislatoris: quod argumentum similitudine & fictionibus, seu προσωποποιΐαις amplificat. Secundo, quo iniquum esse docet, se tam bene meritum de patre, iterum abdicari, & pro præmio pœna affici. Hic locus variè amplificatur, ex qualitate beneficij, à conditione personæ, à difficultate & accidentibus artis, à natura & lege, *&c.* Postremo, neque causas abdicationis satis idoneas aut efficaces esse probat. Neque enim se quicquam peccasse, neque nunc cogi debere vt arte sua vbiuis vtatur: idq; exemplo reliquarum artium, & ob artis huius

ius conditionem & præstantiam. deinde ex sua persona, qui illam non impēsis patris, sed tum cùm à familia alienus esset, didicerit: alioqui etiam necessitatē quandā rei absurdam consecuturam esse. Deniq; non posse curari hunc morbum, quo loco multa de qualitate corporum, morborum & medicinæ in genere disputat: ostenditq;, etiamsi aliàs sanabilis hic morbus esset, in nouerca tamen suspicionis periculum sibi metuendum esse, si quid ipsum fallat, aut ars destituat. atq; ita orationem concludit, admonens patrem periculi superioris: in quod ne iterum periram & indignationem recidat, cauere ipsum iubet.

Ἀποκηρυχθείς ποτε ἰατρικὴν ἐξ ἀφελείας μανείσης τοῦ πατέρος, καὶ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένου, ἰασάμενος φαρμάκῳ δεινῷ, ἀνελήφθη αὖθις εἰς τὸ ἦθος. καὶ τοῦτο, μεμνημένος τῶν μυρίων κἀκείνων κακῶν, ἀποκηρύττεται.

OVκ ἀνὰ μὴ ταῦτα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐδὲ παράδοξα, ὑπὸ τοῦ παντὸς ἐν τῷ παρόντι γιγνόμενα, οὐδὲ νῦν πρῶτον τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται· ἀλλὰ πρόχειρος οὗτος ὁ νόμος αὐτῷ, καὶ συνήθως ἐπὶ τοῦτ' ἀφικνεῖται τὸ δικαστήριον. ἐκεῖνο δὲ καινότερόν νῦν συνέχω, ὅτι ἔγκλημά μοι ἴδιον οὐκ ἔχω, κινδυνεύω δὲ τιμωρίαν ὑποσχεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, ἃ μὲν πάντα δυνάται πάθοι τῷ δικαίως· οὔτι γ' ἑκούσῃ· ἂν ἀποτύχωμεν, βιαιοτάτην ἐκ πονηρίας, ἐκεῖθ' ὡς ἡ τέχνη δυνάται

HAud quaquam noua sunt hæc, Iudices, neq; miranda, quæ in præsentia facit pater, neque nunc primùm ad hunc irascitur modū: verùm hæc lex illi facilis est, & assueto ad hāc causā accedit. Verùm illud mihi nouo calamitatis genere accidit, & cū nullū proprium sit crimē, quod mihi possit imponi, tamen in periculū vocor ne pœnas dē artis nomine, nisi huic iubenti, p omnia parēre possit. Quæ q dē re quid fieri possit absurdius? v. ti curē ex præscripto, nō iam

νη δύναται, ἀλλ' ὡς πατὴρ βούλεται; Εβουλόμην μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν, καὶ τοιοῦτόν τι ἔχειν φάρμακον, ὃ μὴ μόνον τοὺς μεμηνότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους παύειν ἐδύνατο, ἵνα καὶ τὸ τοῦ πατρὸς νόσημα ἰασαίμην. νυνὶ δὲ τὰ μὲν τῆς μανίας αὐτῶν τέλεον πέπαυται, τὰ δὲ τῆς ὀργῆς μᾶλλον ἐπιτείνεται. καὶ τὸ δεινότατον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι σωφρονεῖ, κατ' ἐμοῦ δὲ τοῦ θεραπεύοντος μόνου μαίνεται. τὸν μὲν οὖν μισθὸν τῆς θεραπείας ὁρᾶτε οἷον ἀπολαμβάνω, ἀπεκηρυττόμενος ὑπ' αὐτοῦ πάλιν· καὶ τοῦ γένους ἀλλοτριούμενος δεύτερον, ὥσπερ δὲ τοῦτ' ἀναληφθεὶς πρὸς ὀλίγον, ἵν' ἀτιμότερος γένωμαι, πολλάκις ἐκπεσὼν ἧς οἰκίας. ἐγὼ δὲ, ἐν μὲν οἷς δυνατοῖς, οὐδὲν κεσυσθῆναι περιμένει, πρώην γοῦν ἄκλητος ἧκον ἐπὶ τὴν βοήθειαν. ὅταν δέ τι ᾖ τελέως

quatenus ars valeat, sed patris arbitratu. Quare optârim equidem vt medicorum ars eiusmodi quoque remedium aliquod haberet, quòd non modò laborantes insania, verumetiam præter æquum irascentes liberare possit, nimirum quò liceat & patris iracundiæ mederi. Nunc autem ipsa quidem insania leuatus est, cæterùm iracundia magis etiam exasperatur. Quodque est omnium grauissimum, erga cæteros omneis sanus est, in me vnum insanit: à quo, morbo fuit liberatus. Videtis igitur cuiusmodi mercedem curationis feram, cùm rursum ab illo abdicor, iterum alienor à familia, ceu ob id ipsum ad breue tempus receptus, vt maiore infamia sæpiùs eijcerer domo. At ego quidem in his quæ præstare queam, ne expecto quidem patris iussum, vt qui pridem non accersitus ad opitulandum accesserim. Verùm vbi

τελέως ἀπεγνωσμένον, οὐδ' ἐπιχειρεῖν βούλομαι· ἐπὶ δὲ τῆς γυναικὸς ταύτης εἰκότως καὶ ἀτολμότερός εἰμι· λογίζομαι γὰρ, οἷα πάθοιμ' ἂν ἐπὸ τοῦ πατρὸς, ἀπρτυχὼν, ὃς οὐδ' ἀρξαίμενος τῆς θεραπείας, ἀπρκηρύττομαι. ἄχθομαι μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐπὶ τῇ μητρυιᾷ, χαλεπῶς ἐχούσῃ, χρηστὴ γὰρ ἦν· καὶ ἐπὶ τῷ πατρὶ δὶ ἐκείνην ἀνιωμένῳ· τὸ δὲ μέγιστον, ἐπ' ἐμαυτῷ ἀπειθεῖν δοκοῦντι, καὶ ἃ πρεσταίτομαι, ἐπουργεῖν οὐ δυναμένῳ, καὶ δι' ὑπερβολὴν τῆς νόσου, καὶ ἀσθένειαν τῆς τέχνης. πλὴν οὐ δίκαιον οἶμαι, ἀπρκηρύττεσθαι τὸν, ἃ μὴ δύναται ποιεῖν, μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπισχνούμενον. δι' ἃς δὴ οὖν αἰτίας καὶ πρότερον ἀπεκήρυξέ με, ῥᾴδιον συνιδεῖν ἐκ τῶν πρόντων· ἐγὼ δὲ καὶ πρὸς ἐκείνας μὲν, ὡς οἴομαι, ἱκανῶς τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ ἀπελογησάμην καὶ ταυτὶ δὲ, ἃ νῦν ἐγκαλεῖ, ὡς

vbi res est eiusmodi, vt nulla omnino spes sit, tum nec aggredi velim. Porrò in hac muliere multò etiam minus ausim, neque id temeré. Siquidem reputo quæ in me facturus sit pater, si res non successerit, cùm iam abdicet nondum aggressum curationem. Quare doleo, Iudices, nouercæ vicem, grauiter laborantis. erat enim proba. Deinde patris nomine, quem huius morbus excruciat. Maximè tamen mei ipsius causa, qui videar immorigerus patri, cùm non possim quæ iubeor præstare, partim ob morbi magnitudinem, partim ob artis imbecillitatem. At sanè non arbitror æquum esse vt abdicer, si quod efficere non queam, id ne recipiam quidem. Itaque quibus de causis prius abdicârit me, facilè fuerit ex hoc negocio conijcere. Quanquam ad illas, opinor, satis respondi ipsa pòst acta vita. Ad hæc autem quæ nunc obijcit,

ὡς ἂν οἷός τε ὦ, ἀπολογήσομαι, μικρὰ ὑμῖν δικηγησάμενος τῶν ἐμῶν. ὁ γὰρ δυσάγωγος καὶ δυσπειθὴς ἐγὼ, ὁ καταισχύνων τὸν πατέρα, καὶ ἀναξία πράττων τοῦ γένους, τότε μὲν αὐτῶν, τὰ πολλὰ ἐκεῖνα βοῶντι, καὶ διατεινομένῳ, ὀλίγα χρῆναι ἀντιλέγειν ᾠόμην. ἀπελθὼν δὲ τῆς οἰκίας, ἐνόμιζόν μοι δικαστήριον ἔσεσθαι μέγα, καὶ ψῆφον ἀληθῆ, τὸν μετὰ ταῦτα βίον, καὶ τὸ φαίνεσθαι πάμπολυ τῶν τοῦ πατρὸς ἐγκλήματων ἐκείνων ἀφεστηκότα, καὶ περὶ τὰ καλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐσπουδακότα, καὶ τοῖς ἀρίστοις συνόντα. πρεωρώμην δὲ καὶ τοιοῦτόν τι, καὶ ἐπώπτευον, μὴ δὴ, ὡς οὐ σφόδρα καθεστηκότος πατρὸς, ἀδίκως ὀργίζεσθαι, καὶ ἐγκλήματα ψευδῆ καθ' ἡμοῦ συντιθέναι. καὶ ἦσάν τινες, οἱ μανίας ἀρχὴν ταῦτ' εἶναι νομίζοντες, καὶ ἀπειλὴν καὶ ἀκροβολισμὸν, οὐκ ἐς μακρὰν ἐπιπεσουμένου τοῦ κα-

pro virili sum responsurus, si prius de statu meo pauca vobis exposuero. Ego intractabilis ille, & immorigerus, patrem dedecorans, & indigna genere meo patrans, id quidem temporis multa id genus vociferanti, ac sine fine occlamanti, paucis contrà dicendum esse duxi: Verùm domo cedens, existimaui mihi grauissimi iudicij instar fore, verumq; calculum, ita actam deinde vitam vt appareret me à paternis illis criminibus quàm longissimè abesse, sed potius honestissimis studijs dedisse operam, cúmque optimis viris habuisse consuetudinem. Iam verò & eiusmodi quiddam prospiciebam, ac suspicabar fore, vt aliquando pater, qui non admodum animo constaret, mihi sine causa succenseret, falsâque in filium crimina strueret. Neque deerant qui ista morbi initium interpretarentur, minâsque ac tela paulò pòst irruituri mali, nempe

κακοῦ, μῖσος ἄλογον, καὶ νόμον ἀπηνῆ, καὶ βλασφημίας προχείρους; καὶ δικαστήριον σκυθρωπὸν, καὶ βοὴν καὶ ὀργὴν καὶ ὅλως χολῆς μεστὰ παντα· διὸ δὴ ταχα μοι καὶ ἰατρικῆς δεήσειν ποτὲ πεσεδόκων. ἀποδημήσας οὖν, καὶ τοῖς εὐδοκιμωτάτοις τῶν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἰατρῶν συγγενόμενος, καὶ πόνῳ πολλῷ καὶ πεθυμίᾳ λιπρεῖ χρησάμενος, ἐξέμαθον τὴν τέχνην. ἐπανελθὼν δὲ, καταλαμβάνω τὴν πατέρα σαφῶς ἤδη με μηνότα, καὶ ἐπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον, οὐκ ἐς βάθος ὁρώντων, οὐδ' ἀκριβῶς φιλοκεινούντων τὰς νόσους. πλὴν ὅπερ γε εἰκὸς ἦν ποιεῖν χρηστὸν ἡγὸν, οὔτε ἐμνησικάκησα τῆς ἀπρηρυξέως, οὔτε μετάπεμπτος γενέσθαι περιέμεινα· οὐδὲ γὰρ εἶχόν τι αὐτῷ ἴδιον ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ παντα ἐκεῖνα ἦν ἀλλότρια τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ὥσπερ ἔφην ἤδη, τῆς νόσου. πρελθὼν οὖν ἄκλητος,

nempe odium absque causa, mores asperos, conuicia parata, censuram seueram, clamorem, iracundiam, in summa, omnia plena bilis: vnde vsu venturum credebam., vt mihi aliquando arte medicinæ foret opus. Proinde foràs profectus, ac probatissimorum, quos in peregrinis regionibus nancisci potui, medicorum vsus doctrina, plurimo labore, vehementiq; animi studio artem perdidici. Porrò domum reuersus, offendo patrem manifesta iam insania laborantem, & ab huius loci medicis desperantibus destitutum, qui non altiùs introspiciunt, nec admodum exactè morbos dijudicant. At ego sanè, sicuti par erat facere frugi filium, neque superioris abdicationis iniuriam recordabar, neque vt accerserer operiebar. Neque enim erat quicquam quod illi propriè imputare possem, verùm peccata illa omnia fuerant aliena: nempe quemadmodum modò dicebam, ipsius morbi. Ergo cùm inuocasus accessissem, non sum

ἄκλητος, οὐκ εὐθὺς, ἰασαμὴν· οὐ γὰρ οὕτω ποιεῖν ἔθος ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ ταῦτα ἡ τέχνη πρᾶγμα, ἀλλὰ πάντων πρῶτον διδασκόμεθα συνορᾶν, εἴ τε ἰάσιμόν ἐστι τὸ νόσημα, εἴτ' ἀνήκεστον, καὶ ὑπερβεβηκὸς τοὺς ὅρους τῆς τέχνης. καὶ τὴν ἱκαῦτα, ἢν μὲν εὐμεταχείριστον ᾖ, ἐπιχειροῦμεν, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐσφρόμεθα σῶσαι τὸν νοσοῦντα· ἢν δὲ κεκρατηκὸς ἤδη, καὶ νενικηκὸς τὸ πάθος ἴδωμεν, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσπτόμεθα, νόμον τινὰ παλαιὸν τῶν πρωτοτόρων τῆς τέχνης ἰατρῶν φυλάττοντες, οἵ φασι μὴ δεῖν ἐπιχειρεῖν τοῖς κεκρατημένοις. ἰδὼ οὖν τὴν πατέρα ἔτι ἐντὸς τῆς ἐλπίδος, καὶ τὸ πάθος οὐχ ὑπὲρ τὴν τέχνην, ἐπιπολὺ τηρήσας καὶ ἀκριβῶς ἐξετάσας ἕκαστον, ἐπεχείρουν ἤδη, καὶ τὸ φάρμακον τεθαρρηκότως ἐνέχεον. καί τοι πολλοὶ τῶν πρόντων ὑπόπτευον τὴν δόσιν, καὶ τὴν

equidem protinus medicatus. neque enim hic nobis mos est, neque id præcipit ars, verùm illud omnium primum iubemur obseruare, sanabilisne sit morbus, an insanabilis, atque artis terminos prætergressus. Ac tum si eiusmodi fuerit malum vt commodè possimus aggredi, aggredimur, totoque adnitimur studio vt ægrotum seruemus. Quòd si viderimus iam inualuisse, superasséque, nec manum admolimur omnino, idque vetustam quandam legem eorum qui primi medicinæ prodiderunt artem, secuti: qui negant tentandos esse morbos qui iam inualuerunt. Itaque cùm patrem adhuc intra spem esse perspicerem, neque malum supra artis vires esse, diu obseruatis ac pensitatis singulis: ita demum aggrediebar, ac pharmacum fidenti animo porrexi. Multi sanè eorum qui tum aderant, suspectam habebant administrationem pharmaci,

τὴν ἴασιν διέβαλλον, καὶ πρὸς κατηγορίας πρεσκευάζοντο. πρῶτον δὲ καὶ ἡ μητρυιὰ, φοβουμένη καὶ ἀπιστοῦσα, οὐ τοῦ μισεῖν ἐμὲ, ἀλλὰ τοῦ δεδιέναι, καὶ ἀκριβῶς εἰδέναι πονήρως ἐκεῖνον διακείμενον· ἠπίστατο γὰρ μόνη τὰ πάντα σωνοῦσα, καὶ ὁμοδίαιτος τῇ νόσῳ. πλὴν ἀλλ' ἔγωγε οὐδὲν ἀπρδειλιάσας (ἠπισταμὴν γὰρ οὐ ψευσόμενά μετὰ σημεῖα, οὐδὲ πρόδωσον τὴν τέχνην) ἐπῆγον τὴν ἴασιν ἐν καιρῷ τῆς ἐπιχειρήσεως. καί τοι κἀμοί τινες τῶν φίλων συνεβούλευον, μὴ θρασύνεσθαι, μὴ καὶ διαβολήν τινα μείζω ἐνέγκῃ μοι τὸ ἀπρτυχεῖν, ὡς ἀμυνομένῳ τὸν πατέρα φαρμάκῳ, καὶ μνησικακήσαντι ὧν ἐπεπόνθειν ὑπ' αὐτοῦ. καὶ τὸ κεφάλαιον, σῶος μὲν οὗτος εὐθὺς ἦν, καὶ ἐσωφρόνει πάλιν, καὶ πάντα διεγίγνωσκεν. οἱ παρόντες δὲ ἐθαύμαζον· ἐπῄνει δὲ καὶ ἡ μητρυιὰ, καὶ φανερὰ πᾶσιν ἦν χαίρουσα, κἀμοὶ

ci, calumniantes curationem meam: iámque parabant in ius vocare me. Aderat autem & nouerca pauida atque diffidens, non id quidem odio mei, sed quòd metueret, vtpote probè sciens illum grauiter laborare. Nam sola nouerat omnia quippe familiaris & assiduè conuiuens ægrotanti. Attamen ego nihil his rebus deterritus (sciebam enim futurum vt mihi signa non mentirentur, neque falleret ars) adhibui curam, obseruato tempore idoneo. Quanquam erant amici non nulli, qui mihi consilium darent ne fiderem, ne fortè si res malè successisset, maiorem aliquam calumniam mihi accerserem, quasi patrem veneno vltus essem, memor iniuriarum quibus me affecerat. In summa, ille protinus conualuit, pristinæ redditus sanitati: cognouítque omnia. Familiares admirabatur: denique laudabat & nouerca, ac palàm omnibus vtriusq; nomine gaudebat, tum mihi laudem assecuto,

λαμοὶ ἀνθρωπίνοις τι, καὶ κάτω σωφρονίσι. οὔτ' ἂν οὖν (μαρτυρῆσαι γὰρ αὐτῷ ἔχω) μήτε μεληθείς, μήτε συμβούλου τινὰ περὶ τούτων προσλαβών, ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα ἤκουσε τῶν πρόσθεν, ἔλυσε μὲν τὴν ἀπόρρησιν, υἱὸν δὲ ἐξ ὑπαρχῆς ἐποιήσατό με, σωτῆρα καὶ ἀνδρικώτατον ἀπάντων, ἀκριβῆ πάντων ἐπιμαρτύρομαι ὁμολογῶν, καὶ περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐλέγχων ἀπολογούμενος. Τοῦτο γὰρ ἦν ὄφελος ἐκείνοις μὲν πολλοὺς, ὅσοι παρῆσαν χαίροντες ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκούσασιν, ὧν ἡ ἀπόρρησις ἡδονὴ ἀνελύθη. εἶδον γοῦν τότε οὐ πάντας ὁμοίως ἡδομένους τῷ πράγματι, ἀλλ' ἦν τις καὶ χρὰ πρόσωπον μεμιγμένον, καὶ πρόσωπον ἠργισμένον, οἷον ἐκ φθόνου καὶ μίσους γίγνεται. ἡμᾶς μὲν οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐν εὐφροσύναις καὶ θυμηδίαις ἦμεν, ἀπόνους ἀπαλγήτους. ἡ μὲν

tum illi ad sanam mentem reuersō. Atque hic quidem (nam illud de eo testari possum) neque contatus, neque quopiam his de rebus in consilium adhibito, simulatq; rem omnem è familiaribus cognouit: irritam fecit abdicationem, ac denuò me filium fecit, seruatorem ac beneficum appellans, confitens sese certum experimentum mei cepisse, deq; illis antè factis semet excusans. Id factum compluribus attulit voluptatem, nimirum quotquot aderant probi. Cæterùm videbam eos, quibus abdicatio filij iucundior fuerat reuocatione. Proinde videbam tum non eodem modo ea re gaudentes omnes, sed erat cuius & colorem illicò verti sensi, & oculos turbari, & vultum iracundum, quemadmodum ex inuidia odióque solet accidere. Nos igitur, vt est consentaneum, in complexibus & animi gaudijs versabamus, vtpote vtroque alteri reddito.

Cæterùm

ἡ μητρυιὰ δὲ μετὰ μικρὸν εὐθὺς νοσεῖν ἤρξατο, νόσον, ὦ, ἄνδρες δικασταῖ, χαλεπὴν καὶ παράλογον. ἀρχόμενον γὰρ εὐθὺς τὸ δεινὸν παρεφύλαξα. οὐ γὰρ ἁπλοῦν, οὐδ' ἐπιπόλαιον τῆς μανίας τὸ εἶδος, ἀλλά τι παλαιὸν ἐποικουροῦν ἐν τῇ ψυχῇ κακὸν ἀπέῤῥηξε, καὶ ἐς τοὐμφανὲς ἐξενίκησε. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἡμῖν ἐστι σημεῖα τῶν ἀνιάτως μεμηνότων. ἐν δὲ ἐκεῖνο κοινὸν ἐπὶ τῆς γυναικὸς ταύτης παρεφύλαξα. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς ἄλλους ἡμερωτέρα, καὶ πραεῖά ἐστι, καὶ παρόντων, εἰρήνην ἄγει ἡ νόσος. ἂν δέ τινα ἰατρὸν ἴδῃ, καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνον, κατ' ἐκείνου μάλιστα παροξύνεται, ὅπερ καὶ αὐτὸ, τοῦτο, τοῦ πονήρως καὶ ἀνηκέστως ἔχειν ἐστὶ τεκμήριον. ταῦθ' ὁρῶν, ἐγὼ μὲν ἠκιώμην, καὶ τὴν γυναῖκα ᾤκτειρα, ἀξίαν οὖσαν, καὶ παρὰ τὸ προσῆκον δυστυχοῦσαν· ὁ πατὴρ δὲ ἐπὸ ἰδιωτείας

Cæterùm nouerca paulò pòst ægrotare protinus cœpit, morbo, Iudices, graui & impotenti. Nam statim obseruabam vt nascebatur malum. Neque enim simplex erat, aut leuis insaniæ species: quin potius vetus quidam morbus, qui iam pridem delituerat in animi domicilio, erupit, victorq; in apertum prodijt. Sunt autem nobis cùm alia multa signa insanabili laborantis insania, tum illud commune in hac obseruaui muliere. In cæteros placatior est ac mitis, atque illis præsentibus conquiescit morbus: quòd si quem conspexerit medicum, imò si vel audierit tantùm de medico, in hunc supra modum incenditur. Quod & ipsum argumento est, illam graui & insanibili teneri malo. Hæc cùm perspicerem, equidem acerbè ferebam, miserabarq; mulieris, vt debui, præter meritum tanto laborantis infortunio. Pater verò ob imperi-

τέας (οὐ γὰρ οἶδεν οὔτε ἀρχὴν τοῦ κατέχοντος κακοῦ, οὔτε πόθεν ἀτίαν, οὔτε τὸ μέγεθος τοῦ πάθους) ἐκέλευεν ἰᾶσθαι, καὶ τὸ ὅμοιον ἐγχέαι φάρμακον. ὥιετο γὰρ ἓν εἶναι μανίας εἶδος, καὶ μίαν τὴν νόσον, καὶ ταὐτὸν πάθος, καὶ παραπλησίαν τὴν θεραπείαν δεχόμενον. ἐπεὶ δέ, ὅπερ ἀληθέστατον, ἀδύνατον εἶναί φημι σώζεσθαι τὴν γυναῖκα, καὶ ὑπομένειν ἀπὸ τῆς νόσου ὁμολογῶ, ἀγανακτεῖ, καὶ ὀργίζεται, καὶ φησὶν ἐκόντα κακῶς ἀπόλλυσθαι, καὶ πολλὰ λοιδορεῖσθαι τὴν ἄνθρωπον, ἐγκαλῶν ἐμοὶ τὴν ἀσθένειαν τῆς τέχνης. καὶ πάσχει μὲν σύνηθες τοῖς λυπουμένοις, ὀργίζονται γοῦν ἅπαντες τοῖς μετὰ παῤῥησίας ἀληθῆ λέγουσι· πλὴν ἔγωγε, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, ἀπολογήσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ τῆς τέχνης. καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τοῦ νόμου ἄρξομαι, καθ' ὃν οὗτός με ἀφ-

tiam, (neque enim nouit vel originem mali quo tenetur, vel causam, vel morbi magnitudinem) iussit vti medicarer, ac simile pharmacum exhiberem: arbitratus idem esse insaniæ genus, eundem morbum, eandem ægrotationem, quæ similem curandi rationem admitteret. Verùm vbi, id quod erat verisimum, dico fieri nullo pacto posse vt mulier seruetur, fatéorque me morbo imparem esse: indignatur ac succenset, aitque me studio detrectare, ac mulierem destituere, mihi crimini vertens artis imbecillitatem. Atque huic quidem accidit, quod solet ijs qui dolent. & Succensent enim omnes ijs, qui liberè verum loquuntur. Tamen ego sanè pro viribus illi respondebo, tum meo ipsius nomine, tum artis. At primùm quidem à lege sumam initium, per quam hic me paratum abdi-

ἀπκηρύξαι βούλεται, ἵν' εἰδῇ, οὐκ ἔθ' ὁμοίαν οὖσαν αὐτῶν, νῦν τε καὶ πρότερον, τὴν ἐξουσίαν. οὐ γὰρ ἅπασιν, ὦ πάτερ, ὁ νομοθέτης, οὐδὲ πάντας ἡέας, οὐδὲ ὁσάκις ἂν ἐθέλωσιν, ἀπκηρύττειν συγκεχώρηκεν, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις· ἀλλ' ὥσπερ τοῖς πατράσι τὰ τηλικαῦτα ὀργίζεσθαι ἐφῆκεν, οὕτω καὶ τῶν παίδων πεὐνόησεν, ὡς μὴ ἀδίκως αὐτὸ πάσχωσι. καὶ δὰ τοῦτο οὐκ ἐλευθέραν ἔφη γίγνεσθαι, οὐδ' ἄκειτον τὴν τιμωρίαν, ἀλλεὶς δικαστήριον ἐκάλεσε, καὶ δοκιμαστὰς ἐκάθισε τοὺς μήτε πεὸς ὀργὴν, μήτε δαβολὴν τὸ δίκαιον ἠρινοῦντας. ἤδει γὰρ πολλοῖς πολλάκις ἀλόγους αἰτίας ὀργῆς παρισαμένας, καὶ τὸν μὲν ψευδεῖ τινι δαβολῇ πειθόμενον, τὸν δὲ οἰκέτῃ πιστεύοντα ἢ γυναίῳ ἐχθρῷ. οὐκ οὖν ἡγεῖτο ἀδίκαστον γίγνεσθαι τὸ πρᾶγμα, οὐδ' ἐξ ἐρήμης τοὺς

abdicare: vt intelligat, sibi non esse posthac eandem abdicandi facultatem, quæ priùs fuit. Neque enim legislator omnibus, ô pater, istam potestatem permittit: neque uti quoslibet filios, neque quoties libuerit, abdicent: neque quibuslibet de causis. Verùm quemadmodum patribus concessit certis de causis irasci: ita prospexit & liberis, ne id immerentibus accidat. Eáque gratia iussit, ne libera esset, ac citra iudicium, vindicta: sed ad iudices vocat, æstimatores constituit, qui neque per iracundiam, neque per calumniam, quod iustum sit iudicent. Nouerat enim frequenter accidere multis, vt ob causas iniquas ad iram commouerentur: hic quidem alicui falsæ calumniæ credens, ille famulo fidem habens, aut vxori cuipiam inimicæ. Quare noluit rem iniudicatam agi, neque indefensa

causa

τὸς παῖδας εὐθὺς ἁλίσκεσθαι, ἀπὸ καὶ ὕδωρ ἐγχεῖται, καὶ λόγος ἀπόδοται, καὶ ἀνεξέτασον οὐδὲν καταλείπεται· ἐπεὶ τίνων ἔξεστι, καὶ τοῦ μὲν ἐγκαλεῖν μόνου ὁ πατὴρ κύριος, τοῦ κρῖναι δὲ, εἰ εὔλογα αἰτιᾶται, ὑμεῖς οἱ δικάζοντες. αὐτὸ μὲν, ὅ μοι ἐπιφέρει, καὶ ἐφ' ὧ νῦν ἀγανακτεῖ, μηδέπω σκοπεῖτε. πρότερον δ' ἐκεῖνο ἐξετάσατε, εἰ ἔτι δοτέον ἀποκηρύττειν αὐτῷ, ἅπαξ ἀποκηρύξαντι, χρησαμένῳ τῇ παρὰ τοῦ νόμου ἐξουσίᾳ, καὶ ἀποπληρώσαντι τὴν πατρικὴν ταύτην δυνασείαν, εἶτ' αὖθις ἀναλαβόντι, καὶ λύσαντι τὴν ἀποκήρυξιν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀδικώτατον εἶναί φημι τὸ τοιοῦτον ἀπεράντους γενέσθαι τῶν παίδων τὰς τιμωρίας, καὶ πολλὰς τὰς καταδίκας, καὶ τὸν φόβον ἀΐδιον, καὶ τὸν νόμον ἄρτι μὲν συνοργίζεσθαι, μετὰ μικρὸν δὲ λύεσθαι, καὶ πάλιν ὁμοίως ἰσχυρὸν εἶναι, καὶ ὅλως, ἄνω καὶ κάτω στρέφεσθαι τὰ δίκαια.

causa liberos statim capi, vinciquè: verùm & aquam infundit, & ratio redditur, & nihil inexcussum relinquitur: quandoquidem solùm hoc auctoritatis datur patri, vt ad iudices vocet: verùm iudicandi auctoritas, an meritò accuset, id penes vos, qui iudicio præsidetis. Ac nondum spectate crimen quod mihi imponit, cuiusq; gratia nunc indignatur: verùm illud prius expendite, num posthac illi ius sit abdicandi, qui semel abdicauerit, iamq; sit vsus facultate, quam lex concedit, atque hanc [b] paternam potestatem expleuerit, deinde rursum in familiam receperit, ac superiorem abdicationem irritam fecerit. Nam ego certè iniquissimum istud esse dico, vt liberorum quoque sint infinitæ pœnæ, vt multæ condemnationes, ac metus perpetuus: vtque lex nunc irato inseruiat, mox deinde faciat irritum quod actum est: rursum

πρὸς τὸ ἐπὶ καιροῦ δοκοῦν τοῖς πατράσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον, ἄξιον ἐφίεναι, καὶ ἀγανακτοῦντι συναγανακτεῖν, καὶ κύριον τῆς τιμωρίας ποιεῖν τὸν γεγεννηκότα. ἢν δ' ἅπαξ ἀναλώσῃ τὴν ἐξουσίαν, καὶ καταχρήσηται τῷ νόμῳ, καὶ ἐμπλησθῇ τῆς ὀργῆς, εἶτα μετὰ ταῦτα ἀναλάβῃ, χρηστὸν εἶναι μεταπεισθείς. ἐπὶ τούτων ἀνάγκη μὲν μένειν, καὶ μηκέτι μεταπηδᾶν, μηδὲ μεταβουλεύεσθαι, μηδὲ μεταποιεῖν τὴν κρίσιν. τοῦ μὲν γὰρ τὸν γεννηθέντα, πονηρὸν ἢ χρηστὸν ἀπρβήσεσθαι οὐδὲν, οἶμαι, γνώρισμα ἦν. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἀναξίους τοῦ γένους παραιτεῖσθαι συγκεχώρηται, τοῖς ὅτε ἠγνόουν ἀνατρεψαμένοις. ὅταν δὲ μὴ κατ' ἀνάγκην, ἀλλ' ὑπ' ἐξουσίας, αὐτός τις ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ δοκιμάσας ἀναλάβῃ, τίς ἔτι μηχανὴ μεταβάλλεσθαι,

sum vt eodem modo valeat. In summa, vt ius sursum ac deorsum torqueatur, vtcunque patribus pro tempore visum fuerit. Verùm initiò quidem æquum erat vti concederet, cumq; indignante pariter indignaretur, ac puniendi ius faceret ei qui genuisset. Porrò vbi semel potestatem absumpserit, ac lege sit abusus, iracundiam expleuerit, post hæc rursum in familiam receperit, & in hanc opinionem discesserit, vt frugi putet: in his perseueret necessum est, neque postea resiliendum, aut retractanda sententia, neque rescindendum iudicium. Neque enim scire poterat, opinor, is qui natus fuerat, frugine, an contrà esset euasurus. Atque hanc ob causam permissum est vt genere indignos abdicent, quos cùm educabant, cuiusmodi essent futuri, nesciebant. Cæterùm vbi non coactus, sed suapte sponte atque auctoritate ex sese comprobatum recipit, qua deinde ratione possit mutare

σθαι, ἢ τίς ἔτι χρῆσις ὑπόλοιπος τοῦ νόμου; φάγη γὰρ ἄν πως σὲ ὁ νομοθέτης, ἀ πονηρὸς οὗτος ὢν, καὶ τοῦ ἀπκηρυχθῆναι ἄξιος, τί παθὼν ἀνεκάλεσας, τί δ' αὖθις ἐπανῆγες εἰς τὴν οἰκίαν; τί δ' ἔλυες τὸν νόμον; ἐπλάθετο γὰρ ἅθα, καὶ τοῦ μὴ ποιεῖν ταῦτα λύει. Οὐ γὰρ δὴ ἐνῆρχέν σοι λοιπὸν τοῖς νόμοις, οὐδὲ πρὸς τὰς σὰς μεταβολὰς ἀνάγεσθαι τὰ δικαστήρια, οὐδ' ἄρτι μὲν λύεσθαι, ἄρτι δὲ ἰσχύοντας ἔᾶν τοὺς νόμους, καὶ τοὺς δικαστὰς καθῆσθαι μάρτυρας, μᾶλλον δὲ ὑπηρέτας τῶν σοι δοκούντων, ὁτὲ μὲ κολάζοντας, ὁτὲ δὲ ἀφιέντας, ὁπόταν σοι δοκῇ. ἅπαξ γεγάμηκας, ἅπαξ ἀνατέτροφας, ἅπαξ καὶ τὸ ἀπκηρύττειν ἀντὶ τούτων ἔχεις. καὶ τότε, τότε μὲν, ἂν δικαίως αὐτὸ ποιῇν δοκῇς· τὸ δ' ἄπαυστον τοῦτο, καὶ

mutare factum, aut quis legis vsus supereſt? Etenim ipſe legislator hunc ad modum tecum egerit: Hic ſi improbus erat, dignusq; quem abdicares, quid accidit vti reuocares? Cur denuò in familiam reduxiſti? Cur legem irritam feciſti? Nam liber eras, tibiq; in manu erat iſta non facere. Neque enim tibi concedendum eſt, vt legibus tuo arbitratu abutaris, vt'que iudicia, vtcunque mutatus ſit animus tuus eò trahantur. Neque vti nunc irritentur leges, nunc rurſum valeant, iudices, interim teſtes ſedeant, vel vt rectiùs dicam miniſtri tuæ voluntatis, modò punientes, modò abſoluentes, quandocunque tibi viſum fuerit. Semel genuiſti, ſemel educâſti: pro his ſemel item abdicare potes: atque ita potes, ſi iſtud meritò facere videaris: verùm vt hoc fiat ſine fine, vt perpetuò, vt frequen-

καὶ ἀΐδιον καὶ πολὺ καὶ ῥᾴδιον, μεῖζον ἤδη τοῦς πατρικοῦς ἐστιν ἐξουσίας. μὴ δὴ πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, συγχωρήσητε αὐτῷ ἑκούσιον τὴν ἀνάλυψιν πεποιημένῳ, καὶ λύσαντι τὴν γνῶσιν τοῦ πάλαι δικαστηρίου, καὶ ἀκυρώσαντι τὴν ὀργὴν, αὖθις ἐπὶ τὴν αὐτὴν τιμωρίαν ἀνακαλεῖν, καὶ ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν πατρικὴν ἀνατρέχειν, ἧς ἔξωρος ἤδη, καὶ ἕωλος ἡ πρεσμία καὶ μόνῳ τούτῳ ἄκυρος, καὶ πρεδεδαπανημένη. ὁρᾶτε γὰρ που καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις, ὡς ἀπὸ μὲν τῶν ἀλήρῳ λαχόντων δικαστῶν, ἢν τις ἄδικον οἴηται γεγενῆσθαι τὴν ἀρίσιν, δίδωσιν ὁ νόμος ἐς ἕτερον ἐφεῖναι δικαστήριον. ἢν δέ τινες ἑκόντες αὐτοὶ συνθῶνται δικαστὰς, καὶ πρελόμενοι ἐπιτρέψωσι διαιτᾶν, οὐκ ἔτι. οἷς γὰρ ἐξῆν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐμμένειν, εἰ τούτους τις αὐθαίρετος εἵλετο, στέργειν ἐστὶ δίκαιος τοῖς ἐγνωσμένοις,

frequenter, vt facilè, id verò supra patris ius est. Quare per Iouem, iudices, ne permittatis huic, vt qui sua sponte receperit, superioris iudicij sententiam irritârit, iram damnârit, rursum ad eandem prouocet pœnam, & ad patriam recurrat potestatem, cuius tempus iam excessit, euanuitque priuilegium, nec huic vni quicquam valens, quippe antehac consumpta. Etenim illud considerate, quemadmodum in reliquis iudicijs, vbi iudices sortibus ferunt sententiam: si quis perperam pronunciatum existimat, permittitur alios adire iudices. Porrò si qui ipsi suapte sponte iudices constituerint, delectisq; arbitris causam commiserint, posthac non idem licet. Etenim si quis, quorum sententijs initiò stare nõ cogebatur, hos spontè delegerit, iam æquum est boni consulere, quæ statuerint.

Itidem

οὕτω δὴ καὶ σύ, ὃν ἐξῆν μη-
κέτ' ἀναλαμβάνειν, εἰ μὴ ἂν
ἄξιος ἐδόκει τοῦ γένους. τοῦ-
τον, εἰ χρηστὸν ἡγησάμενος
εἶναι, πάλιν ἀνήλειφας, οὐκ
ἔτ' ἀπεκηρύττειν ἕξεις. ὅτι
γὰρ οὐκ ἄξιος αὖθις παθεῖν
ταῦτα, ὑπ' αὐτοῦ σοῦ με-
μαρτύρηται, καὶ χρηστὸς ἤ-
δη ἀνωμολόγηται. ἀμετα-
νόητον οὖν τὴν ἀνάληψιν,
καὶ τὴν διαλλαγὴν βέβαιον
εἶναι προσήκει μετὰ κρίσιν ὅ-
τω πολλὴν, καὶ δύο δικαστή-
ρια, ἓν μὲν τὸ πρῶτον, ἐφ' οὗ
παρητήσω· δεύτερον δὲ τὸ
σὸν ὅτε μετεβουλεύσω, καὶ
ἀνάθεσον ἐποίησας, τὰ πρό-
τερον ἐγνωμένα λύσας,
βεβαῖοις τὰ μετ' ἐκεῖνα βε-
βουλευμένα. μένε τοίνυν
ἐπὶ τῶν τελευταίων, καὶ φύ-
λαττε τὴν σαυτοῦ κρίσιν. πα-
τέρα σε εἶναι δεῖ, τοῦτο γὰρ ἔ-
δοξέ σοι· τοῦτ' ἐδοκίμασας,
τοῦτ' ἐκύρωσας. ἐγὼ μὲν
οὐδ' εἰ μὴ φύσει παῖς ἦν, θέ-
μενος δὲ, ἀπεκηρύττειν ἤθε-
λον, ἐξεῖναι ἂν σοι ᾠόμην.
ὃ γὰρ

Itidem sanè tu quoque, quem antea liberum erat non recipere, nisi dignus maioribus videretur, hunc si probum arbitratus esse, denuò recepisti, iam deinde non erit abdicandi ius. Siquidem indignum esse in quem ista denuò fiant, ipse testatus es, iam de integro frugi filium esse confessus. Itaque non conuenit pœnitere receptionis, sed firma reconciliatio sit oportet, nimirum post toties pronunciatam sententiam, ac rem bis iudicatam: primùm cùm abdicares: iterum, cùm ipse mutâsti consilium, meq; in familiam reuocâsti, rescissis decretis superioribus confirmant illa quæ postea sunt placita. Proinde perseuera in his quæ proximè statuisti, tuumq; ipsius iudicium serua. Pater sis oportet, quãdoquidem id abs te decretum, id probâsti, id ratum fecisti. Ego quidem si natura non essem filius, sed adoptatum abdicare velles, ne tum quidẽ existimârim tibi licere.

Quod

ὃ γὰρ τὴν ἀρχὴν ποιεῖν δυνατὸν ἦν, τοῦτ' ἄδικον λύειν ἅπαξ γενόμενον. τὸν δ' καὶ φύσει, καὶ αὖθις προαιρέσει καὶ γνώμῃ ἐσπεποιημένον, πῶς εὔλογον ἂν ἀπωθεῖσθαι, καὶ πολλάκις τῆς μιᾶς οἰκειότητος ἀπερεῖν; εἰ δ' οἰκέτης ὢν ἐτύγχανον, καὶ τὸ μὲν πρῶτον πονηρὸν οἰόμενος ἐπέδησας, μεταπεισθεὶς δὲ, ὡς οὐδὲν ἠδίκουν ἐλεύθερον ἀφῆκας εἶναι. ἆρ' ἄν σοι, πρὸς καιρὸν ὀργισθέντι, αὖθις ἐξῆν ἐς τὴν ὁμοίαν δουλείαν ἐπανάγειν; οὐδαμῶς· τὰ γὰρ τοιαῦτα, βέβαια, καὶ διὰ παντὸς κύρια ὑπάρχειν οἱ νόμοι ἀξιοῦσιν. ὑπὲρ μὲν οὖν τοῦ μηκέτ' ἐξεῖναι τούτῳ ἀπκηρύττειν, ὃν ἅπαξ ἀπκηρύξας, ἑκὼν ἀνέλαβεν, ἔτι πολλὰ εἰπεῖν ἔχων, ὅμως παύσομαι. σκέψασθε δ' ἤδη, οἷον ὄντα καὶ ἀπκηρύξει με, καὶ οὐδέπω τοῦτό φημι, ὡς τότε μὲν ἰδιώτην, νῦν δ' ἰατρὸν· οὐδὲν γὰρ ἂν πρὸς τοῦτο ἡ τέχνη συναγωνίσαιτο, οὐδ'

Quod enim initiò liberum erat non facere, id semel factum, iniquum est rescindere. Porrò eum qui primùm naturâ sit filius, postea iudicio sententiáque accersitus, quæso num par est rursum expellere, & eadem familiaritate priuare sæpiùs? Age, quid si fortè seruus essem, ac tu quidem primùm improbum esse ratus, in vincula coniecisses, deinde vbi cognitum esset me nihil peccasse, manumisisses: num tibi liceret, vtcunque contigerit, irasci, rursus in eandem reuocare seruitutem? Minimè liceret. Istiusmodi igitur acta, leges firma volunt esse, ac perpetuò valere. Ego cum pluribus etiam argumentis docere possim, nõ esse ius huic abdicare denuò, quem semel abdicatum, sponte sua receperit: tamen finem faciam. Nunc spectate, cuiusmodi filium parat abdicare. Atque illud nondum dicam, me tum imperitum abdicatum fuisse, nunc abdicari Medicum (nihil enim mihi in hac causa suffragetur ars)

ἀλλ' ὅτι τότε μὲν νέον, νῦν δὲ ἤδη καὶ προβεβηκότα, καὶ τὸ σωφρονέστερον, ζῶν μηδὲν ἀδικῆσαι ἂν παρὰ τῆς ἡλικίας ἔχοντα, μικρὸν γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο. ἀλλὰ τότε μέν, εἰ καὶ μὴ δίκαια ἠδικημένῳ ὡς ἂν ἔγωγε φαίην, ἀλλ' οὐδὲ νῦν εὐπορηθεὶς, παρητάμην τῆς οἰκίας. νῦν δὲ σωτῆρα ἔναγχος, καὶ τηλικοῦτον εὐεργέτην γεγενημένον, οὐ τίς γνοίη' ἂν ἀπαλλοτριώτερον, σωθέντα δι' ἐμὲ, καὶ τηλικοῦτον εὐεργεσίας ἀπηφανισμένα, τοῖς τοιούτοις ἐνδοὺς ἀμείβεσθαι τὴν θεραπείας ἐκείνης, οὐδ' ἕνα λόγον ἔχοντα, ἀλλ' ὅτῳ ῥᾳδίως ἐπιπλῆσθαι, καὶ ἐπὶ τῷ ἐρημίαν ἐλαύνειν, τὸν ἐφεσθέντ' ἂν δικαίως, ἐφ' οἷς ἀδίκως ἐξεβέβλητο, μὴ μόνον δὲ μνησικακήσαντα, ἀλλὰ καὶ σώσαντα, καὶ σωφρονῆν παρασκευάσαντα; ὃ γὰρ μικρὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐδὲ τὸ τυχὸν, οὐ πεποιημένως αὐτὸ, ὅμως τοιούτων νῦν ἀξιοῦμαι. ἀλλ' εἰ καὶ οὐτος ἀγνοεῖ τὰ τότε, πάντως

tum iuuenem, nunc ætate prouectum, vt ætas etiam ipsa fidem faciat, me nihil peccasse. Nam leue fortasse hoc quoque, verùm tum quidem, etiamsi nullo commisso peccato, vt ego quidem dixerim, sed nec benemeritus alienabar à familia. Nunc porrò cùm nuper salutem dederim, ac beneficus extiterim, exigor. Quare quid fieri potest ingratius? vt mea seruatus opera, tantóque elapsus à discrimine, protinus sanationem illam huiusmodi factis penset, nulla meritorum habita ratione, sed vsque adeò facilè mandârit obliuioni, atque in solitudinem abigat, eum, qui iure sit obsecutus, cùm prater ius eiceretur, neque solùm non memineri t iniuriæ, verumetiam & salutem attulerit, & sanæ menti restituerit? Neque enim exiguo, Iudices, neque vulgari in hunc collato beneficio, tamen huiusmodi malis nunc videor dignus.

Porrò quanquam hic ignorat; quo in statu tunc fuerit,

vos

πάντων ὑμεῖς ἴστε, οἷα ποιοῦντα αὐτὸν, καὶ πάσχοντα, καὶ ὅπως διακείμενον ἐγὼ παραλαβὼν, τῶν μὲν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωκότων, τῶν δ' οἰκείων φευγόντων, καὶ μηδὲ πλησίον προσιέναι τολμώντων, τοιοῦτον ἀπέφηνα, ὡς καὶ κατηγορεῖν δύνασθαι, καὶ περὶ τῶν νόμων διαλέγεσθαι· μᾶλλον δὲ ὁρᾷς, ὦ πάτερ, τὸ παράδειγμα, τοιοῦτον ὄντα σε παρ' ὀλίγον, οἷα νῦν ἡ γυνή ἐστι, πρὸς τὴν ἀρχαίαν φρόνησιν ἐπανήγαγον. οὐ δίκαιον, τοιαύτην μοι γενέσθαι ἀντ' ἐκείνων τὴν ἀμοιβὴν, οὐδὲ κατ' ἐμοῦ σε μόνον σωφρονεῖν. ὅτι γὰρ μὴ μικρὰ ὑπ' ἐμοῦ εὐηργέτησαι, καὶ ἀπ' αὐτῶν, ὧν ἐγκαλεῖς, δῆλόν ἐστιν. ὃν γὰρ, ὡς ἐν ἐσχάτοις οὖσαν τὴν γυναῖκα, καὶ παμπονήρως ἔχουσαν, οὐκ ἰώμενον μισεῖς, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον, ὅτι σε τῶν ὁμοίων ἀπήλλαξα ὑπέρα γαπᾷς, καὶ χάριν ὁμολογεῖς, τῶν

vos tamen omnes nostis, quid facientem hunc, simul & patientem, & quibus affectum modis, ego curandum susceperim, ac Medicis reliquis desperantibus, fugientibus familiaribus, nec propiùs accedere audentibus, talem reddidi, vt etiam accusare possit, vt de legibus disserere. Quin magis si exemplum quæris pater, cùm propemodum talis esses, qualis nunc est vxor, ad pristinam sanitatem reuocaui. Quare non est æquum, vt pro his officijs, huiusmodi mihi gratia reponatur, vtq; in me vnum tantummodò sanus sis. Etenim te non mediocribus à me beneficijs affectum esse, vel ex his ipsis liquet, quibus me criminaris. Nam quem ob hoc odio persequeris, quòd vxorem extremo laborantem periculo, grauissiméque affectam non sanem, quî fit vt eundem non multò potius charissimum habeas, quum simili morbo liberârim? non gratias agas,

τῶν οὕτω δεινῶν ἀπηλλαγμένος; σὺ δὲ, ὅπερ ἀγνωμονέστατον, σωφρονήσας, εὐθὺς ἐς δικαστήριον ἄγεις, καὶ σεσωσμένως κολάζεις, καὶ ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο μῖσος ἀνατρέχεις, καὶ τὸν αὐτὸν ἀναγιγνώσκεις νόμον· καλὸν γοῦν τὸν μισθὸν ἀπρεπίδως τῇ τέχνῃ, καὶ ἀξίας ἀμοιβὰς τῶν φαρμάκων ἐπὶ τὸν ἰατρὸν, ὑγιαίνων μόνων. ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν εὐεργέτην τούτῳ κολάζειν ἐπιτρέψετε, καὶ τὸν σώσαντα ἐξελαύνειν, καὶ τὸν σωφρονήσαντα μισεῖν, καὶ τὸν ἀναστήσαντα τιμωρεῖσθαι; οὐκ, ἦν γε τὰ δίκαια ποιῆτε. καὶ γὰρ εἰ τὰ μέγιστα νῦν ἁμαρτάνων ἐτύγχανον, ἦν μοι τὶς οὐ μικρὰ προσοφειλομένη χάρις, ἐς ἣν ἀπβλέποντα τοῦτον, καὶ ἧς μεμνημένον, καλῶς εἶχε, τῶν μὲν παρόντων καταφρονεῖν, δι' ἐκεῖνα δὲ πρόχειρον τὴν συγγνώμην ἔχειν· καὶ μάλιστα, εἰ τηλικαύτη τις ἡ εὐεργεσία τυγχάνει,

tam acerbis ereptus malis? At tu, quod quidem est ingratissimum, simulatque ad te redisti, protinus in ius trahis, salute donatus: punis, & ad vetus recurris odium, eandem recitas legem. Egregiam igitur mercedem persoluis arti, dignámque pro remedijs refers gratiam, qui quidem aduersus Medicum tantùm sanus es. Vos autem Iudices, huic concedetis, vt de benemerito pœnas sumat? at salutis auctorem expellat? vt eum qui sanitati restituerit, oderit? vt per quem reuixit, vlciscatur? Haud profectò concedetis: siquidem quod æquum est, facietis. Etenim si maximum aliquod flagitium in præsentia commisissem, tamen superioris beneficij nomine non mediocriter mihi debebat, cuius respectu memoriâque conueniebat hunc præsentem iniuriam negligere, & ob illa priora facilè ignoscere: maximè si tam ingens sit beneficium, vt omnia

να, ὡς πάντα ὑπερπαίειν τὰ μικρὰ ταῦτα. ὅπερ οἶμαι καὶ μοὶ πρὸς ζῆτον ὑπάρχειν, ὃν ἔσωσα, καὶ ὃς ζῆ βίου παντὸς χρεώστης ἐστί μοι, καὶ ᾧ τὸ εἶναι καὶ τὸ σωφρονεῖν καὶ σωτηρίαν παρίσχηται. καὶ μάλιστα, ὅτι εἰ ἄλλοι πάντων ἤδη ἀπηγνώκεσαν, καὶ ἄπλους ἦσαν ὁμολογοῦντες τῆς νόσου. ζῆτον δὲ μᾶλλον οἶμαι προσθεῖναι τῷ ἐμῷ εὐεργεσίαν, ὡς οὔτε ὢν τότε, οὔτε ἀναγκαίαν τῆς θεραπείας ἔχον αἰτίαν, ἀπ' ἐλαττόνων ἀθενείας, καὶ ἀπλότητος, τῆς φυσικῆς αἰτίας ἀφεμένου, ὅμως οὐ παρεῖδον, ἀλλ' ἐθελοντὴς, ἄκλητος, αὐτεπάγγελτος ἦκον. ἐβοήθησα, προσπαρῆν, ἰασάμην, ἀνέσησα, καὶ τὸν πατέρα ἐμαυτοῦ ἀπεφύλαξα, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀκρηδίας ἀπελογησάμην, καὶ τῇ εὐνοίᾳ τῷ ὀργῷ ἔπαυσα, καὶ τὸν νόμον ἔλυσα τῇ φιλοσοργίᾳ, καὶ μιᾷ ἅλῃ εὐεργεσίας τῷ ἐς τὸ γῆρας ἐπανόδῳ ἐπειάμην, καὶ ἐν ὅτῳ ἐπισφαλεῖ καιρῷ, τῷ

nia superet, quæ posteà postint accidere. Quod equidem mihi in hunc competere puto, quem seruaui, qui mihi totius vitæ debitor est: cui præstiti vt sit, vt sapiat, vt intelligat: præsertim cùm cæteri omnes iam desperarent, seque morbo impares esse faterentur. Nam & illud opinor ad meriti mei cumulum accedit, quòd cùm id temporis filius non essem, cùm nihil esset causæ, quæ me cogeret curationem suscipere, verùm cùm liber essem, atque alienus, à naturali causa solutus, tamen haud dissimulaui, sed voluntroneus, inuocatus, iniussus adij, succurri, adnisus sum, sanaui, restitui, meum ipsius patrem seruaui, de abdicatione me purgaui, iram benenolentiâ sedaui, legem pietate sustuli, magnóque beneficio reditum in familiam emi, atque in tempore adeò periculoso fi-

τὴν πρὸς τὸν πατέρα πίστιν ἐπεδειξάμην, καὶ μετὰ τῆς τέχνης ἐμαυτὸν εἰσεποίησα, καὶ γνήσιος ὑὸς ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνεφάνην. πόσα γὰρ οἴεσθε παθεῖν με, πόσα καμεῖν παρόντα, ὑπηρετοῦντα, καιροφυλακτοῦντα, νῦν μὲν εἰκόντα τῇ τοῦ πατρὸς ἀκμῇ, νῦν δὲ τὴν τέχνην ἐπάγοντα, πρὸς ὀλίγον ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ; ἔστι δὲ τῶν ὄντων ἁπάντων τούτων ἐν τῇ ἰατρικῇ τὸ ἐπισφαλέστατον, τοὺς τοιούτους ἰᾶσθαι, καὶ πλησιάζειν, οὕτω διακειμένοις. ἐς γὰρ τοὺς πλησίον πολλάκις ἀφιᾶσι τὴν λύσσαν, ἐπιζέσαντος τοῦ πάθους. καὶ ὅμως πρὸς οὐδὲν τούτων ἀπώκνησα, οὐδ' ἀπεδειλίασα· συνὼν δὲ, καὶ πάντα τρόπον ἀντεξεταζόμενος τῇ νόσῳ, τὸ τελευταῖον ἐκράτησα τῷ φαρμάκῳ· μὴ χάρ, τοῦτ' ἀκούσας, εὐθέως ἐπολάβῃ τις, ποῖος δὲ, ἢ πόσος ὁ κάματος ἐγχέας φάρμακον, πολλὰ

dem erga patrem demonstraui, méque ipsum artis auxilio insinuaui, ac tristibus in rebus legitimus filius apparui. Quàm multa enim me fuisse passum arbitramini, quantum & exhausisse laborum, dum assideo, dum obseruio, dum opportunitates capto, nunc cedens patris vehementiæ, nunc artem admouens, ad breue tempus concedente morbo? Est autem hoc omnium quæ sunt in arte medicorum, periculosissimum, huiusmodi medicari, ac propiùs accedere ad hos, qui ad eum sunt affecti modum. Fit enim non rarò, vt exæstuante malo, rabiem in proximos exerceant. Me tamen nihil horum piguit, neque grauatus sum, verùm aderam modis omnibus cum morbo luctans, postremò superaui pharmaco. Ne verò quisquam hoc audito protinus apud se cogitet: Quis aut quantus labor miscere pharmacum? Etenim

λὰ γὰρ πρὸς τούτου γενέσθαι δεῖ, καὶ προοδοποιῆσαι τῇ πόσει, καὶ προπαρασκευάσαι ῥᾴδιον ἐς ἴασιν τὸ σῶμα, καὶ τῆς ἁπάσης ἕξεως φροντίσαι, ἡνοιῶντα καὶ ἰσχαίνοντα, καὶ οἷς χρὴ πρέφοντα, καὶ ἡνοιῶντα ἐς ὅσον χρήσιμον, καὶ ὕπνους ἐπινοιῶντα, καὶ ἠρεμίας μηχανώμενον. ἅπερ οἱ μὲν ἄλγο τί νοοιῶντες, ῥᾳδίως πεισθεῖεν ἄν· οἱ μεμηνότες δὲ, διὰ τὴν ἐλευθερίαν τῶν νοῦ δυσαγωγοι, καὶ δυσηνιόχητοι, καὶ τῶν ἰατρῷ ἐπισφαλεῖς, καὶ τῇ θεραπείᾳ δυσκαταγώνιστοι, ὅταν γοῦν πολλάκις ποιήσωμεν ἤδη πλησίον γενέσθαι τοῦ τέλους, καὶ ἐλπίσωμεν, ἐμπεσόν τι μικρὸν ἁμάρτημα, ἐπακμάσαντος τοῦ πάθους, ἅπαντα ῥᾳδίως ἐκεῖνα ἀνέτρεψε, καὶ ἀνεπόδισε τὴν θεραπείαν, καὶ τὴν τέχνην διέσφηλε. τὸν οὖν ταῦτα πάνθ' ἑπομεμενηκότα, καὶ οὕτω χαλεπῷ νοσήματι προσπαλαίσαντα, καὶ

nim multa priùs sunt facienda, præstruenda via, dando pharmaco: præparandum corpus, quò faciliùs recipiat medicationem: déque omni corporis habitu solicitus sit Medicus oporte t. inaniens, extenuans, cibis idoneis alens, mouens ad omne quod conducit, somnos accersendi rationes excogitans, solitudines arte reperiens. Quibus in rebus ægroti cæteri facilè pareant: at qui laborant insania, ob animi libertatem intractabiles sunt, ac gubernatu difficiles, ipsi'que Medico periculosi, neque qui facilè cura expugnentur. Proinde sæpenumerò cùm effecerimus, vt iam speremus proximè adesse morbi finem, leue aliquod erratum incidens, renouato malo cuncta illa superiora facilè subuertit, curationem impedit, artem fallit.

Eum igitur qui hæc omnia sustinuerit, qui cum morbo tam graui sit luctatus,

καὶ πάθος ἁπάντων πάθων τὸ δυσαλωτότατον νενικηκότα, ἔτι τούτῳ ἀρκηρύττειν ἐπιτρέψετε, καὶ τοὺς νόμους, ὡς βούλεται ἑρμηνεύειν κατ' εὐεργέτου συρχωρήσετε, καὶ τῇ φύσει πολεμεῖν αὐτὸν ἐάσετε; ἐγὼ τῇ φύσει πειθόμενος, σώζω, καὶ διαφυλάττω, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν πατέρα ἐμαυτῷ, κἂν ἀδικῇ οὗτος. εἰ δὲ τὸν εὐεργετηκότα παῖδα τοῖς νόμοις, ὥς φησιν, ἀκολουθῶν διαφθείρει, καὶ τοῦ γένους ἀρστερεῖ, μισόπαις οὗτος. ἐγὼ φιλοπάτωρ γίγνομαι. ἐγὼ τὴν φύσιν ἀσπάζομαι, οὗτος τὰ τῆς φύσεως παρορᾷ, καὶ καθυβρίζει δίκαια. ὦ πατρὸς μισοῦντος ἀδικῶς· ὦ παιδὸς φιλοῦντος ἀδικώτερον. ἐγκαλῶ γὰρ ἐμαυτῷ, τοῦ πατρὸς ἀναγκάζοντος, ὅτι μισούμενος, δέον φιλῶ, καὶ φιλῶ πλέον ἢ προσῆκε, καί τοι γε ἢ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας μᾶλλον. ἢ τοῖς

qui malum malorum omnium expugnatu difficillimum vicerit, huic vt iterum abdicet, permittetis, vtque leges in benemeritum interpretetur suo arbitratu, concedetis, atque eum cum ipsa natura bellum gerere sinetis? Ego naturæ parens, Iudices, patrem mihijpsi seruo, custodióque, etiamsi hic quidem iniuria me afficiat. Quòd si filium benemeritum, leges, vt ait, secutus, perdit, & à familia alienat: hic nimirum liberorum osor erit, ego pius in patrem. Ego naturam amplector, iste naturam contemnit, fas'que & ius violat. O' patrem iniustè prosequentem odio. O' filium iniustiùs amantem. Nam mihijpsi vitio verto, patre compellente, quòd odio habitus, eum præter causam amo, & magis amo, quàm oporteat. Atqui naturâ comparatum est, vt patres liberos ament magis, quàm liberi

τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ἐπιτάττει φιλεῖν. ἀλλ' οὗτος ἑκὼν καὶ τοὺς νόμους παροράς, οἳ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας παῖδας τῷ γένει φυλάττουσι, καὶ τὴν φύσιν, ἢ τοὺς γεννήσαντας ἕλκει πρὸς πόθον τῶν γεγεννημένων πολὺν, οὐχ ὅπως μείζους ἀρχὰς εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμὲ, μείζονα τὰ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας ἐσφέρει, καὶ ἐπιδίδωσιν, ἢ τό γε ἔλαττον ἐμὲ μιμεῖται, καὶ ζῆλοι τοῦ φίλτρου· ἀλλ' οἴμοι τῆς συμφορᾶς, προσέτι καὶ μισεῖ φιλοῦντα, καὶ ἀγαπῶντα ἐλαύνει, καὶ ἐνεργεταῦντα ἀδικεῖ, καὶ ἀσπαζόμενον ἀποκηρύττει, καὶ τοὺς φιλόπαιδας νόμους, ὡς μισόπαιδας κατ' ἐμοῦ μεταχειρίζεται. ὦ μάχης, ἣν ἐσάγεις πάτερ τοῖς νόμοις, κατὰ τῆς φύσεως. οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν ὡς θέλεις κακῶς ἑρμηνεύεις, ὦ πάτερ, καλῶς κειμένους τοὺς νόμους. οὐ πολεμεῖ φύσις καὶ νόμος ἐν ταῖς εὐνοίαις, ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις ἐνταῦθα, καὶ συνα-

liberi parentes. *Verùm hic studio tum leges contemnit, quæ filios nihil commeritos familiæ seruant: tum naturam, quæ parentes ad vehemens natorũ desiderium incitat. Non solùm enim cùm plures habeat in me beneuolentiæ causas, maiorem, vti debebat, beneuolentiam non adiungit atque addit: aut quod est minus, me saltem imitatur, meumq; æmulatur amorem. sed ô calamitatem, quin insuper odit amantem, charitate prosequentem expellit, benemerentem lædit, complectentem abdicat, legesq; liberis fauentes, ceu liberis infensas, in me torquere conatur. O bellum, quod contra naturam legibus moues pater. Non sunt ista, non sunt inquam, quemadmodum tu vis. Leges bene conditas, malè interpretaris pater. Non pugnat natura cum lege, in his quæ ad beneuolentiam pertinent. Hîc inter sese consentiunt, & altera vtrique,*

συναγωνίζονται τῇ λύσει τῶν ἀδικημάτων. ὑβρίζεις τὸν ἐνεργέτην, ἀδικεῖς τὴν φύσιν· τί καὶ τοὺς νόμους συναδικεῖς τῇ φύσει; οὓς καλοὺς καὶ δικαίους καὶ φιλόπαιδας εἶναι θέλοντας οὐ συγχωρεῖς, καθ' ἑνὸς παιδὸς, ὡς κατὰ πολλῶν κινῶν πολλάκις, καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐῶν ἐν ταῖς τιμωρίαις, τοὺς ἐν ταῖς τῶν παίδων πρὸς τοὺς πατέρας ἐυνοίας ἡσυχάζειν ἐθέλοντας, καί τοι γε ἐπὶ τοῖς μηδὲν ἡμαρτηκόσι μηδὲ κειμένους. καὶ μὴν οἵ γε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι, κατὰ τῶν τοὺς ἐνεργέτας μὴ ἀετευποιούντων. ὁ δὲ πρὸς τοῦ μὴ ἀμείβεσθαι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς, οἷς εὖ πέπονθε, κολάζειν ἀξιῶν, σκέψασθε εἴ τινα ὑπερβολὴν ἀδικίας ἀπελέλοιπεν. ὡς μὲν οὖν οὔτε ἀποκηρύττειν ἔτι τούτῳ ἔξεστιν, ἅπαξ ἤδη τὴν πατρικὴν ἐξουσίαν ἀπεπληρώσαντι, καὶ χρησαμένῳ τοῖς νόμοις,

auxilio est ad delendas iniurias. Contumelia afficis benemeritum, offendis naturam. Cur legibus quoque simul cum natura facis iniuriam? Quæ cùm honestæ, iustæ, liberorum amantes esse cupiant, non pateris esse: quippe quas aduersus unum filium tãquam aduersus multos sæpiùs tentes. Nec sinis in supplicijs quietem inuenire, quæ velint in beneuolentia liberorum erga parentes conquiescere: quanquam alioqui ne positas quidem aduersus eos qui nihil peccârint. At sanè leges [c] ingratitudinis actionem concedunt in eos qui benemeritis non retulerint gratiam. At qui non solùm non refert gratiam, verumetiam punire conatur ob ea ipsa quibus adiutus est beneficio: considerate num quicquam facere possit iniquius? Itaque non posse hunc iam abdicare denuò, qui paternam potestatem semel expleuerit, ac lege sit vsus: præterea

μοις, οὔτε ἄλλως δίκαιον, ἐνεργέτην ἐς τὰ τηλικαῦτα γεγενημένον ἀπωθεῖσθαι, καὶ τῆς οἰκίας παραιτεῖσθαι, ἱκανῶς (οἶμαι) δέδεικται. ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν αἰτίαν ἔλθωμεν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ τὸ ἔγκλημα ἐξετάσωμεν. ὁποῖόν ἐστιν. ἀνάγκη δὲ, αὖθις ἐπὶ τὴν γνώμην ἀναδραμεῖν τοῦ νομοθέτου. ἵνα γάρ σοι τοῦτο πρὸς ὀλίγον δῶμεν, τὸ ἐξεῖναι, ὁσάκις ἂν ἐθέλῃς, ἀποκηρύττειν, καὶ κατά γε τοῦ ἐνεργέτου προσέτι τὴν ἐξουσίαν ταύτην συγχωρήσωμεν, οὐχ ἁπλῶς, οἶμαι, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις ἀποκηρύξεις, οὐδὲ τοῦθ' ὁ νομοθέτης φησὶν, ὅτι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω, καὶ ἀπόχρη θελῆσαι μόνον, καὶ μέμψασθαι· τί γὰρ ἂν ἔδει δικαστηρίου; ἀλλ' ὑμᾶς ποιεῖ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικαταὶ. σκοπεῖν, εἴτ' ἐπὶ μεγάλοις καὶ δικαίοις ὁς πατὴρ ὀργίζεται, εἴτε καὶ μὴ. οὐκοῦν τοῦτο ἤδη ἐξετάσατε.

ἄρξομαι

tereà non esse æquum, eum qui tanta præstiterit beneficia, expellere, familiáque exigere, satis opinor demonstratum. Nunc autem ad ipsam abdicationis causam veniamus, & crimen cuiusmodi sit, expendamus. Ac rursum ad mentem eius qui legem condidit, recurramus necesse est. Etenim vt istud tibi donemus ad breue tempus, licere quotiescunque velis abdicare, vtque prætereà potestatem istam tibi largiamur etiam aduersus benemeritum, haud tamen simpliciter opinor, neque quibuslibet de causis abdicabis. Neque hoc dicit legis conditor: Quicquid vtcunque criminatus fuerit pater, abdicato: vt satis sit tantùm voluisse queri. Nam si id esset, quid opus erat iudicio? Verùm vos istud expendere iubet, Iudices, num grauibus ac iustis de causis irascatur pater, écne. Hoc igitur in præsentia considerate.

Exor-

ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν μετὰ τὴν μανίαν ἐυθύς. τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῆς σωφροσύνης τοῦ πατρὸς, λύσις ἦν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ σωτὴρ, καὶ ἐυεργέτης, καὶ πάντα ἦν ἐγὼ· καὶ οὐδὲν, οἶμαι, τούτις ἔγκλημα, προσεῖνα ἐδύνατο. τὰ μετὰ ταῦτα δὲ, τί τῶν πάντων ἀτιᾶται; τίνα θεραπείαν, τίνα ἐπιμέλειαν ἡοῦ παρῆκα; πότε ἀπόκοιτος ἐγενόμην; τίνας πότους ἀκαίρους, τίνας κώμους ἐγκαλεῖς; τίς ἀσωτεία; τίς πορυοβοσκὸς ὕβρισται; τίς ἠτιάσατο; οὐδὲ ἅς. καὶ μὴν ταῦτά ἐστιν, ἐφ' οἷς μάλιστα ὁ νόμος ἀποκηρύττειν ἐφίησιν ἀλλὰ νοσεῖν ἤρξατο ἡ μητρυιά. τί οὖν ἐμοὶ τοῦτ' ἐγκαλεῖς, καὶ νόσου δίκην ἀπαιτεῖς; οὔ, φησιν. ἀλλὰ τί; ὅτι θεραπεύειν προσταττόμενος οὐ θέλεις, καὶ διὰ τοῦτ' ἂν ἄξιος εἴης ἀποκηρύξεως, ἀπειθῶν τῷ πατρί. ἐγὼ δὲ, τὸ μὲν, οἷα προστάττοντι αὐτῷ ὑπακούειν οὐ δυνάμενος, ἀπειθεῖν

Exordiar autem ab ijs quæ protinus huius insaniam sunt consecuta. Iam primùm omnium quod fecit sanæ menti redditus, illud erat: Rescidit abdicationem. Ego seruator, beneficus, breuiter omnia eram. In his (nisi fallor) nihil adhuc esse poterat quod cum crimine videretur esse coniunctum. Deinde quid est omnium quod accusat? Quod obsequium, quam curam filio dignam prætermisi. [d] Quando foris cubui? Quas intempestiuas potationes, quas comessationes obijcis? Qui luxus? Quis leno pulsatus est? Quis accusauit? Nemo profectò. Atqui hæc sunt ob quæ præcipuè lex permittit abdicare. Cæterùm cœpit ægrotare nouerca. Quid istud mihi vertis crimini? morbique pœnam à me reposcis? Non reposco, inquit. Sed quid? Quòd eam curare iussus recusas, ob hoc dignns fueris qui abdicêris, quippe immorigerus patri? Ast ego quidem cuiusmodi sint ista quæ iubet, in quibus quia non possim obsequi,

ἀπειθῆν λοκῶ, πρὸς ὀλίγον ὑπερβήσομαι. πρότερον δ' ἁπλῶς ἐκεῖνό φημι, ὡς οὐ πάντα προσήκειν οὔτε τούτῳ δίδωσιν ὁ νόμος, οὔτ' ἐμοὶ τὸ πείθεσθαι πᾶσι πάντως ἀναγκαῖον. ἐν δ' οὖν τοῖς τῶν προσταγμάτων τὰ μὲν ἀνυσιμώτατα ὄντι, τὰ δ' ὀργῆς καὶ τιμωρίας ἄξια. ἐὰν νοσῇς αὐτὸς, ἐγὼ δὲ ἀμελῶ; ἐὰν τῶν κατ' οἶκον ἐπιμελῆσθαι, ἐγὼ δὲ ὀλιγωρῶ. ἐὰν τὰ κατ' ἀγρὸν ἐπισκοπεῖν προσάπτῃς, ἐγὼ δὲ ὀκνῶ. πάντα ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα ὀλόλυγας ἔχει τὰς πρόφασις, καὶ τὰς μέμψεις παρικάς. ταδ' ἅμα ἐφ' ἡμῖν ὄντι τοῖς πατράσιν, ὄντα τῶν τεχνῶν, καὶ τῆς δόξης χρήσιμα, καὶ μάλιστα ἐὰν μηδὲν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀδικοῖ. ἐπεί τοι ἄν τῷ γράφειν πατὴρ προσάπτῃ, ταῦτα μὴ τίκτειν γράφειν, ταῦτ' ἐμὲ, καὶ ᾠδεῖν κωμῳδεῖν, τὸν μὲν τὴν ἁρμονίαν χρουόντι, τὸν δὲ μὴ καὶ χαλκεύοντι, τοιαῦτα μὲν χάλκευε, τοιαῦτα

sequi, videor immorigerus, paulisper differam. Sed illud prius in totum dico. Neque lex huic concedit vt quiduis imperet, neque mihi necesse est in omnibus omnino parere. Quædam enim mandata sunt huiusmodi, vt si non parueris, non sis obnoxius pœnæ. Quædam id genus, vt nisi obtemperaris, ira supplicioque sis dignus: veluti si ægrotes ipse, & ego non curem. Si quid rerum domesticarum curandum sit, & ego negligam. Si quid rem rusticam curandam mandes, atque ego recusem. Hæc omnia, atque id genus alia, probabiles adferunt causas paternæ querelæ. Porrò cætera nostri sunt arbitrij, nempe quæ ad artes, & artium vsum pertinent: maximè si nulla in re fiat iniuria patri. Iam si cui pictori præcipiat pater, Hæc pinge fili, illa nequaquam: rursum musico, Hanc pulsa harmoniam, illam ne pulsa: tum fabro ærario, Ista cude-

τοιαῦτα δὲ μὴ, ἆρα ἄν τις ἀνάσχοιτο ἀποκηρύττοντα, ὅτι μὴ κατὰ τὰ ἐκείνῳ δοκοῦντα ὁ παῖς χρῆται τῇ τέχνῃ; οὐδὲ εἷς, οἶμαι. τὸ δὲ τῆς ἰατρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι, καὶ τῷ βίῳ χρησιμώτερον, τοσούτῳ καὶ ἐλευθεριώτερον εἶναι προσήκει τοῖς χρωμένοις, καί τινα προνομείαν ἔχειν τὴν τέχνην δίκαιον, τῇ ἐξουσίᾳ τῆς χρήσεως, ἀναγκάζεσθαι δὲ μηδὲν, μηδὲ προστάττεσθαι, πρᾶγμα ἱερὸν, καὶ θεῶν παίδευμα, καὶ ἀνθρώπων σοφῶν ἐπιτήδευμα, μήδ' ὑπὸ δουλείαν γενέσθαι νόμου, μήδ' ὑπὸ φόβον, καὶ τιμωρίαν δικαστηρίου, μήδ' ὑπὸ ψῆφον, καὶ πατρὸς ἀπειλὴν, καὶ ὀργὴν ἰδιωτικήν. ὥστε, καὶ εἰ τοῦτό σοι σαφῶς οὕτωσί, καὶ διαῤῥήδην ἔλεγον, οὐ βούλομαι, οὐδὲ θεραπεύω δυνάμενος, ἀλλ' ἐμαυτῷ μόνῳ τὴν τέχνην οἶδα, καὶ τῷ πατρὶ, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν ἰδιώτης εἶναι βούλομαι, τίς τύραννος οὕτω βίαιος, ὡς ἀ-

de, illa ne cude: num quisquam hunc patietur abdicare filium propterea, quòd non ex ipsius arbitrio artem exerceat? Nemo opinor. [e] Atqui medendi ars quantò est honoratior, vitæq; conducibilior, tantò conuenit esse liberiores qui hac vtuntur: ac iustum est vt ars aliquo gaudeat priuilegio in exercendi facultate, vt neque cogatur vsquam, neque ferat imperium, res sacra, deorum doctrina, virorum eruditorum cura: neque in seruitutem trahatur legis: neque timori pœnisq; tribunalium, neque calculis, ac patris minis, & indocti hominis iræ sit obnoxia. Proinde si tibi palàm ac simpliciter ad hunc modum respondissem, Nolo curare cùm possim, sed artem soli mihi didici, ac patri, cæteris omnibus imperitus esse volo: quis est tyrannus vsqueadeò ferox, vt co-

ναγκάζ-

ναγκάσαι ἂν καὶ ἄκοντα χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; τὰ γὰρ τοιαῦτα ἱκετείαις καὶ δεήσεσιν, οὐ νόμοις καὶ ὀργαῖς καὶ δικαστηρίοις ὑπάγειν, οἶμαι, προσήκει. πείθεσθαι τὸν ἰατρὸν χρὴ, οὐ κελεύεσθαι· βούλεσθαι, οὐ φοβεῖσθαι· ἐπὶ τὴν θεραπείαν οὐ ἄγεσθαι. ἑκόντα δὲ ἐρχόμενον ἥδεσθαι. πατρικῆς δ' ἀνάγκης ἄρμοιρος, ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς καὶ προεδρίας, καὶ ἀτελείας καὶ πρενομείας διδόασι. ταῦτα μὲν οὖν ἁπλῶς ἂν εἶχον εἰπεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ καὶ σοῦ διδαξαμένου με, καὶ πολλὰ ἐπιμελήθεντος, καὶ ἀναλώσαντος, ὡς μάθοι μι, πρὸς μίαν ὅμως θεραπείαν ταύτην, δυνατὴν οὖσαν, ἀντέλεγον· νυνὶ δὲ κἀκεῖνο ἐννόησον, ὡς παντάπασιν ἄγνωμον ποιεῖς, οὐχ ἐῶν με χρῆσθαι μετ' ἐλευθερίας ἐμῷ κτήματι· ταύτην ἐγὼ τὴν τέχνην οὐχ υἱὸς ὢν σὸς ἐξέμαθον, οὐδὲ

vt cogat etiam nolentem vti arte? Siquidem istiusmodi officia blanditijs precibúsque, ni fallor, non legibus, ira, iudicijs conuenit elicere. persuadere medico oportet, non iubere, vt velit, non vt metuat: neque ad sanandum adigendus est; sed vltrò ac lubens accedat oportet. Immunis à compulsione patris, immunis est ars ipsa, quandoquidem ciuitates quoque publicitùs honores, præeminentias, immunitates, priuilegia medicis tribuunt. Hæc igitur in genere poteram artis nomine respondere, etiam si tu me illam docuisses, si multum studij, multum pecuniarum insumpsisses vt discerem, & vnam hanc curationem, etiamsi eiusmodi esset vt præstare possem, recusassem. Nunc illud cogita, quàm rem modis omnibus ingratam & iniquam facias, qui non sinas me à meipso mihi patris liberè vti. Hanc ego artem tum cùm non essem filius tuus, perdidici, neque

οὐδὲ τῷ σῷ νόμῳ ὑποκείμενος, μὴ ὅμως αὐτῷ μεμάθηκά σοι. καὶ πρῶτός αὐτὸς ἀφείλω-κας, οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων. τίνα διδάσκα-λον ἐμισθώσω, τίνα φάρμά-κων παρασκευὴν δ' ὧν ἐνα-δεῖ. ἀπὸ πατρὸς ἐχθρὸς, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπορούμενος, καὶ παρὰ τῶν διδασκάλων ἐλεού-μενος, ἐπαιδευόμην. καί μοι δεῦρο ταῦτα παρὰ τοῦ πατρὸς τῷ πρὸς τὸ μαθεῖν ἐφόδια, λύπη καὶ ἐρημία καὶ ἀπορία, μῖσος οἰκείων, καὶ ἀπροφύλακτος συγγε-νῶν. ἀντὶ τούτων τοίνυν χρῆ-σθαί μου τῇ τέχνῃ ἀξιοῖς, καὶ δεσπότης εἶναι θέλεις τῶν, ὅτ' οὐκ ἦσθα δεσπότης, πεποιημέ-νων. ἀγάπα, εἴ τι σε καὶ πρότερον ὠφέλησα, οὐ προφέ-λων, ἐν ἐποίησα, μηδεμίαν μηδὲ τὴν χάριν ἀπαιτήσασθαι δυνάμενος. ὁ δὲ δὴ τῷ ἐν-τοίαν τῷ ἐμοὶ, ἀνάγκη ἐς τὸ λοιπόν μοι γνῶναι, ὅτι τὸ ἐ-πορίσασθαι ἐνεργεῖσθαι, ἀφορμὴν τοῦ ἀκούσαι

neque tuis subiectus legibus. Atque hanc tamen tibi didici. Huius fructum primus sensisti, quum nihil adiumenti contuleris ad eius cognitionem. Quem præceptorem mercede conduxisti? Quem pharmacorum apparatum comparásti? Nullum omnino. Verùm inops, ac rerum necessariarum indigens, à præceptoribus mei miserissimum edoctus. Nam abs te patre huiusmodi mihi dabatur ad discendum viaticum, molestia, solitudo, egestas, familiarium odium, cognatorum auersatio. Pro istis itaque factis postulas vti arte mea, visque earum rerum esse dominus, quas mihi paraui tum, cùm mihi non esses dominus. Boni consule, si quid antehac vltrò, nullo prouocatus officio, bene de te sum meritus, cum nullo nomine vllam abs te gratiam possem reposcere. Cæterùm non conueni t sanè, vt meum beneficium mihi in reliquum tempus pariat necessitatem: vt quod volens beneficio istui, vertatur in

ἄκοντα κελεύεσθαι καταστῆναι, οὐδ' ἔθος ὑπάρξαι τοῦτο, τὸ ἅπαξ τινὰ ἰασάμενον, πάντας ἐς ἀεὶ θεραπεύειν, ὁπόσους ἂν ὁ θεραπευθεὶς θέλῃ· ἐπεὶ δεσπότας ἂν οὕτω καθ' ἡμῶν εἴημεν τοὺς θεραπευμένους κεχειροτονηκότου, καὶ μισθὸν, τὸ δουλεύειν, αὐτοῖς, καὶ τὸ πάντα κελεύουσιν ὑπηρετεῖν προδεδωκότες. οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀδικώτερον; ἢ διότι σε νοσήσαντα χαλεπῶς οὕτως ἀνέστησα, διὰ τοῦτο νομίζεις ἐξεῖναί σοι, καταχρῆσθαί μου τῇ τέχνῃ; ταῦτα μὲν οὖν εἶχον ἂν λέγειν, εἰ καὶ δυνατά μοι οὗτος προσέταττεν, ἐγὼ δὲ μὴ πάντως ἅπασι, μὴ δὲ πρὸς ἀνάγκην ὑπήκουον. νῦν δὲ ἤδη σκέψασθε καὶ οἷά ἐστιν αὐτοῦ τὰ ἐπιτάγματα. ἐπεὶ γὰρ ἐμὲ ἰάσω, φησὶ, μεμηνότα, μέμηνε δὲ καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὰ ὅμοια πάσχει (τοῦτο γὰρ οἴεται) καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀπέγνωσται, δύνασαι δὲ σὺ πάντα, ὡς ἔδειξας· ἰῶ καὶ ταύτην,

tur in occasionem, vt postea nolenti præcipias: iamque in consuetudinem trahatur, vt qui semel sanauerit aliquem, semper deinde curet omnes quoscunque voluerit is qui sanatus est. Etenim ad istum modum fieret, vt quos curaremus, eos dominos nobis creauerimus, nosquemetipsos illis tradiderimus, mercedis loco seruitutem accepturi, & ad omnia quæ iusserint, obtemperaturi. qua re quid esse potest iniquius? Quoniam te grauiter adeò laborantem restitui, ob id existimas tibi ius esse arte vtendi mea? Atque hæc quidem dicere poteram, si mihi hic imperasset ea quæ meæ sint facultatis, atque ego non omnino modis omnibus vel inuitus obtemperassem. At nunc tandem perpendite, cuiusmodi sint huius imperata: Quandoquidem, inquit, me laborantem insania, sanâsti: insanit autem & vxor, eodemq; tenetur morbo (sic enim opinatur) & à cæteris medicis ad eundem modum destituta est: tuq; potes omnia, id quod re demonstrâsti: sanato hanc quoque,

καὶ ἀπάλλαττε ἤδη τῆς νόσου. τοῦτο δὲ, οὕτωσὶ μὲν ἁπλῶς ἀκοῦσαι, πάνυ εὔλογον ἂν δύξειε καὶ μάλιστα ἰδιώτῃ, καὶ ἀπείρῳ ἰατρικῆς. εἰ δέ μου ἀκούσετε ὑπὲρ τῆς τέχνης δικαιολογουμένον, μάθοιτ' ἂν ὡς οὔτε πάντα ἡμῖν δυνατά ἐστιν, οὔθ' αἱ τῶν νοσημάτων φύσεις παραπλήσιοι, οὔτ' ἴασις ἡ αὐτὴ, οὔτε φάρμακα τὰ αὐτὰ, ἐπὶ πάντων ἰσχυρά. καὶ τότ' ἔσται δῆλον, ὡς πάμπολυ τοῦ μὴ βούλεσθαί τι, τὸ μὴ δυνάσθαι διαφέρει. ἀνάσχεσθε δέ μου τὰ περὶ τούτων φιλοσοφοῦντος, καὶ μὴ ἀπειρόκαλον, μήδ' ἐξαγώνιον, μήδ' ἀλλότριον, ἢ ἄκαιρον ἡγήσησθε, τὸν περὶ τῶν τοιούτων λόγον. πρῶτα μὲν δὴ σωμάτων φύσεις, καὶ κράσεις οὐχ αἱ αὐταὶ, κἂν ὅτι μάλιστα ἐκ τῶν ὁμοίων συνεστάναι ὁμολογῶνται, ἀλλὰ τὰ μὲν τῶνδε, τὰ δὲ τῶνδε μᾶλλον ἢ ἔλαττον μετέχει. καὶ λέγω τοῦτο ἔτι περὶ τῶν ἀνδρείων, ὡς

ac morbo leuato. Id si quis simpliciter ad hunc audiat modum, vehementer æquum videatur, præsertim illiterato, artisq; medicinæ imperito. Sin autem me auscultetis artis nomine respondentem, intelligetis nimirum, nec omnia esse nostræ facultatis, neque consimiles morborum naturas, nec eandem medendi rationem, nec eadem remedia in omnibus efficacia. Ac tum palàm fiet, quantum intersit nolis quippiam, an non possis. Vos interim patienter auscultate me hisce de rebus philosophantem: existimantes nec inelegantem fore, nec extra causam, nec alienam à re, nec intempestiuam de his disputationem. Iam primùm naturæ corporum ac temperaturæ, haudquaquam eædem sunt: tametsi maximè in confesso est, ijsdem ex elementis constare. Verùm alia de his, alia de illis magis aut minus participant: idq; loquor adhuc de corporibus virorum, quæ neque

ὡς οὐδὲ ταῦτα πᾶσιν ἴσα ἢ ὅμοια, οὔτε τῇ κράσει, οὔτε τῇ συστάσει, διάφορα δὲ καὶ μεγέθει καὶ εἴδει· ἀνάγκη καὶ τὰ νοσήματα ἐγγίνεσθαι αὐτοῖς, καὶ τὰ μὲν οὐίατα εἶναι, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἀναπεπταμένα, τὰ δὲ τέλεον ἀπεγνωσμένα, καὶ ῥᾳδίως ἁλισκόμενα, καὶ κατὰ κράτος ὑπὸ τῶν νοσημάτων λαμβανόμενα. τὸ τοίνυν οἴεσθαι, πάντα πυρετὸν, ἢ πᾶσαν φθόην, ἢ περιπνευμονίαν, ἢ μανίαν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὖσαν, τοῦ γένει ὁμοίαν ἐπὶ παντὸς εἶναι σώματος, οὐσωφρονοιούτων, οὐδὲ λελογισμένων, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἐξητακότων ἐστὶν ἀνθρώπων. ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἐν μὲν τοῦδε ῥᾴδιον ἰᾶσθαι, ἐν δὲ τοῦδε οὐκ ἔτι. ὥσπερ οἶμαι καὶ πυρὸν, ἢν τὸν αὐτὸν ἐς διαφόρους χώρας ἐμβάλῃς, ἄλλως μὲν ἐν τῇ πεδινῇ, καὶ βαθείᾳ καὶ ποτιζομένῃ, καὶ ἐνηλίῳ καὶ ἐνηνέμῳ καὶ ἐξειργασμένῃ ἀναφύεται, ἐνθαλὴς οἶμαι, καὶ ἔντροφος, καὶ

neque similia sunt omnibus, neque eadem temperatura, neque eadem constitutione. Vnde necessariò consequitur, vt morbi quoque tum magnitudine tum specie differentes, his accidant: vtq; alia sanatu sint facilia, atque ad curationem spontè propensa: alia rursum prorsus desperata, vt quæ & facillimè corripiantur, & grauissimè à morbis prehendantur. Proinde si quis existimet, quamlibet febrim, aut quamuis tabem, aut peripneumoniam, aut insaniam, quolibet in corpore vnam atque eandem esse genere: is non videatur ponendus inter sobrios, neque doctos, neque inter eos qui in rebus huiusmodi exquirendis elaborârunt. Quin idem malum in hoc corpore facilè sanabitur, in hoc minimè: quemadmodum videlicet triticum, si idem in diuersos eijcias agros, aliter proueniet, in plano solo, profundo, irriguo, aprico, ventis salubrib. exposito, exculto, nimirum vbere, læto,

καὶ πολύχους καρπὸς, ἄλλως δὲ ἐν ὄρει, καὶ ὑπολίθῳ γηδίῳ, ἄλλως δὲ ἐν δωσηλίῳ, ἄλλως δὲ ἐν ὑπωρείᾳ, καὶ ὅλως, διαφόρως καθ' ἑκάστους τόπους. οὕτω δὲ καὶ τὰ νοσήματα, παρὰ τοὺς ὑποδεξαμένους τόπους, ἢ εὔφορα ἢ εὔτροφα, ἢ ἐλάττω γίγνεται. τοῦτο τοίνυν ὑπερβὰς ὁ πατὴρ, καὶ ὅλον ἀνεξέταστον καταλιπὼν, ἀξιοῖ πᾶσαν μανίαν, τὴν ἐν ἅπαντι σώματι, ὁμοίαν εἶναι, καὶ τὴν θεραπείαν ἴσην. πῶς δὲ τούτοις, τοσούτοις οὖσιν, ὅτι τὰ γυναικεῖα σώματα πάμπολυ τῶν ἀνδρείων διαφέρει, πρός τε νόσου διαφορὰν, καὶ πῶς θεραπείας ἐλπίδα ἢ ἀπόγνωσιν, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. τὰ μὲν γὰρ τῶν ἀνδρῶν εὐπαγῆ καὶ εὔτονα, πόνοις καὶ κινήσεσι, καὶ ὑπαιθείῳ διαίτῃ γεγυμνασμένα· τὰ δὲ, ἔκλυτα καὶ ἀσυμπαγῆ, ἐν σκιᾷ, τετραφημένα, καὶ λευκὰ αἵματος ἐνδείᾳ, καὶ θερμοῦ ἀπορίᾳ, καὶ ὑγροῦ περιττοῦ ἐπιῤῥοίᾳ ἐναλωτότερα.

copiosoque fructu: rursum aliter in montosa petricosaque terra, aliter in opaca, aliter in subiecta montibus: in summa, pro cuiusque loci diuersa natura, variè proueniet. Itidem & morbi, pro ratione corporum in quæ inciderint, aut maiores & vberiores, aut minores eueniunt. Verùm his omissis, pater, nec omnino discussa re, vult quamuis insaniam in quouis corpore consimilem esse, similemq́ desiderare curationem. Super hæc tam multa, muliebria corpora plurimum differre à virorum corporibus, vel ad morbi corruptionem, vel ad sanandi spem aut desperationem, facile fuerit cognoscere. Siquidem virorum corpora bene compacta sunt, neruosa: laboribus, agitationibus, vita sub dio acta, exercitata: contrà fœminarum, flaccida, malè compacta, in vmbra alita: candida, ob sanguinis inopiam, calorisq́ penuriam, & humoris superuacanei abundantiam,

τερα. τοίνυν τῶν ἀνδρείων καὶ ταῖς νόσοις ἐκκείμενα, καὶ τὴν ἴασιν οὐ περιμένοντα, καὶ μάλιστα πρὸς μανίας εὐχερέστερα ἅτε γὰρ πολὺ τὸ ὀργίλον, καὶ ἀνόφον, καὶ ὀξυκίνητον ἔχουσιν. ὀλίγην δὲ τὴν τῆς σώματος αὐτοῦ δύναμιν, ῥᾳδίως ἐς τὸ πάθος τοῦτο κατολισθαίνουσιν· οὐ δίκαιον τοίνυν, παρὰ τὴν ἴα τρῶν τὴν ὁμοίαν ἐπ' ἀμφοῖν θεραπείαν ἀπαιτεῖν, εἰδότας ὡς πολὺ τοὐνμέσω, βίῳ παντὶ, καὶ πράξεσιν ὅλαις, καὶ πάσιν ἐπιτηδεύμασιν, ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς κεχωρισμένων. ὅταν τοίνυν λέγῃς, ὅτι μέμηνε, προστίθει, ὅτι καὶ γυνὴ ὅσα μέμηνε. καὶ μὴ σύγχει ταῦτα πάντα, τῶν τῆς μανίας ὑπάγων ὀνόματι ἑνὶ καὶ τῶν αὐτῶν δοκοῦντι· ἀλλὰ χωρήσας, ὥσπερ ἐστὶ, καὶ ὂν τῇ φύσει, τὸ δυνατὸν ἐφ' ἑκάστου σκόπει. καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὅσπερ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων εἰπὼν μέμνημαι, τοῦτο πρῶτον ἐπισκοποῦμεν, φύσιν σώματος τοῦ νοσοῦντος, καὶ κράσιν, καὶ

dantiam. Quare faciliùs corripiuntur, quã virorum: utpotè morbis exposita, nec ferentia curationem: præcipuè verò ad insaniam procliuiora. Nam cũ multum habeant iracundiæ ac leuitatis, facileq́ cõmoueantur, porrò corporis exiguæ sint vires, facilè in hoc malum prolabuntur. Proinde non conuenit, in vtrisq́ eandem à medicis sanandi orationem requirere: cùm intelligatis hæc ab illis longissimo distare interuallo, iam ab ipso protinus ortu discreta, tum tota vitæ ratione, tum actionibus omnibus, tum studijs atque exercitijs vniuersis. Quare cùm dicis, Insania laborat: adde hoc quoque, laborat mulier. Neque confundas hîc, omnia sub vnam & eandem insaniæ referens appellationem: verùm discretis ijs, quemadmodum & natura discreuit, quid in quoque præstari possit, considera. Nam nos, quemadmodum initiò dixisse memini, illud in primis spectamus, ægroti corporis naturam ac temperaturam,

καὶ τίνος πλέονος μετέχῃ καὶ ἀθρόστερον ἢ ψυχρότερον, ἢ ἀκμάζον ἢ παρηβηκὸς, καὶ μέγα ἢ μικρὸν, καὶ πίμπλης ἢ ὀλιγόσαρκον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. καὶ ὅλως, ἢν τις αὐτὰ προσέχῃ τάσῃ, εὑρήσει ἀξιόπιστος ἂν ἄνθρωπος, ἀπογινώσκων τι, ἢ ὑπισχνούμενος. ἐπὶ καὶ τῆς μανίας αὐτῆς μυρία εἴδη ἐστὶ, καὶ πάμπολλοι ἐφ' ἑκάστοις, καὶ οὐδὲ τὰς προσηγορίας αὐτὰς ὁμοίας. οὐ γὰρ ταυτὸν παραφρονεῖν, καὶ παραπαίειν, καὶ λυττᾶν, καὶ μαίνεσθαι· ἀλλὰ ταῦτα πάντα, τοῦ μᾶλλον ἢ ἧττον ἔχεσθαι τῇ νόσῳ, ὀνόματά ἐστιν, αἰτίαι τε τοῖς μὲν ἀνδράσιν ἄλλαι, τῶν δὲ γυναικῶν ἑτέραι, καὶ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν τοῖς μὲν νέοις ἄλλαι, τοῖς δὲ γεγηρακόσι διάφοροι. οἷον νέοις μὲν πλῆθος, ὡς τὸ πολὺ γέρουσι δὲ διαβολὴ ἄκαιρος, καὶ ὀργὴ ἄλογος, πολλάκις καθ' εἰκαίων ἐμπεσοῦσα, τὸ μὲν πρῶτον διαταράξῃ, ἔπειτα κατ' ὀλίγον εἰς μανίαν τρέψῃ.

& cuius qualitatis magis sit particeps, calidius an frigidius, vigens an ætate deficiens, magnum an pusillum, crassum an macilentum: reliquaque id genus omnia. Quæ si quis penitus expenderit, is demum erit idoneus cui fides habeatur vel desperanti, vel recipienti: quandoquidem & insaniæ innumerabilia sunt genera, & causæ complures: nec vocabula quidem eadem. Neque enim idem desipere ac delirare, rabere & insanire: verùm hæc omnia nomina significant magis aut minus obnoxiũ esse morbo. Porrò causæ aliæ sunt viris, aliæ fœminis. Rursum inter ipsos viros aliæ iuuenibus, aliæ senibus: puta iuuenibus immodica fermè repletio: senibus autem importuna calumnia, ira impotens, quæ sæpenumerò incidit aduersus domesticos. Hæc initiò perturbat animum: deinde paulatim vergit in insaniam.

Porrò

τρεψε. γυναικῶν δὲ πολλὰ καθικνεῖται, καὶ ῥᾳδίως ἐς τὴν νόσον ἐπάγεται, μάλιστα δὲ μῖσος κατά τινος πολὺ, ἢ φθόνος ἐπ' ἐχθρῷ εὐτυχοῦντι, ἢ λύπη τις. ἢ ὀργὴ κατ' ὀλίγον. ταῦτα ἑποτυφόμενα, καὶ μακρῷ χρόνῳ ἐντρεφόμενα, μανίαν ἀπρτελεῖ. τοιαῦτά σοι, ὦ πάτερ, καὶ ἡ γυνὴ πέπονθε, καὶ ἴσως τι λελύπηκεν αὐτὴν ἔναγχος. οὐδὲν γὰρ ἐκείνη ἐμίσει, πλὴν ἔξεταί γε, καὶ οὐκ ἂν ἐκ τῶν παρόντων ἑπ' ἰατροῦ θεραπευθῆναι δύναιτο. ὡς εἴ γε ἄλλος τὶς ἑπόσχοιτο, εἴ τις ἀπαλλάξειε, μίσει τότε ὡς ἀδικοῦντα ἐμέ. καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὦ πάτερ, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι εἰπεῖν, ὅτι εἰ καὶ μὴ τελέως οὕτως ἀπέγνωστο, ἀλλά τις ἔτι σωτηρίας ἐλπίς ὑπεφαίνετο, οὐκ ἂν οὐδ' οὕτω ῥᾳδίως προσηψάμην, οὐδ' ἂν προχείρως φάρμακον ἐγχέαι ἐτόλμησα, δεδιὼς τὴν

Porrò mulierum corpora & multæ res infestant, & facilè in morbum adducunt: præcipuè verò si quem oderint vehementius, aut si inuideant inimico, secundis rerum successibus vtenti: aut si quid molestum sit, aut si cui succenseant. Hæc paulatim subgliscentia, multóque alita tempore, tandem in insaniam euadunt. Eiusmodi rerum aliquid vxori quoque vsuuenit, pater: & haud scio an nuper aliquid illi ægritudinem aliquam attulerit. Nihil enim illa oderat, quanquam morbo sanè tenetur, neque his malis vllius medici cura poterit eripi. Quòd si quis alius se facturum receperit, aut si quis eam liberârit: tum me oderis licet, velut iniurium. Tametsi ne illud quidem verebor dicere pater: Etiam si non prorsus esset, vt est, desperandum, sed adhuc aliqua salutis spes leuis ostenderetur, nec sic quidem facilè manum admouerem, neque statim auderem ministrare potionem: videlicet veritus

τὴν τύχην, καὶ τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δυσφημίαν. ὁρᾷς ὡς οἴονται πάντες, εἶναί τι μῖσος πρὸς τοὺς προγόνους πάσαις μητρυιαῖς, κἂν ὦσι χρηστὰι, καί τινα κοινὴν μανίαν ταύτην γυναικείαν αὐτὰς μεμηνέναι. τάχα οὖν τις ὑπώπτευεν, ἄλλως χωρήσαντος τοῦ κακοῦ, καὶ τῶν φαρμάκων οὐ δυνηθέντων, κακοήθη καὶ δολερὰν τὴν θεραπείαν γεγονέναι. καὶ τὰ μὲν τῆς γυναικὸς, ὦ πάτερ, οὕτως ἔχει· καὶ πάνυ σοι τετηρηκὼς λέγω, οὔ ποτε ῥᾷον ἕξει, κἂν μυριάκις πίῃ τοῦ φαρμάκου. διὰ τοῦτ' ἐπιχειρεῖν οὐκ ἄξιον, εἰ μὴ πρὸς μόνον τὸ ἀποτυχεῖν με κατεπείγεις, καὶ κακοδοξίᾳ περιβαλεῖν θέλεις. ἐάσων ὑπὸ τῶν ὁμοτέχνων φθονεῖσθαι. ἐὰν δὲ με ἀπεκηρύξῃς πάλιν, ἐγὼ μὲν, καί τοι πάντων ἔρημος γενόμενος, οὐδὲν κατὰ σοῦ δεινὸν εὔξομαι. ἢν δ' ἄν, ὅπερ μὴ γένοιτο, ἄνθις ἡ νόσος ἐπανέλθοι (φιλεῖ

fortunam ac multorum hominum obtrectationem. Vides vt omnes arbitrantur, priuignos inuisos esse nouercis omnibus, etiamsi probæ fuerint: easque hanc ceu communem quandam mulierum insaniam insanire. Quare facilè suspicatus fuisset aliquis, si malum hoc secus euenisset, neque profuissent remedia, perfidam ac dolosam fuisse curationem. Atque vxoris quidem res, pater, ad hunc sese habent modum: idque loquor, quod prorsus exploratum habeo: nunquam melius est habitura, etiam si millies biberit pharmacum, eoque non operæprecium conari: nisi me in hoc solum vrges, vt frustrer: idque vis, vt fœdam mihi famam accersam. Patere vt mihi eiusdem artis professores inuideant. Quòd si me rursum abdicaris, ego quidem etiam si ab omnibus deserar, tamen tibi nihil imprecabor graue. Sed quid si (quod auertat Deus) redeat morbus: (solent

(φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦτα ἐρεθιζόμενα, παλινδρομεῖν) τί με πρᾶξαι δεήσει; θεραπεύσω μὲν, εὖ ἴσθι, καὶ τότε· καὶ οὔ ποτε λείψω τὴν τάξιν, ἣν τοὺς παῖδας ἔταξεν ἡ φύσις, οὐδὲ τοῦ γένους τὸ ἐπ' ἐμαυτῷ ἐπιλήσομαι. εἶτ' ἂν σωφρονήσῃς, αὖθις ἀναλαμβάνειν πώποθε πιστεῦσαί με δεῖ; ὁρᾷς ἤδη, καὶ ταῦτα ποιῶν, ἐπισπᾷ τὴν νόσον, καὶ ὑπομιμνήσκεις τὸ πάθος. χθὲς καὶ πρώην ἐκ τηλικούτων κακῶν ἀνασφήλας, δατείνῃ, καὶ βοᾷς καὶ τὸ μέγιστον ὀργίξῃ, καὶ πρὸς μῖσος τρέπῃ, καὶ τοὺς νόμους ἀνακαλεῖς. οἴμοι πάτερ, τοιαῦτ' ἦν σου καὶ τὰ πάλαι μανίας τὰ προοίμια.

(*solent istiusmodi fermè mala irritata recurrere*) *quid erit mihi faciundum? Curabo, vt nosti, tum quoq; neq; vnquam defuturus sum officio, quod liberis natura præscripsit: neq; generis, quoad in me fuerit, obliuiscar. Deinde si resipueris, nũ credere debeo futurum, vt me denuò recipias, illud vide. Iam ista quum facis, accersis morbum, pestémque refricas. heri ac nudiustertius è tantis elapsus malis, contendis, vociferaris: quódque grauissimum est, irasceris: ad odium propensus es: leges reuocas. Hei mihi pater, istiusmodi fuerant superioris insaniæ tuæ proœmia.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a SVCCENSENT enim omnes ijs qui liberè loquuntur.] *Obsequium amicos, veritas odium parit.* *b* Paternam potestatem.] *Lucianus appellat* πατρικὴν δυνάστειαν, *siue* ἐθουσίαν, *quod Aristoteles in Moralibus ius* δεσποτικὸν *& ius* πατρικὸν, *hoc est, paternum, siue vt ait Paulus de verborum obligationibus, patrium.* *c* Ingratitudinis actionem.] *Seneca 3. de Beneficijs: Excepta, inquit, Macedonum gente, nõ est in vllam data aduersus ingratum actio.* *d* Quando foris cubui?] *Ostendit quibus ex causis filij abdicari soliti sint, scilicet si noctu foris cubuissent, si comessarentur, si lenones pulsassent,*

sent, si libidinibus incumberent. Quintil. Abdicantur filij, si voluntati paternæ repugnassent. e Atqui medendi ars.] *A conditione artis Medicæ, cuius studium olim erat cumprimis honorificum, vt Galenus inexhortatione ad bona studia. Et Erasmus in Encomio artis Medicinæ locupletissimè comprobant.* f Postulas vti arte mea.] *Vitruuius in Præfatione lib.6. sic scribit. Alexis poëta Comicus dicebat, Athenienses ob eam rem esse laudandos, quòd cùm omnium Græcorum leges cogant parentes ali à liberis: Atheniensium non omnes, sed eos tantùm, qui liberos artibus erudijssent. Ita Plutarchus in Solone:* καὶ νόμον ἔγραψον υἱὸν τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην, ἐπάναγκες μὴ εἶναι, καὶ οὕτως μὲν πρὸς τὰς τέχνας ἔστρεψε τοὺς πολίτας. *id est, Solon etiam legem scripsit: Filium illi patri nequaquã alendi necessaria debere, à quo nullam artem accepisset. hoc pacto ciues ad discendas artes commonens.*

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Η ψευδομάντις. *ALEXANDER, seu Pseudomantis.*

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

HIstorica narratio est, vitam & res Alexandri cuiusdam sceleratissimi impostoris, qui se Podalirij filium faciebat, & pro vate venditabat, exponens, lectu iucundissima: non per se modò, verumetiam quod sub huius præstigiatoris exemplo, aliorum atque similium, quorum nonnullos superior ætas quoque tulit, scelera atq; imposturæ deprehendi coarguiq; possunt. Procemio difficultatem suscepti operis collatione quadam amplificat, institutumque suum exemplo defendit. Hinc ad Narrationem descendens, à descriptione personæ orditur, Cætera plana sunt.

ΥΜΗ ἴσως, ὦ φίλτατε Κέλσε, μικρόν τι ἔργον, καὶ φαῦλον οἷα τὸ πρόσταγμα, προσάπτειν τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀβωνοτειχίτου, τοῦ γόητος βίον, καὶ ποιήσεις αὐτοῦ, καὶ ζηλήματα, καὶ μαγγανείας εἰς βιβλίον ἐγγράψαντα πέμψαι. τὸ δ' ἂν τις ἐθέλοι πρὸς τὸ ἀκριβὲς ἕκαστον ἐπεξιέναι, μεῖζον ἂν εἴη, καὶ τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου πράξεις ἀναγράψαι. τοσοῦτος εἰς κακίαν οὗτος, ὅσος εἰς ἀρετὴν ἐκεῖνος. ὅμως δ', εἰ μὲ τὰ συγγνώμης ἀναγνώσεσθαι μέτριοι καὶ τὰ ἐνδιαίτια τοῖς ἐσομένοις προσοίσεσθαι, ποιήσομαί σοι τὸν ἄθλον, καὶ τῷ Αὐγέᾳ βουκολίαν, εἰ μὴ πᾶσαν, ἀπ' ἐς λύμης γε τῷ ἐμαυτοῦ, ἀνακαθήραθαι παράσχομαι, ὀλίγης ὅσης τ' ἐμοὶ σοφίνου ἐκφορήσας, ὡς ἀπ' ἐκείνων τὴν μαίριον, πόση πᾶσα, καὶ ὡς ἀμήτριος οὖσ' ἡ ὕλη, τοῦ τετρακισχιλίοι βόες ἐν ὀκτὼ ἔτεσι ποιῆσαι ἐδυνάσθησαν. ἀλλὰ

Vquidem, charissime Celse, leuem fortè quandã ac facilem prouinciã tibi mandare videris, cùm iniungis vt Alexandri Abonotichitæ impostoris vitam, commenta, neque non audaciam præstigiasq; libro complexus, volumen ad te transmittam. Verùm si quis ea conetur omnia ad plenum enarrare, id profectò non minoris sit negotij, quàm Alexandri eius, cui Philippus fuit pater, res gestas literis prodere. tantus fuit scelere, quantus ille virtute. Attamen si candidè ignoscenter & legere voles, & quod narrationi deerit, id ex te imputare atque addere: conatum hunc te auctore capessam, & [a] Augiæ bubile, si non omne, at certè pro mea virili repurgare nitar, paucis aliquot elatis cophinis: nimirũ vt ex his coniecturam facias, quantus, quamq; immensus fuerit fimus vniuersus, quẽ ter mille boues multis annis reddere potuerit. Sed ar-

borum

δοῦμαι μὲν οὖν ὑπὲρ ἀμφοῖν, ὑπέρ τε σοῦ, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ σοῦ μὲν, ἀξιοῦντος μνίμῃ καὶ γραφῇ παραδοθῆναι ἄνδρα τρισκατάρατον· ἐμοῦ δὲ, σπουδὴν ποιουμένου ἐπὶ τοιαύτῃ ἱστορίᾳ, καὶ πράξεσιν ἀνθρώπου, ὃν οὐκ ἀναγιγνώσκεσθαι πρὸς τῶν πεπαιδευμένων ἦν ἄξιον, ἀλλ' ἐν πανδήμῳ τινὶ μεγίστῳ θεάτρῳ ὁρᾶσθαι, ὑπὸ πιθήκων ἢ ἀλωπέκων σπαραττόμενον. ἀλλ' τὴν τις ἡμῖν ταύτην ἐπιφέρῃ τὴν αἰτίαν, ἔξομεν καὶ αὐτοὶ εἰς παράδειγμά τι τοιοῦτον ἀνενεγκεῖν. καὶ Ἀρριανὸς γὰρ, ὁ τοῦ Ἐπικτήτου μαθητὴς, ἀνὴρ Ρωμαίων ἐν τοῖς πρώτοις, καὶ παιδείᾳ παρ' ὅλον τὸν βίον συγγενόμενος, ὅμοιόν τι παθὼν, ἀπολογήσαιτ' ἂν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. Τιλλιβόρου γοῦν τοῦ λησοῦ κἀκεῖνος βίον ἀναγράψαι ἠξίωσεν. ἡμεῖς δὲ, πολὺ ὠμοτέρου λῃστοῦ μνήμην ποιησόμεθα, ὅσῳ μὴ ἐν ὕλῃ καὶ ὄρεσιν, ἀλλ' ἐν πόλεσιν οὗτος ἐλῄστευεν, οὐ Μινύαν μόνην, οὐδὲ τὴν Ἰδὴν

borum interim nomine calumniam vereor, tuo pariter ac meo: tuo, qui iubeas memoriæ literarumq; monumentis tradi virum longè scelera=tissimum: meo, qui sumam operam in huiusmodi narratione, rebusq; gestis hominis, quem nequaquam oportebat ab eruditis legi, sed in frequentissimo quopiam & amplissimo theatro spectari à simijs aut vulpibus discerptũ: quãquam si quis hoc crimen nobis impegerit, poterimus & ipsi nos exemplo quodam simili tueri. Etenim Arrianus ille discipulus Epicteti, vir inter Romanos cũ primis laudatus, ac per omnem vitam in literarũ studio versatus, cùm simile quiddam fecerit, pro nobis quoq; responsurus est. Nam is quidem Tillibori latronis vitam describere non est grauatus. [b] *Nos verò multum crudeliorem* [c] *latronem memoriæ prodemus: quippe qui non in syluis ac montibus, sed ipsis in vrbibus sit latrocinatus: neque qui Minyam tantùm, aut Idam*

ἄλλων καταπίχων, ἀλλ' ὀλίγα τῆς Ἀσίας μέρη, τὰ ἐρημότερα λεηλατῶν, ἀλλὰ πᾶσαν (ὡς ἔπος εἰπεῖν) τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐμπλήσας τῆς λῃστείας τοῦτου. πρότερον δέ σοι αὐτὸν ὑπογράψω τῷ λόγῳ, πρὸς τὸ ὁμοιότατον ἀπάσας τὴν μορφὴν, ὡς ἂν δυνώμαι, καί σοι μὴ πάνυ γραφικός τις ὦ. τὸ γὰρ δὴ σῶμα, ἵνα σοὶ καὶ τοῦτο δείξω, μέγας τις ἦν, καὶ λαμπὸς ἰδεῖν, καὶ θεοπρεπὴς ὡς ἀληθῶς. λευκὸς τὴν χρόαν, τὸ γήρᾳ δὲ πάνυ κάσιος. μόλις τὴν μὲν ἰδίαν, τὴν δ' καὶ πρόσθεν ἐπὶ κεφαλῆς, οὗ μάλα ἀκριβῶς καὶ τὸς κομᾶς. ὅτι μὴ ἀκομοία, λελυθῆναι. ὀφθαλμοὶ μὲν τὸ γοργὸν, καὶ ἔνθεον διαφαίνουσι. φώνημα ἥδιστόν τι ἅμα, καὶ λαμπρότατον. καὶ ὅλως, ἐδαμόθεν μεμπτὸς μὴ ταῦτά γε. τοιοῦδε μὲν τὴν μορφήν. ὦ ψυχὴ δή. καὶ ἐγνώμην, ἀλεξίκακε Ἡράκλεις, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε, καὶ Διόσκουροι σωτῆρες,

Idam sit pergrassatus, neque paucas quasdam Asiæ partes, videlicet desertiores depopulatus: sed qui vniuersam (vt ita dixerim) Romanorum ditionem suo complêrit latrocinio. Ac primùm tibi depingam hominem, effigiem eius quoad potero proximè verbis adumbrans: tametsi non sum admodum pingendi peritus. [d] Corpore igitur, vt interim & hoc tibi repræsentem, procerus erat, & aspectu decorus, planéque specie diuina quadam, ac maiestatis plena, colore candido, barba non admodum hirsuta: coma partim natiua tectus, partim appositicia: sed hæc adeò scienter efficta, vt vulgus ferè non sentiscèret imitatâ ascititiamque esse. Oculi vehementer acres ac versatiles, tum diuinum quiddã relucentes. Vox dulcissima, pariterque clarissima. In summa, quo ad has res, nulla ex parte poterat improbari. Ac figura quidem hominis erat huiusmodi. Cæterùm mens atque animus, ô malorum depulsor Hercules, & auersor tristium Iupiter, seruatoresque

ρῶν, πολιμίοις καὶ ἐχθροῖς ἐντυχεῖν γένοιτο, ἢ συγγένεσθαι τοιούτῳ τινί· σωφρονῆ μὲν γὰρ, καὶ ἀγχινοίᾳ, καὶ δριμύτητι, πάμπολυ τῶν ἄλλων διαφέρει, καὶ τόγε περίεργον καὶ εὐμαθὲς καὶ μνημονικὸν, καὶ πρὸς τὰ μαθήματα εὐφυὲς, πάντα ταῦτα εἰς ὑπερβολὴν ἕκαστα ὑπῆρχεν αὐτῷ, ἐχρῆτο δὲ αὐτοῖς εἰς τὸ χείριστον. καὶ ὄργανα ταῦτα γενναῖα ὑποβεβλημένα ἔχων, αὐτίκα μάλα τῶν ἐπὶ κακίᾳ δεδοκιμασμένων ἀκροτάτου ἀπετελέσθη, ὑπὲρ τοὺς Κίρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ Φρυνώνδαν, ἢ Ἀριστόδημον ἢ Σώστρατον. αὐτὸς γὰρ ὁ γαμβρὸς Ρετιμιανῷ ποτε γράφων, καὶ τὰ μετεωράτατα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγων, Πυθαγόρᾳ ὅμοιος εἶναι ἤξίου. ἀλλ' ἴσως μὴ ὁ Πυθαγόρας ἀνὴρ, σοφὸς ἀνὴρ, καὶ λίαν γνώμιμος θεσπίσαι, ἢ ἐκ τούτου ἐγίγνωσκε, πῶς ἂν, εὖ οἶδα, ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξεν. καὶ πρὸς Χαρίτων, μή μοι νομίσῃς ὑφ' ὕβρεως ταῦτα τὸν Πυθαγόραν λέγειν,

que Dioscuri, in hostes potiùs cõtingat incidere, quàm cum eiusmodi quopiam habere commercium. Siquidem ingenio, solertia, acumine longè præstabat cæteris animalibus. tum curiositas, docilitas, memoria, & ad disciplinas ingenij felicitas, horum vnumquodque suprà quàm dici possit, illi suppetebat, quibus tamen pessimam in partem est vsus. Et quum haberet arma tam egregia sibi suppeditata, illicò nimirum omnium qui essent sceleribus nobilitati, facilè summus euasit, vel superior, [c] Cercopibus, Eurybato, Phrynonda, Aristodemo, [f] Sostrato. [g] Nam ipse cùm aliquando Rutiliano scriberet genero, modestissimé; de se loqueretur, Pythagoræ semet assimilabat. Atqui veniam mihi dabit Pythagoras, vir ille quidem sapiens, ac mente diuina: cæterùm si huius ætate vixisset, puer (sat scio) præ hoc visus

fuisset. Sed heus tu per Gratias, cave putes hæc in Pythagoræ con-

γειν, ἢ συνάπτειν πειρώμενον αὐτοὺς εἰς ὁμοιότητας τῶν πράξεων. ἀλλ' εἴ τις τὰ χείρισα καὶ βλασφημότατα τῶν ἐπὶ διαβολῇ περὶ τοῦ Πυθαγόρου λεγομένων, οἷς ἔγωγε οὐκ ἂν πεισθείην, ὡς ἀληθέσιν οὖσιν, ὅμως συναγάγοι ἐς τὸ αὐτὸ, πολλοστὸν ἂν μέρος ἅπαντα ἐκεῖνα γένοιτο τῆς Ἀλεξάνδρου δεινότητος. ὅλως γὰρ ἐπινόησόν μοι, καὶ τῶν λογισμῷ διατύπωσιν ποικιλοτάτην τινὰ ψυχῆς πρᾶσιν, ἐκ ψεύδους καὶ δόλων, καὶ ἐπιορκιῶν, καὶ κακοτεχνιῶν συγκειμένην, ῥᾳδίαν, τολμηρὰν, παράβολον, φιλόπονον ἐξεργάσασθαι τὰ νοηθέντα, καὶ πιθανὴν καὶ ἀξιόπιστον, καὶ ἱκανοτικὴν τῆς βελτιόνος, καὶ τῶν ἐναντιωτάτῳ τῆς βουλήσεως ἐοικυῖαν. οὐδεὶς γοῦν τὸ πρῶτον ἐντυχὼν, οὐκ ἀπῆλθε δόξαν λαβὼν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς εἴη πάντων ἀνθρώπων χρυστότατος καὶ ἐπιεικέστατος, καὶ πρόσετι ἁπλοϊκώτατός τε καὶ ἀφελέστατος. ἐπὶ

ræ contumeliam me dicere, quasi velim eos similitudine rerum gestarum committere. Verùm si qs deterrima quæque & probrosissima quæ de Pythagora per calumniam ferūtur (quibus equidē haud quaquam fidem perinde vt veris habuerim) si quis tamen conferat in vnū, ea nimirum omnia vix etiam minimam particulam adæquent Alexandrinæ versutiæ. [h] *Prorsum enim imaginare mihi, & cogitatione finge, quàm maximè variam ingenij temperaturam, indolēmque ex mendacio, dolis, periurijs, maleficijs confusam, promptam, audacē, versatilem, & ad efficiendū quæ cogitasset, nullū refugientem laborem, appositam ad persuadendū, cuiq; facilè fides habenda videretur: tum quæ mirè simularet optima quæque: ea quæ à mente essent diuersissima, præ se ferret. Primùm igitur nemo cum illo congressus est, qui non hac cum opinione discesserit, vt eum mortalium omnium optimum æquissimúmque, prætereà simplicissimum, minimeq; fallacem iudicaret*

Accedeba

Deinde, paucis pòst diebus extincto puero, ipse quidem hærebat, nec habebat quod incusantibus responderet, oraculo videlicet ita re præsenti confutato. At Rutilianus optimus vltrò occupans, defendebat oraculum, affirmans hoc ipsum portendisse Deũ, qui iussissent neminem quidem è viuis adolescentulo deligi præceptorem, sed Pythagoram potius atque Homerum, iam olim defunctos, quibus cum credibile esset eum iam versari. Quid igitur Alexandro vitio vertere conuenit, si istiusmodi homunculos dignos habuit, quibus fucum faceret? Rursum eidem percontanti cuius tandem animam esset sortitus, ait:

Principiò fueras Pelides, deinde Menander,
Deinde is qui nũc es: pòst fax Phœbea futurus:
Octoginta æuum ac centum produxeris annos.

At hic septuagenarius interijt,

ὃτι μὴ ἀγχολήσας, οὐδὲ ὀκνή-
σας τὴν τοῦ θεοῦ ὑπόσχε-
σιν· καὶ οὕτως ὁ χρησμὸς τῶν
αὐτοφώνων ἦν. ἐραμένῳ δὲ
αὐτῷ ποτε καὶ περὶ γάμου, ἐπ-
ετῶδε ἔφη.

Γῆμον Ἀλεξάνδρου τε Σε-
λήνης τε θύγατρα.

Διεδεδόκει δὲ πάλαι λό-
γον, ὡς τῆς θυγατρὸς, ἣν ἔτ-
τεν, ἐκ Σελήνης αὐτῷ γενο-
μένης, τὴν γὰρ Σελήνην ἐρω-
τι ἁλῶναι αὐτοῦ, καθεύδοντ-
α ποτε ἰδοῦσαν, ὅπερ αὐ-
τὴ ἔθος, λοιμαινομένων ἐρᾷ
τῶν καλῶν. ὅθεν οὐδὲν μελ-
λήσας, ὁ σωφρονέστατος Ρου-
τιλιανὸς, αὐθημερὸν ἐπεμπεν ἐπὶ
τὸν πόρον, καὶ τοὺς γάμους
συντελεῖ ἐξηκοντούτης νυμ-
φίος, καὶ συνὼν, τὴν πενθε-
ρὰν Σελήνην ἑκατόμβας
ὅλας ἱλασκόμενος· καὶ τῶν
ἐπουρανίων εἷς καὶ αὐτὸς οἰό-
μενος γεγονέναι. ὅθεν ὡς ἅπαξ
τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πραγμάτων
ἐπέβη, μᾶλλον ἀεὶ πεσπι-
νόα καὶ πάνδοκος τῆς Ρωμαίων
ἀρχῆς

rijt, in insaniam versus, haud expectato Dei promisso: quāquam hoc quoque oraculum ex autophonis erat. Eidem item de vxore ducenda percontanti, aliquando incunctanter ac palàm respondit:

Ducito Alexandro natã
Lunáq; puellam.

Siquidem iam olim rumorem dissipârat, filiam quam habebat, è Luna sibi susceptam fuisse. Lunam enim ipsius amore captam fuisse, quum dormientem aliquando conspexisset. nam id illi familiare est, vt formosos somno sopitos admamare. Porrò Rutilianus vir prudentissimus, nihil cunctatus, protinus accersit virginem, nuptias conficit, sponsus iam sexagenarius, concumbitq; socrum suam Lunam solidis Hecatombis placans. Iamq; sibi vnus è cœlitũ numero videbatur. At hic vbi semel in Italia rem esset aggressus, maiora in dies ad hæc excogitabat, & in omnes Romanæ ditionis

ἀρχῆς ἔπεμπε χρησμοφόρους, ταῖς πόλεσι πολέγων, λοιμοὺς καὶ πυρκαϊὰς φυλάσσεσθαι, καὶ σεισμοὺς, καὶ ἀσφαλῶς βοηθήσειν, ὡς μὴ γένοιτό τι τούτων αὐτὸς ἐπισχνεῖτο αὐτοῖς. ἕνα δέ τινα χρησμὸν, αὐτόφωνον καὶ αὐτὸν, εἰς ἅπαντα τὰ ἔθνη, ἐν τῷ λοιμῷ, διεπέμψατο. ἦν δὲ τὸ ἔπος ἐν·

Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει.

καὶ τοῦτο ἦν ἰδεῖν τὸ ἔπος πανταχοῦ ἐπὶ τῶν πυλώνων γεγραμμένον, ὡς τοῦ λοιμοῦ ἀλεξιφάρμακον. τόδ' ἐς τοὐναντίον τοῖς πλείστοις πεὐχώρει· κατὰ γάρ τινα τύχην αὗται μάλιστα αἱ οἰκίαι ἐκενώθησαν, αἷς τὸ ἔπος ἐπεγέγραπτο. καὶ μή με νομίσῃς τοῦτο λέγειν, ὅτι διὰ τὸ ἔπος ἀπώλλυντο, ἀλλὰ τύχῃ τινὶ οὕτως ἐγένετο. τάχα δὲ οἱ πολλοὶ, καὶ καταθαρρῆσαντες τῷ στίχῳ ἠμέλουν, καὶ ῥαθυμότερον διῃτῶντο, οὐδὲν τῷ

næ ditionis partes, qui perferrent oracula, dimittebat, prædicens ciuitatibus cauendam esse pestilentiam, incendia, terræmotus: se certa remedia traditurum ne quid horum accideret, pollicebatur. Iamq; quum pestilentia increbuisset, vnum quoddam tale oraculum, autophonon & hoc, quoquouersum gentium prodiderat, vnico carmine comprehensum:

Intonsus nubem pestis depellit Apollo.

Atque hunc versiculum videre erat passim pro foribus descriptum, tanquam aduersus pestilentiam remedio futurum. Verùm ea res plurimis diuersam in partem euênit, propterea quòd fortuna quadam sic accidit, vt eæ domus quibus hic versus esset inscriptus, potissimùm desolarentur. Neque verò me putes illud dicere carmen in causa fuisse vt interierint, verùm casu quodam ad hunc modum accidit. Et haud scio an plerique freti carmine, negligentiùs ac securiùs vixerint; nihil aduersum

χρησμῷ πρὸς τὸν νόσον σωτηρίαν, ὡς ἂν ἔχουσιν πρὸς μαχομένας αὐτῶν συλλαβὰς, καὶ τὸν ἀκαρσικόμην Φοῖβον ἀπωθούμενα τὸν λοιμόν. πουθῶνας μέν τοι ἐν αὐτῇ Ῥώμῃ ἰατρήσατο, πάνυ πολλοὺς τῶν σωζομένων, οἳ τὰς ἑκάστων γνώμας διήγγελον αὐτῷ, καὶ τὰς ἐρωτήσεις προμήνυον, ἢ ὧν μάλιστα ἐφίενται, ὡς ἕτοιμον αὐτὸν πρὸς τὰς ἀκροάσεις, καὶ πρὶν ἥκειν τοὺς πεμπομένους λαμβάνεσθαι. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προμηχανᾶτο. τηλικόν τι γάρ τινα σωρὸν ἐπισυλλέγων δεισιδαιμονίας καὶ ἱεροφαντίας, τοιῶν ἐξῆς ἀεὶ τηλεμηχάνων ἡμερῶν. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ προῤῥήσεις λέγει, ὥσπερ Ἀθήνησι, τοιαύτην εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φωνείτω οἱ μυούμενοι τῷ θεῷ, τηλόθεν

uersum pestem præter oraculum adhibentes: perinde quasi syllabas pro sese pugnantes haberent, & intonsum Apollinem telis pestem propellentem. Exploratores item ex sua coniuratione quamplurimos Romæ cõstituerat, qui sibi qua quisque mente esset, indicarent: ac priusquã oraculum adüsse sent, illi significarent quidnam essent percõtaturi, quidque potissimum cupere viderentur: vt etiam priusquam aduenissent ij, qui mittebantur, ille iam ad respondendum instructus ac paratus esset. Atque hæc quidem & id genus alia machinamenta aduersus Italicas vrbes præstruxerat. Nam præter hæc & initiationes quasdam instituerat, tædarum per manus tradendarum gestationes, & sacrorũ cerimonias, quæ quidẽ tribus ex ordine diebus cõtinenter perage rentur. Ac primo quidem die Athenienſium ritu denunciatio fiebat huiusmodi: Si quis impius, aut Christianus, aut Epicureus mysteriorũ explorator accesſit, discedat. Cæterum q Deo

τελεσθωσαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. εἶτ' εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἐξέλασις ἐγίγνετο. καὶ ὁ μὲν ἡγεῖτο λέγων, ἔξω Χριστιανοὺς, τὸ δὲ πλῆθος ἅπαν ἐπεφθέγγετο, ἔξω Επικουρείους. εἶτα Λητοῦς ἐγίγνετο λοχεία, καὶ Απόλλωνος γοναὶ, καὶ Κορωνίδος γάμος, καὶ Ασκληπιὸς ἐτίκτετο. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, Γλύκωνος ἐπιφάνεια, καὶ γένεσις τοῦ θεοῦ. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ, Ποδαλειρίου τε ἦν καὶ τῆς μητρὸς Αλεξάνδρου γάμος. δᾳδὶς δὲ ἐκαλεῖτο, καὶ δᾷδου δὲ ἐκαίοντο. καὶ τελευταῖον, Σελήνης καὶ Αλεξάνδρου ἔρως, καὶ τικτομένη τοῦ Ρουτιλλιανοῦ ἡ γυνή. ἐδᾳδούχει δὲ, καὶ ἱεροφάντει ὁ Ενδυμίων Αλέξανδρος, καὶ ὁ μὲν, καθεύδων δῆθεν, κατέκειτο ἐν τῷ μέσῳ· κατῄει δὲ ἐπ' αὐτὸν, ἐκ τῆς ὀροφῆς, ὡς ἐξ οὐρανοῦ, ἀντὶ τῆς Σελήνης, Ρουτιλλία τις ὡραιοτάτη, τῶν Καίσαρος οἰκονόμων τινὸς γυνὴ, ὡς ἀληθῶς ἐρῶσα τοῦ Αλεξάνδρου, καὶ ἀντερω-

credunt & parent, sacris feliciter initiêtur. Sub hæc protinùs exigebantur, illo præeunte, dicentéque: Foràs pellantur Christiani. Tum multitudo acclamabat vniuersa: Foràs pellantur Epicurei. Dehinc Latonæ puerperium agebatur, & Apollinis natiuitas: tum Coronidis nuptiæ: demum nascebatur Aesculapius. Altero die Glycon in lucem emergens, Deiq́ exortus. Porrò tertio die Podalirij cum Alexandri matre coniugium agebatur. Dadis autem is appellabatur, idq́ ex re, propterea quòd faces quædam incenderentur. Postremo loco, Lunæ atque Alexandri amores, ac nascens Rutiliani coniunx. At verè facem gestabat, mysteriáque agebat Endymion Alexander, cùm hic dormiens scilicet in medio iaceret: descenderet autem in eum è tecti fastigio, tanquam è cœlo, Lunæ vicem agens Rutilia quædam formosissima, cuiusdam è Cæsareæ domus præfecti vxor, quæ nimirum vt amabat Alexandrum, ita vicissim

ἀντερωμένη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῖς τοῦ ὀλεθρίου ἐκείνου ἀνδρὸς, φιλήματά τε ἐγίγνετο ἐν τῷ μέσῳ, καὶ περιπλοκαί, εἰ δὲ μὴ πολλαὶ ἦσαν αἱ δᾷδες, τάχ' ἄν τι καὶ τῶν ὑπὸ κόλπου ἐπράττετο, μετὰ μικρὸν δὲ, εἰσῄει πάλιν ἱεροφαντικῶς ἐσκευασμένος, ἐν πολλῇ τῇ σιωπῇ, καὶ αὐτὸς μὲν ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἰὴ Γλύκων· ἐπεφθέγγοντο δὲ αὐτῷ ἐπακολουθοῦντες, εὐμολπίδαι δῆθεν, καὶ κήρυκές τινες Παφλαγόνες, καρβατίνας ὑποδεδεμένοι, πολλὴν τὴν σκοροδάλμην ἐρυγγάνοντες, ἰὴ Ἀλέξανδρε. πολλάκις δὲ ἐν τῇ δᾳδουχίᾳ. καὶ τοῖς μυστικοῖς σκιρτήμασι γυμνωθεὶς ὁ μηρὸς αὐτοῦ ἐξεπίτηδες, χρυσοῦς διεφάνη, δέρματος, ὡς εἰκὸς, ἐπιχρύσου περιτεθέντος, καὶ πρὸς τὴν αὐγὴν τῶν λαμπάδων ἀπστίλβοντος. ὥστε καὶ γενομένης ποτὲ, ζητήσεως δύο τισὶ τῶν μωροσόφων ὑπὲρ αὐτοῦ εἴ τε

cissim ab illo amabatur. Ac sub oculis perditissimi illius mariti, tum complexus agebantur, tum oscula, idq; in propatulo. Quòd nisi complures fuissent tædæ, forsan nonnihil & eorum, quæ fieri solent infra sinum, patratum fuisset. Paulò pòst rursum introibat ornatu sacerdotali, multo cum silentio. Deinde ipse primus clara voce sonabat, Io Glycon. Assonabant autem benè canori scilicet homines, nempe præcones aliquot Paphlagones, carbatinis calceati, plurimum allij nidorem ructantes, Io Alexander. Porrò subinde inter gestandas tædas, atque inter mysticas saltationes, femur illius de industria renudatum, aureum apparebat: pelle, sicuti conijcio, inaurata circundata, atque hac ad tædarum fulgorem relucente. Itaque quum duobus quibusdam ex eorum numero, qui desipienter sapientes sunt, super hac re verteretur altercatio, vtrum

εἴ τι Πυθαγόρου ψυχὴ ἔχοι, σκοπῶν τὸν χρυσοῦν μηρὸν, εἴτε ἄλλῳ ὁμοίαν αὐτῷ, καὶ τοῦτο ξύνεσιν τοιούτου αὐτῷ. Ἀλεξάνδρῳ ἐπανενεγκόντων, ὁ βασιλεὺς Γλύκων χρησμῷ ἔλυσε τοῦτο ἀπορίαν.

Πυθαγόρου ψυχὴ ποτὲ μὴ φοίνα, ἄστοσι δ' ἀλλοῖα,
Ἢ δὲ προφητάν, ἄλλης φρενὸς ἄνδρ' ἀρρήκτου.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἐπαρωγόν.

καὶ πάλιν·

Ἐς Διὸς εἶσι, Διὸς βεβηκυῖα λιπαυγῶ.

Προλέγων δὲ πᾶσιν ἀπέχεσθαι παιδὸς σωουσίας, ὡς ἀσεβὲς ὄν, αὐτὸς τοιοῦτόν τι ὁ γενναῖος ἐτεχνήσατο· τοῖς γὰρ πόλεσι τοῖς Ποντικοῖς, καὶ τοῖς Παφλαγονικοῖς ἐπάγγελλε θεοπρόπους πέμπειν εἰς τριετίαν ὑμνήσοντας παρ' αὐτῷ τὸν θεὸν, καὶ ἤδη δοκιμάσαντας, καὶ προκεκριμένους τοὺς εὐγενεστάτους, καὶ ὡραιοτάτους, καὶ μάλα ἀμφιρύτους πρεσβεύειν. ὃς ἐγκλεισάμενος, ὥσπερ

Pythagoræ animum possideret, videlicet ob femur aureum, an alium Pythagorico illi consimilem, atque eam controuersiam ad ipsum Alexandrum retulisset: Rex Glycon oraculo litem dissoluit:

Pythagoræ mens emoritur oriturq; vicissim,
Vatis at est animus diuina è mente profectus.
Hunc pater auxilio misit iustisq; pijsq;.

Et rursum:

Tecta Iouis repetet, Iouia li fulmine tactus.

Porrò cùm cunctis alijs denunciaret, vt à puerili concubitu temperarent, ceu re nefaria, vir ille egregius tale quiddam ipse machinatus est. Ponticis ac Paphlagonicis vrbibus imperabat, vt tertio quoque anno mitterent, S qui Deo dicarentur, eiusq; laudes apud se canerent. Verùm mitti oportere spectatos ac selectos: nempe nobilissimos, & ætate florentissimos, formáque eximios. Quibus inclusis perinde vt

ὥσπερ ἀργυρωνήτοις ἐχρῆτο συγκαθεύδων, καὶ πάντα τρόπον ἐμπαροινῶν. καὶ νόμον δὲ ἐπεποίητο, ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη μηδένα τῶν αὐτοῦ στόματι δεξιοῦσθαι, μηδὲ φιλήματι ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις προτείνων τὴν χεῖρα κῦσαι, μόνους τοὺς ὡραίους κατεφίλει, καὶ ἐκαλοῦντο οὗτοι οἱ ἐντὸς τοῦ φιλήματος. τοιαῦτα ἐντρυφῶν τοῖς ἀνοήτοις διετέλει, γυναῖκάς τε ἀνέδην διαφθείρων, καὶ παισὶ συνών. καὶ ἦν μέγα, καὶ εὐκτὸν ἑκάστῳ, εἴ τινος γυναικὶ προβλέψειεν, εἰ δὲ καὶ φιλήματος ἀξιώσειεν, ἀθρόαν τὴν ἀγαθὴν τύχην ᾤετο ἕκαστος εἰ τὴν οἰκίαν αὐτῷ εἰσρυήσεσθαι. πολλαὶ δὲ καὶ ἤυχον τεκεῖν παρ' αὐτοῦ, καὶ οἱ ἄνδρες ἐπεμαρτύρουν, ὅτι ἀληθῶς λέγουσιν. ἐθέλω δὲ τοι καὶ διάλογον διηγήσασθαι τοῦ Γλύκωνος, καὶ τοῦ Σακέρδωτος,

empticijs ad libidinem abutebatur, modis omnibus in eos debacchari solitus. Præterea legem quoq; condiderat, ne quis maior annis octodecim sese T admoto ore complecteretur, néve cum basio salutaret: sed reliquis manum duntaxat osculandam porrigens, solis ætate formaq; floridis osculum dabat: atq; his quidem inde cognomen inditum, vt intra osculum constituti dicerentur. Atque in hunc modum vecordibus ac stupidis mortalibus illudens, perpetuò deinceps suas nequitias exercebat, passim constuprans vxores, passim liberis abutens. Quin magnum quiddam, cunctisq; optandum videbatur, si cuius vxorem vel aspexisset modò. Porrò si quam etiam osculo dignatus fuisset, nemo non ita putabat, quicquid esse bonarũ felicitatum, id omne semel in eam domum influxurum esse. Erant insuper, atq; eæ non paucæ, quæ sese etiam peperisse ex illo iactarent: quod ita esse mariti suo testimonio confirmabant. V Lubet etiam dialogum tibi referre Glyconis & Sacerdo-

δωτος, Τιανοῦ τινος ἀνθρώπου, ὁποίου τινὸς τὴν σύνεσιν, εἴσῃ ἀπὸ τῶν ἐρωτήσεων. ἀνέγνων δὲ αὐτὸν, χρυσοῖς γράμμασι γεγραμμένον ἐν Τίῳ, ἐν τῇ τοῦ Σακέρδωτος οἰκίᾳ. εἰπὲ γάρμοι, ἔφη, ὦ δέσποτα Γλύκων, τίς εἶ; ἐγὼ, ἦδε ὃς, Ασκληπιὸς νέος, ἄλλος παρ' ἐκεῖνον τὸν πρότερον. πῶς λέγεις; οὐ θέμις ἀκοῦσαί σε τοῦτό γε. πόσα δὲ ἡμῖν ἔτη παραμενεῖς χρησμῳδῶν; τρίτον πρὸς τοῖς χιλίοις. εἶτα, ποῖ μεταστήσῃ; ἐς Βάκτρα, καὶ τὴν ἐκεῖ γῆν. δεῖ γὰρ ἀπλαῦσαι καὶ τοὺς βαρβάρους ἐπιδημίας τῆς ἐμῆς, τὰ δ' ἄλλα χρηστήρια, τὸ ἐν Διδύμοις, καὶ τὸ ἐν Κλάρῳ, καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς, ἔχουσι τὸν προπάτορα τὸν Απόλλω χρησμῳδοῦντα. ἢ ψευδεῖς εἰσιν οἱ νῦν ἐκπίπτοντες ἐκεῖ χρησμοί; μὴ δὲ τοῦτ' ἐθελήσῃς εἰδέναι· οὐ γὰρ θέμις. ἐγὼ δὲ τίς ἔσομαι μετὰ τὸν νῦν βίον; κάμηλος, εἶτα ἵππος, εἶτ' ἀνὴρ σοφὸς, καὶ

cerdotis, viri cuiusdam Tianei, cuius sapientiam ex his quæ sciscitatus est, conijcias licebit. Hunc equidem legi pridem, aureis descriptum literis Tij, in ipsis Sacerdotis ædibus: Dic, inquit, mihi rex Glycon, quisnam es? Sum ille, inquit, minor Aesculapius. Num alius ab illo priore? quid ais? Haud fas est vt isthuc audias. Sed quot annos apud nos permansurus, atque oracula redditurus? Ad millesimum tertium. Deinde quò demigraturus? Ad Bactra, atque in eas regiones. Siquidem oportet & barbaros meo conuictu meáque præsentia frui. At reliquæ sortes, puta quæ in Didymis, Claro, Delphisq; redduntur, vtrum ab auctore proficiscuntur Apolline, an vana sunt quæ illic eduntur oracula? Ne isthuc quidem scire quæsieris. nefas enim. Cæterùm ego quis tandem post hanc vitam futurus sum? Camelus, deinde equus, post hæc vir sapiens, ac

vates

προφήτης ἢ μέσων Ἀλεξάνδρου. Διαῦτα μὲν ὁ Γλύκων ὧδ' Σακερδώτι διηλέχθη. ἐπὶ τέλει δὲ, χρησμὸν ἔμμετρον ἐφθέγξατο, εἰδὼς αὐτὸν Λεπίδῳ ἑταῖρον ὄντα.

Μὴ πείθου Λεπίδῳ, ἐπεὶ οἱ λυγρὸς οἶτος ὀπηδεῖ.

Πάνυ γὰρ ἐφθόνει τὸν Ἐπίκουρον, ὡς προσῆκον, ὥς τινα ἀντίτεχνον, καὶ ἀντιβρισλῶ τῆς μαγγανείας αὐτοῦ. ἕνα γοῦν τινα τῶν Ἐσπερίων τολμήσαντα καὶ διαλέγεσθαι αὐτῷ, ἐπὶ πολλῶν παρόντων, ὡς λίνδινον οὐ μικρὸν ἰατρεύσων. ὁ δὲ προσελθὼν, ἔφη μεγάλῃ τῇ φωνῇ· σὺ μέν τοι γε, ὦ Ἀλέξανδρε, τὰ Παφλαγόνα προσαγαγεῖν οἰκέτας αὐτῷ ὧδ' ἤγε μοῦσῳ τῆς Γαλατίας, τὸν ἐπὶ θανάτῳ ἀνέπεισας, ὡς ἀπενέγκοντας τὸν υἱὸν αὐτῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παιδεύμενον. ὁ δὲ νεανίσκος ἦν, καὶ ἐπανελήλυθει ζῶν, μετὰ τῶν οἰκετῶν ἀπόλεσαν, θηρίοις ἅπασι παραδόντες· ἀτὰρ ζῇ καὶ σῶς.

vates non inferior Alexandro. Atque hæc Glycomis cum Sacerdote confabulatio. Postremò & oraculum carmine comprehensum edidit, quum non ignoraret illum amicum esse Lepido:

Ne pare Lepido: namque huic fatum instat acerbum.

Mirum etenim in modum metuebat Epicurum, sicuti superiùs dictum est, nimirum vt artificem ac sapientem, suis artibus atque impostu-ris hostem atque infensum. Itaque ex Epicureis, quem piam ausum se multis præsentibus coarguere, propemodum in vitæ discrimẽ adduxerat. x Siquidem adiens ille, clara voce dicebat: Tu nimirum Alexander Paphlagoni cuidam persuasisti, vt seruos suos apud Galatiæ præfectum capitis accerseret hoc nomine, quasi filium ipsius, qui tum Alexandriæ erudiebatur, occidissent: atqui viuit adolescens, incolumisq; reuersus est, famulis iam supplicio affectis, qui tuâ operâ bestijs tradi-

παραδοθέντων. τοιοῦτον δέ τι ἐγεγένητο· ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον, ἄχει τοῦ κλύσματος, πλοίου ἀναγομένου, ἐπείσθη καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεῦσαι. καὶ ἀπειδήπερ ἐβράδυνεν, οἱ δυστυχεῖς ἐκεῖνοι οἰκέται αὐτοῦ, οἰηθέντες ἢ ἐν τῷ Νείλῳ πλέοντα διεφθάρται τὸν νεανίσκον, ἢ καὶ ὑπὸ λῃστῶν (πολλοὶ δὲ ἦσαν τότε) ἀνῃρῆσθαι, ἐπανῆλθον ἀπαγγέλλοντες αὐτοῦ τὴν ἀφανισμόν. εἶτα ὁ χρησμὸς καὶ ἡ καταδίκη, μεθ' ἣν ἐπέστη ὁ νεανίσκος, διηγούμενος τὴν ἀπαλλαγμίαν. ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν, ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ ἐλέγχῳ, καὶ μὴ φέρων τοῦ ὀνείδους τὴν ἀλήθειαν, ἐκέλευε τοὺς παρόντας λίθοις βάλλειν αὐτὸν, ἢ καὶ αὐτοὺς ἐναγεῖς ἔσεσθαι, καὶ Ἐπικούρους κληθήσεσθαι. τῶν δὲ βάλλειν ἀρξαμένων, Δημόστρατός τις ἐπιδημῶν τῷ Πόντῳ, πρῶτος περιχυθεὶς ἐρρύσατο τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον,

perierunt. Porrò huiusmodi quiddam acciderat. Cùm adolescentulus amne aduerso in Aegyptum nauigasset, ad inundationem vsque subducto nauigio, persuasus est vti pariter in Indiam nauigaret. Itaque dum diutiùs abesset, infelices illi eius ministri, rati videlicet vel in Nilo nauigantem interisse puerum, vel à latronibus (nam id temporis permulti grassabantur) esse peremptum, reuersi sunt domum: renunciãtes quemadmodum è medio sublatus esset. Deinde proditum oraculum, damnati serui. sub hæc adest adolescentulus, peregrinationem suam enarrans. Atque hæc quidem ille: at Alexander indignatione percitus, quòd coargueretur, neque ferens opprobratam sibi vanitatem, iussit vt qui adessent, lapidibus illũ impeterent: alioqui & ipsos impios futuros, atq; Epicureos appellandos. Dumq; illi iam lapidare cœpissent, Demonstratus quidam, qui diuersabatur in ponte, primus hominem sui corporis obtegens obiectu, morti subdu-

xit,

πον, μικροῦ δεῖν καταλευσθέντα, πάνυ δικαίως. τί γὰρ ἔδει μόνον φρονεῖν ἐν τοσούτοις μεμηνόσι, καὶ παραπολαῦσαι τῆς Παφλαγόνων μωρίας; καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον τοιαῦτα. εἰδέ τινι προσκαλουμένων, κατὰ τάξιν τῶν χρησμῶν (πρὸ μιᾶς δὲ τοῦτο τοῦ θεσπίζειν ἐγίγνετο) καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος, εἰ θεσπίζοι, τῷ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν, ἐς κόρακας οὐκ ἔτι τὸν τοιοῦτον οὔτε στέγη τις ἐδέχετο, οὔτε πυρὸς ἢ ὕδατος ἐκοινώνει, ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, ὡς ἀσεβῆ καὶ ἄθεον, καὶ Επικούρειον, ἥπερ ἦν ἡ μεγίστη λοιδωρία. ἓν γοῦν καὶ γελοιότατον ἐποίησεν ὁ Αλέξανδρος. εὑρῶν γὰρ τὰς Επικούρου κυρίας δόξας τὸ κάλλιστον, ὡς οἶσθα, τῶν βιβλίων, καὶ κεφαλαιῶδεσι, περιέχον τῆς τἀνδρὸς σοφίας τὰ δόγματα, κομίσας ἐς τὴν ἀγορὰν μέσην, ἔκαυσεν

xit, alioqui lapidibus obruendum, idque iure optimo. quid enim oportebat vnum inter tam multos insanientes sanum esse, atque à Paphlagonum stultitia malum sibi accessere? Et illi quidem hæc euenerunt. Cæterùm aduocatis iuxta oraculorum ordinem ijs qui proposuerant (nam id fiebat pridie quàm responsa redderet) præcone rogante an vaticinari vellet, si cuipiam illorum ex adyto respondisset, in malam rem: huiusmodi hominem neque tecto quisquam excipiebat, neque igni aquâve impertiebat: verùm erat illi solum aliud alio vertendum, tanquam impio, deorumq; contemptori, Y atque Epicureo: quod quidem probrum omnium erat grauissimum. Quapropter vnum etiam Alexander quiddam designauit ridiculum. Nactus peculiares Epicuri sententias, librum (vt scis) longè pulcherrimum, summatim Epicureæ disciplinæ decreta complectentem, medium in forum deportauit,

ἔκαυσεν ἐπὶ ξύλων συκίνων, ὡς δοῦθεν αὐτὸν καταφλέγων, καὶ τὴν σποδὸν ἐς θάλασσαν ἐξέβαλεν, ἔτι καὶ χρησμὸν ἐπιφθεγξάμενος.

Πυρπολέειν κέλομαι δόξας ἀλαοῖο γέροντος.

Οὐκ εἰδὼς ὁ κατάμιτος, ὅσων ἀγαθῶν τὸ βιβλίον ἐκεῖνο τοῖς ἐντυχοῦσιν αὔτιον γίγνεται, καὶ ὅσην αὐτοῖς εἰρήνην, καὶ ἀταραξίαν καὶ ἐλευθερίαν ἐνεργάζεται, δειμάτων μὲν καὶ φασμάτων καὶ τεράτων ἀπαλλάττον, καὶ ἐλπίδων ματαίων, καὶ περιττῶν ἐπιθυμιῶν, νοῦν δὲ καὶ ἀλήθειαν ἐντιθὲν, καὶ καθαῖρον ὡς ἀληθῶς τὰς γνώμας, οὐχ ἑπὸ δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ, καὶ ταῖς τοιαύταις φλυαρίαις, ἀλλὰ λόγῳ ὀρθῷ, καὶ ἀληθείᾳ καὶ παῤῥησίᾳ. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἔν τι, καὶ μέγιστον τόλμημα τοῦ μιαροῦ ἀνδρὸς ἄκουσον. Ἔχων γὰρ οὐ μικρὰν ἐπίβασιν ἐπὶ τὰ βασίλεια καὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τὸν Ῥουτιλλιανὸν εὐδοκιμοῦντα

ac Z lignis ficulnis exussit, tanquam auctorem ipsum exureret scilicet: ac cinerem abiecit in mare, oraculo insuper eam in rem edito:

Edico decreta senis comburere cæci.

Haud perpendit scelestus ille, quantum adferret is liber commoditatum ijs qui in eo legendo versarentur, quantamque illis quietem, tranquillitatem, libertatemque pareret, propterea quòd à pauoribus, spectris ac prodigijs liberaret: tum spes inanes atque immodicas adimeret cupiditates, mentem sanam ac veritatem insereret, planè lustraret animum, non tæda quidem, aut squilla, aut alijs id genus nugamentis: imò recta ratione, vero ac libertate. α *Accipe iam facinus quoddam hominis sceleratissimi, vnum inter omnia multò impudentissimum. Quum iam non mediocrem in Regiam aditum sibi patefecisset, inque aulam Cæsaream, præsertim Rutiliano rem adiuuante, atque*

μοῦντα πάροδον, διαπέμπεται χρησμὸν, τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. ἠξίου δὲ ὁ χρησμὸς, δύο λέοντας ἐμβληθῆναι ζῶντας ἐς τὸν Ἴστρον, μετὰ πολλῶν ἀρωμάτων, καὶ θυσιῶν μεγαλοπρεπῶν. ἄμεινον δὲ αὐτὸν εἰπεῖν τὸν χρησμόν·

Εἰ δίνας Ἰστροιο, διηπετέος ποταμοῖο,
Εμβαλέειν κέλομαι δοιοὺς Κυβέλης θεράποντας,
Θῆρας ὀρειτρεφέας, καὶ ὅσα τρέφει Ἰνδικὸς ἀνὴρ,
Ανθεα, καὶ βοτάνας εὐώδεας, αὐτίκα δ' ἔσται
Νίκη, καὶ μέγα κῦδος, ἅμ' εἰρήνῃ ἐρατεινῇ.

Γενομένων δὲ τούτων, ὡς προσέταξε, τοὺς μὲν λέοντας ἐκνηξαμένους ἐς τὴν πολεμίαν, οἱ βάρβαροι ξύλοις κατειργάσαντο, ὥς τινας κύνας, ἢ λύκους ξενικοὺς, αὐτίκα δ' τὸ μέγιστον τραῦμα τοῖς ἡμε-

atque approbante: quum bellum quod in Germania gerebatur, maximè flagraret, diuo Marco cum Marcomannis & Quadis conserente, oraculum diuulgauit, quo iubebat vti duos leones viuos in Danubium immitterent, varijs cum odoribus, ac sacris quibusdam magnificis. sed præstat ipsum oraculum referre:

Gurgitibus fluuij turgentis ab imbribus Istri
Immisisse duos Cybeles edico ministros,
Monte feras alitas: tum quantum alit Iudicus aër
Florum atque herbarum bene olentum: moxq́ futura est
Et victoria, pax & amabilis, & decus ingens.

Ea quum essent facta quemadmodum ille præscripserat: leones quidem simulatque in hostium regionem enatassent, Barbari canes quospiam aut lupos esse rati, fustibus arcebant. At nostrorum protinus maxima strages

est

ἡμετέροις ἐγένετο, δυσμυρίων πυσχεδὸν ἀθρόων ἀπολομένων. εἶτα ἠκολούθησε τὰ περὶ Ακυληΐαν γενόμενα, καὶ ἡ παρὰ μικρὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἅλωσις. ὁ δὲ πρὸς τὸ ἀπρβεβηκὸς τὴν Δελφικὴν ἐκείνην ἀπολογίαν, καὶ τὸν τοῦ Κροίσου χρησμὸν ψυχρῶς παρῆγε, νίκην μὲν γὰρ προειπεῖν τὴν θεὸν, μὴ μέν τοι δηλῶσαι, Ρωμαίων, ἢ τῶν πολεμίων· ἤδη δὲ πολλῶν ἐπιῤῥεόντων, καὶ τῆς πόλεως αὐτῶν θλιβομένης, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπὶ τὸ χρηστήριον ἀφικνουμένων, καὶ τὰ ἐπιτήδεια διαρκῆ μὴ ἐχούσης, ἐπινοεῖ τοὺς νηκτερινοὺς καλουμένους χρησμούς. λαμβάνων γὰρ τὰ βιβλία, ἐπεκοιμᾶτο, ὡς ἔφασκεν αὐτοῖς, καὶ ὡς ὄναρ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀκούων ἀπεκρίνετο, οὐ μέν τοι σαφεῖς τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ ἀμφιβόλους, καὶ τεταραγμένους, καὶ μάλιστα, εἴ ποτε θεάσαιτο περιεργότερον τὸ βιβλίον κατεσφραγισμένον. οὐ γὰρ

est consequuta, viginti fermè millibus simul extinctis. His consimilia sunt ea quæ in Aquileia contigerunt, quum parum abfuerat vt vrbs ea caperetur. At is ad id quod euenerat, Delphicam illam responsionem, Crœsoque redditum oraculum, frigidè sanè detorsit, dicens Deum quidem prædixisse victoriam, haud tamen explicuisse vtrum Romanorum esset futura, an hostium. Tandem quum plurimi iam eam in vrbem confluerent, premereturq; Abonotichitarum ciuitas multitudine eorum qui ad oraculum ventitabant, neque sufficeret suppeditandis ijs quæ ad victum erant necessaria, comminiscitur oraculorum genus quoddam id quod nocturnum appellabatur. Siquidem libellis indormire solebat, vt aiebat ipse, deinde tanquam in somnio diuinitùs edoctus respondebat: nihil certi tamen, sed ambiguè plerunque, ac confusim: maximè si quos libellos conspexisset accuratiùs atque obseruantiùs obsignatos.

Ad

ἓ γὰρ παρακινδωνεύων, τὸ ὑπειληφὸς ἅπως ὑπέγραφε, κερσομοῖς πρέπον καὶ τὸ τοιοῦτον οἰόμενος. καὶ ἤδη τινὰς ἐξηγητὰς ἐπὶ τούτῳ καθίσαντες, καὶ μισθοὺς οὐκ ὀλίγους ἐκπέμποντες, παρὰ τὴν τοιούτους χρησμοὺς ὑπολαμβανόντων ἐπὶ τῇ ἐξηγήσει καὶ δραχμὰς αὐτῶν, καὶ τοῦτο αὐτῶν τὸ ἔργον ὑπόμισθον ἦν, ἑτέλουν γὰρ οἱ ἐξηγηταὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, τάλαντον Ἀττικὸν ἑκάστοτε, ἐνίοτε δὲ, μήτε ἱερομένου τινὸς, μήτε παραφθέγματος, ἀλλ' οὐδ' ὅλως ὄντος, ἐχρησμῴδει πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἀνοήτων, οἷον καὶ τοῦδε·

Δίζηαι ὅστις σεῦ ἄλοχον, μάλα παχυλιληθὼς,
Καπιγένδαν ὑπὲρ λιχέων σαλάγδ, καὶ ἀδῶμα,
Δῆλος πρωτογόνης, ὃς δὴ σύγε πάγχυ πάσχοις.
Ὧνδρα γὰρ ἐκεῖνον, ὅδ' ἄνθις σεῦ παράκοιτιν,
Ἀντίδοσιν ταύτην ὕβρεως ἰδίας ἀπτίνων.

Ad hunc enim modum citra vllum resignandi periculum quicquid temerè in mentem veniſſet, ſubſcribebat: ratus & hoc ipſum oraculis conuenire. β Erant autem ad id nonnulli conſtituti interpretes, qui mercedem non exiguam colligebant ab ijs qui eiuſmodi capiebant oracula, vt enarrarent ea, explicarentq; : atque hoc illorum munus conducticium erat. Nam interpretum quiſque talentum Atticum pendebat Alexandro. Nonnunquam, quum neque conſuleret quiſquam, neque miſſus eſſet aliquis: imò cùm ne eſſet quidem huiuſmodi quippiam: tamen oraculum edebat, vt ſtultos mortales redderet attonitos: quod genus illud erat:

Hunc age quære, tuā quī, tectus in ædibus, ac te
Clam prorſum, vxorem vultúq; oculisq; decoram
Stuprat adulterio, ſeruo-
rũ ex agmine primus, *Ipſe cui ſolus ſuaſiſti hæc omnia demens. Eius enim florem libásti. hoc dedecus ille*

Nunc

Ἀλλ' ἐπί σοι μὲν φάρμακ' ἀπ' αὐτῶν λυγρὰ τέτυκται,
Ὡς μήτ' ἐσαίοις, μήτ' ἐσορᾶς, ἃ ποιῆσιν,
Εὑρόντες λικάτῳ, ὑπὸ σῷ λέχεϊ, ἐγχόθι τοίχου,
Πρὸς λιφαλῆς, ᾗ σὴ θεράπαινα σώοισι Καλυψώ.

Nunc tibi compensans, cum coniuge dormit herili.

Quin ijdem tibi iam pridem lethale venenum

(Vt neque quae faciant, possis audire, nec vnquam

Cernere luminibus) tectè furtimq; parârunt.

Inuenies q; tuo sub lecto pharmaca, iuxta

Parietem, sub ceruicali condita. porrò

Istis conscia criminibus tua serua Calypso est.

Τίς ὃν ἂν Δημόκριτος οὐκ ἀνέτρεψε ῥᾳθυμήσας ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι καὶ τόποις ἀκριβῶς; ἅτε μὲν ὀλίγον καὶ ἐπιπλήσσων ἂν, σωφρονίσας τὸν ἐπίνοιαν αὐτῆς; ἅμα καὶ βαρβάροις ποικίλοις ἔχρησεν, ἅτις τῇ πατρίῳ ἤροιτο φωνῇ, συνιεὶς ἢ κλητῆρι, ὃ ῥᾳδίως ἐξευρεῖν ἦν τινὰς ἐπιδημοῦντας ὁμοεθνεῖς τοῖς ἀνθρώποις. ἐπεὶ τοῦτο καὶ πολὺς ἦν μέσῳ χρόνος, ἵνα τι λόγιον τῶν βιβλίων, καὶ τὰ χρησμῳδίας, ὡς ἐν τούτῳ κατὰ σχολὴν λύοιντό τι οἱ χρησμοὶ ἀσφαλῶς, καὶ ἐνεῖσκοιντο οἱ ἑρμηνεῦσαι δυνάμενοι ἕκαστα, οἷος καὶ ὁ τῶν Σκύθη λοθὰς

Quis Democritus principiò non commoueretur, vbi nominatim & auctores & loca palàm audîsset designari? Verùm illicò despuisset, simulatque cognouisset quo haec artificio gererentur.

γ Insuper & Barbaris non rarò respondit, si quis patria lingua scisciataretur, puta Syriacè aut Gallicè, quoties difficile erat inuenire conterraneos eorum qui rogationem proposuissent: proinde receptis libellis, multum intercedere solebat interualli priusquam oraculum redderet, quò videlicet interim per ocium posset & soluere tuto libellos, & nanciscì qui cuncta possent interpretari. & illud Scythae cui insidens

θεὶς χρησμὸς ὧν·

Μόρφι ἐβάργυλις εἰς σκιὴν
χνέγχικραγκλείψει φάος.

ἄλλως πάλιν, οὔτε παρόντι, οὔτε ὅλως τινὶ ὄντι ἔφη, ἄνευ μέτρου, ἀναστρέφειν ὀπίσω· ὁ γὰρ πέμψας σε, τέθνηκεν ὑπὸ τοῦ γείτονος διοκλέους τήμερον, λῃστῶν πεσελθόντων, Μάνγου καὶ Κέλερος καὶ Βουβάλου, οἳ καὶ ἤδη δέδενται ληφθέντες. ὀλίγους δὲ καὶ τῶν ἐμοὶ δοθέντων ἄκουσον· ἐρομένου γάρ μου, εἰ φαλακρός ἐστιν Ἀλέξανδρος, καὶ κατασημηναμένου περιέργως καὶ προφανῶς, ὑπογράφεται χρησμὸς νυκτερήσιος, Σαβαρδαλάχου μάλαχ' Ἄττις ἄλλος ὧν. καὶ πάλιν ἐμοῦ ἐρομένου, ἐν δύο βιβλίοις διαφόροις, τὴν αὐτὴν ἐρώτησιν, πόθεν ὧν Ὅμηρος ὁ ποιητὴς, ἐπ' ἄλλου καὶ ἄλλου ὀνόματος, τῷ ἑτέρῳ μὲν ὑπέγραψεν, ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ νεανίσκου. ἐρωτηθεὶς γὰρ, ἔφ' ὅ, τι ἧκε, θεραπείαν, ἔφη, αἰτήσων πρὸς ὀδύνην

iusdam redditum oraculum:

Morphi ebargulis in vmbram chnenchicranc, relinquet lucem.

Aliàs rursum quum nec adesset item quispiam, neque tale quicquam omnino contigisset, citra carmen eloquutus est: Redito vnde venisti. siquidem is qui te misit, hodie perijt, interemptus à Diocle vicino, accedentibus latronibus, Mango, Celere ac Bubalo, qui nunc etiam comprehensi tenentur in vinculis. A Cæterùm pauca nunc accipe ex his quæ mihijpsi respondit. Sciscitato an caluus esset Alexander: quum libellos palàm atque accuratè obsignassem, responsum nocturnũ subscribitur: Sabar Dalachi Malach. Attis alter erat. Rursum quum diuersis libellis eandem rogationem proposuissem, puta cuiatis esset vates Homerus, idq; alio atque alio nomine: alteri subscripsit, videlicet deceptus à puero, qui rogatus qua gratia venit, vt remedium, inquit, peterem aduersus

laterum

ὀδύνην πλευρῶ·

Κυτμίδι σε χρίεσθι κέλομαι, δροσίην τε τε Λητοῦς.

Τῷ δὲ ἑτέρῳ, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἠκηκόει, ὡς ἐρομένου τοῦ πέμψαντος, εἴτε μοι πλεῦσαι ἐπ' Ιταλίαν, εἴτε πεζοπορῆσαι λῷον, ἀπεκρίνατο οὐδὲν πρὸς τὸν Ομηρον·

Μὴ σύ γε πλωέμεναι, πεζὴν δὲ καθ' οἶμον ὅδευε.

Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἐπεμηχανησάμην αὐτῶν, οἷον καὶ ἐκεῖνο μίαν ἐρώτησιν ἐπερωτήσας, ἐπέγραψα τῶν βιβλίῳ, κατὰ τὸ ἔθος, τοῦ δεῖνος χρησμοὶ ὀκτὼ, ψευσάμενός τι ὄνομα, καὶ τὰς ὀκτὼ δραχμὰς, καὶ τὸ γιγνόμενον ἔτι πρὸς ταύταις πέμψας, ὁ δὲ πιστεύσας τῇ ἀπομπῇ τοῦ μισθοῦ, καὶ τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ βιβλίου, πρὸς μίαν ἐρώτησιν (ἦν δὲ αὕτη, πότε ἁλώσεται μαγγανεύων Αλέξανδρος) ὀκτώ μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γοῦς φασιν, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένους, ἀνοήτους,

laterum dolorem:

Cytmide de iubeo, ac Latonæ rore perungi.

Alteri verò vbi sciscitanti ei dictum esset, vtrum mihi satius esset in Italiam nauigio, an pedestri itinere proficisci, respondit, nihil quidem quod ad Homerum attineret:

Carpe viam pedibus, rate ne sulcaueris vndas.

Multa id genus aduersus illum sum machinatus, quorum de numero fuit & illud, vnica rogatione proposita libello pro more inscripto, talis cuiusdam rogationes octo, nomen aliquod emëtitus, missis drachmis item octo: præterea quod fieri solitum esset, adiungens. At ille persuasus partim missa mercede, partim inscriptione libelli, ad vnicam rogationem (ea erat huiusmodi, quando deprehendendus esset impostor Alexander) octo misit oracula, sed quæ neque cœlum (quod aiunt) neque terram attingerent, verùm absurda, & in-

νοήτους δὲ καὶ δυσνοήτους ἅπαντας. ἅπερ ὕστερον αἰσθόμενος, καὶ ὅτι Ρουτιλιανὸν ἐγὼ ἀπέτρεπον τοῦ γάμου, καὶ τοῦ πάνυ πεσκεῖσθαι ταῖς τοῦ χρησθηρίου ἐλπίσιν, ἐμίσει, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἔχθιστον ἡγεῖτο, καί ποτε περὶ ἐμοῦ ἐρομένῳ τῷ Ρουτιλιανῷ ἔφη, Νυκτιπλάνοις ὀάροις χαίρει, κοίταις τε δυσάγνοις καὶ ὅλως, ἔχθιστος εἰκότως ἦν ἐγώ. καὶ ἐπειδὴ ἐσελθόντα με ἐς τὴν πόλιν ᾔσθετο, καὶ ἔμαθεν, ὡς ἐκεῖνος εἴη ὁ Λουκιανὸς (ἐπηγόμην δὲ καὶ στρατιώτας δύο, λογχοφόρον καὶ κοντοφόρον, παρὰ τοῦ ἡγουμένου τῆς Καππαδοκίας, φίλου τότε ὄντος λαβὼν, ὥς με παραπέμψειαν μέχρι πρὸς τὴν θάλατταν) αὐτίκα μεταστέλλεται δεξιῶς πάνυ, καὶ μετὰ πολλῆς φιλοφροσύνης. ἐλθὼν δὲ ἐγὼ, καταλαμβάνω πολλοὺς περὶ αὐτὸν, συνεπηγόμην δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας τύχῃ τινὶ ἀγαθῇ. καὶ ὁ μὲν πεύτεινέ μοι κῦσαι

& intellectu difficilia omnia. Quod ille vbi in posterum persensisset, prætereà quòd Rutilianum à matrimonio conatus essem auertere, suasissemq; ne prorsus in diuinatione spes reponeret suas, oderat me videlicet, ita vti par erat, sibiq; acerrimum hostem iudicabat. Quodam itaq; tempore percontanti de me Rutiliano ita respondit:

Noctiuagis gaudet scortis, spurcoq; cubili.

In summa, iure optimo me inuisissimum habebat. Proinde quum me in oppidum aduenisse sensisset, meq; Lucianum esse illum cognouisset: (adduxeram autem milites duos, alterum lancea, alterum conto armatū, quos quidem à Cappadociæ præside mihi tum amico acceperam, quò me ad mare vsque deducerent) accersit illicò, sanè quàm comiter, multaq; cum humanitate.

Ego quum aduenissem, cōplures apud illum reperio: porrò bona quadam fortuna & milites vnà mecum adduxeram. Tum ille manum mih

σαι τὴν δεξιὰν, ὥσπερ εἴωθε τοῖς πολλοῖς· ἐγὼ δὲ προσφὺς ὡς φιλήσων, δήγματι χρηστῷ, πάνυ μικρὸν δεῖν, χωλὴν ἀντῶν ἐποίησα τὴν χεῖρα. οἱ μὲν οὖν παρόντες, ἄγχειν με, καὶ παίειν ἐπειρῶντο, ὡς ἱερόσυλον, καὶ πρότερον ἔτι ἀγανακτήσαντες, ὅτι Ἀλέξανδρον αὐτὸν, ἀλλὰ μὴ προφήτην προσεῖπον. ὁ δὲ πάνυ γεννικῶς καρτερήσας, κατέπαυέ τε ἀντοὺς, καὶ ὑπισχνεῖτο τιθασσόν με ῥᾳδίως ἀποφανεῖν, καὶ δείξειν τὴν Γλύκωνος ἀρετὴν, ὅτι καὶ τοὺς πάνυ τραχυνομένους, φίλους ἀπεργάζεται. καὶ μεταστησάμενος ἅπαντας, ἐδικαιολογεῖτο πρός με, λέγων πάνυ με εἰδέναι καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ Ρουτιλιανῷ συμβουλευόμενα, καὶ τί παθὼν, ταῦτά με εἰργάσω, δυνάμενος ὑπ' ἐμοῦ ἐπὶ μέγα πραχθῆναι πὰρ ἀντῶν κἀγὼ ἄσμενος ἤδη ἐδεχόμην τὴν φιλοφροσύνην ταύτην, ὁρῶν οἱ κινδύνου καθεστήκειν,

porrigit osculandam, quemadmodum vulgò facere consueuerat. ego admotus perinde atq; osculum daturus, acri morsu corripio, ita vt parũ abfuerit quò minus illi manũ mancam reddiderim. Itaque qui præsentes erant, præfocare me accedere conati sunt, tanquam hominem sacrilegum: quippe qui iam inde ab initio grauiter tulerant, quòd Alexandrum illum, nõn autem prophetam compellassem. At ille oppidò quàm generosè obnitens compescuit illos, pollicitusq; est se facilè me placidum redditurum, declaraturumque quantum posset Glycon, qui nimirum & hos qui maximè sæuirent ferocirentq;, sibi redderet amicos. Moxq; ablegatis omnibus mecum expostulauit, negans se clam esse quæ suasissem Rutiliano: ecquid me læsisset vt ista in sese facerẽ, quũ possem illius opera apud illũ magnas ad res promoueri? Equidẽ hanc hominis humanitatẽ cõmoditatemq; libenter accipio, perpendẽs nimirũ quo forẽ in periculo con

βεστήκειν, καὶ μετ' ὀλίγον πρῆλθον φίλος γεγενημένος. καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν ἔδοξεν, οὕτω μοι ῥᾳδίας γενομένης μεταβολῆς. εἶτα δή μου ἐκπλεῖν πραιρουμένου, ξένια καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας (μόνος δὲ σὺν τοῦ Ξενοφῶντι ἔτυχον ἐπιδημῶν, τὸν πατέρα, καὶ τοὺς ἐμοὺς ἐς Ἀμάστριν προὐκπεπομφὼς) ὑπισχνεῖται καὶ πλοῖον αὐτὸς παρέξειν, καὶ ἐρέτας τοὺς ἀπάξοντας· κἀγὼ μὲν ὤμην ἁπλοῦν τι εἶναι, καὶ δεξιόν. ἐπεὶ δὲ κατὰ μέσον τὸν Πόντον ἐγενόμην, δακρύοντα ὁρῶν τὸν κυβερνήτην, καὶ τοῖς ναύταις τι ἀντιλέγοντα, οὐκ ἀγαθὰς εἶχον περὶ τῶν μελλόντων τὰς ἐλπίδας. ἦν δὲ αὐτοῖς ἐπεσταλμένον ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀραμένους ῥίψαι ἡμᾶς εἰς τὴν θάλασσαν. ὅπερ εἰ ἐγεγένητο, ῥᾳδίως αὐτοῦ ἐπεπολέμητο τὰ πρὸς ἐμέ· ἀλλὰ δακρύων ἐκεῖνος ἔπεισε καὶ τὸς συνναύτας, μηδὲν

lo constitutus. paulôque pòst prodibam iam illi factus amicus. Ea res profectò ijs qui videbant, vehementer erat stupenda, quòd tam facilè fuissem commutatus. Post hæc quum iam nauigare statuissem, missis xenijs ac muneribus permultis (eram autem fortè solus cum Xenophonte, patre cum reliquis meis in Amastrim præmisso) pollicetur & nauim præbiturum sese, & remiges qui nos aueherent. Etenim arbitrabar hæc animo simplici, atque officiosè fieri: verùm vbi iam in medio essemus mari, videremq; gubernatorem lachrymantem, & nescio quid reliquis nautis contradicentem, non optimæ de euentu spes me ceperunt. Erat autem illis ab Alexandro mandatum, vt tollentes nos in mare præcipites darent. Quod si contigisset, facilè quod mecum gerebat bellum, illi debellatum fuisset: sed is qui lachrymabatur, effecit

μηδὲν δεινὸν ἡμᾶς ἐργάσα-
σθαι. καὶ τῶς ἐμέ ἐφη, ἔτη ἑξή-
κοντα, ὡς ὁρᾷς, ἀνεπίληπτον
βίον καὶ ὅσιον πεβεβιωκὼς,
οὐκ ἂν βουλοίμην ἐν τούτῳ τῆς
ἡλικίας, καὶ γυναῖκα καὶ τέκ-
να ἔχων, μιάναι φόνῳ τὰς χεῖ-
ρας, δηλῶν ἐφ' ὅπῃ ἡμᾶς ἀ-
νειλήφει, καὶ τὰ ἐπὸ τῆς Αλεξάν-
δρου πεσεταγμένα. καταθέ-
μενος δὲ ἡμᾶς ἐν αἰγιαλοῖς,
ὧν καὶ ὁ καλὸς Ομηρος μέμ-
νηται, ὀπίσω ἀπήλαυνεν ἔνθα
ἐγὼ παραπλέοντας εὑρὼν Βο-
σπορανούς τινας πρέσβεις, παρ'
Εὐπάτορος τοῦ Βασιλέως, εἰς
τὴν Βιθυνίαν ἀπιόντας, ἐπὶ
κομιδῇ τῆς ἐπετείου συντάξεως,
καὶ διηγησάμενος αὐτοῖς τὴν πε-
ρίστασιν ἡμᾶς κίνδυνον, καὶ
δεξιῶς αὐτῶν τυχὼν, ἀνα-
ληφθεὶς ἐς τὸ πλοῖον, διασώ-
ζομαι ἐς τὴν Αμαστριν, πα-
ρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθα-
νεῖν. τοὐντεῦθεν καὶ αὐτὸς ἐ-
πεκοροσσόμην αὐτῶν, καὶ πάν-
τα κάλων ἐπίνουν· ἀμύνα-
σθαι

ne quid in nos grauius pa-
trarent. Ac mihi quidem ita
loquutus est: Annos natus,
vti vides, sexaginta, quum
antehac piè atque inculpa-
tè vixerim, haudquaquam
velim in hac tam grandi æ-
tate, præsertim quum vxo-
rem & liberos habeam, ho-
micidio manus impiare: in-
dicans videlicet, cuius rei
gratia nos suscepisset, quæq;
sibi mandasset Alexander.
Expositis aũt nobis in ʃ Ae-
gialos, quorum etiam egre-
gius meminit Homerus, re-
trò legit cursum. ibi fortè
nactus præternauigantes le-
gatos quosdam Bosporanos,
Eupatoris regis nomine in
Bithyniam proficiscentes,
deportandi vectigalis gra-
tia, quod in singulos pende-
batur annos: cùm exposuis-
sem illis, quod me periculum
circumuallaret, atque illi se
mihi cõmodos facilesq; præ-
berent, receptus in naui-
gium, incolumis in Amastrim perueni. tantillum abfuerat vt
perierim. Ex hoc nimirum tempore & ipse aduersus illum
arma capiebam, omnemq; (quod aiunt) mouebam funem,
quo

σθαι βουλόμενος, καὶ πρὸ τῆς ἐπιβουλῆς ἤδη μισῶν αὐτὸν, καὶ ἔχθιστον ἡγούμενος, διὰ τὴν τοῦ τρόπου μιαρίαν. καὶ πρὸς τὴν κατηγορίαν ὡρμήμην, πολλοὺς συναγωνιστὰς ἔχων, καὶ μάλιστα τοὺς ἀπὸ Τιμοκράτους τοῦ Ηρακλεώτου φιλοσόφου. ἀλλ' ὁ τότε ἡγούμενος Βιθυνίας, καὶ τοῦ Πόντου, αὐτὸς ἐπέσχε, μονονουχὶ ἱκετεύων, καὶ ἀντιβολῶν παύσασθαι· διὰ γὰρ τὴν πρὸς Ρουτιλλιανὸν ἔννοιαν, μὴ ἂν δύνασθαι, καὶ εἰφανερῶς λάβοι ἀδικοῦντα, κολάσαι αὐτόν. οὕτω μὲν ἀνεκόπην τῆς ὀργῆς, καὶ ἀνεπαυόμην, οὐκ ἐνδέον τι θρασυνόμενος, ἐφ' οὕτω δικαστοῦ διακειμένου. ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ μέγα ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ τόλμημα τοῦ Αλεξάνδρου, τὸ αὐτῆσαι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετωνομασθῆναι τὸ Αβώνου τεῖχος, καὶ Ιωνόπολιν κληθῆναι, καὶ νόμισμα καινὸν ἐγκεχαραγμένον, τῇ

quo hominem vlciscerer, quem iam tum ante mihi structas insidias oderam, próq; summo ducebam hoste, propter morum impietatem. Iámque ad accusationem intenderam animum, non paucis mecum facientibus, maximéque qui erant ex Timocratis Heracleotæ schola philosophi. Verùm qui tum Bithyniæ Pontóq; præsidebat, nos cohibuit, penè supplicans & obsecrans vti desisteremus. Etenim ob necessitudinem quæ sibi cum Rutilliano intercederet, nequaquam posse supplicio afficere, nec si manifesto in crimine deprehendisset. Atque ita quidem ab iracundia destiti, méque represii, non intempore rem aggressurus, cùm iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed quid? ánnon & hoc inter alia facinus audax Alexandri, à principe Romano postulare vt Aboni murus, commutato vocabulo, Ionopolis appellaretur? vtq; nomisma nouum signaret,

τῆ μὲν τοῦ Γλύκωνος, καὶ τὰ θατέρα δὲ Ἀλεξάνδρου, σύμμαλα τῇ τοῦ πάππου Ἀσκληπιοῦ, καὶ τὴν ἅρπην ἐκείνην τὴν παρὰ Περσέως ἔχοντος; προεπῳδᾶν δὲ δι' ἀκοσμοῦ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι βέβαια ἡμαρτάνοι αὐτὸς ἔτη ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν, εἶτα πεπρωμένῳ βληθήσεται ἀφανεῖ, οἰκτίσῳ τινὶ, οὐδὲ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς ἀποθανεῖν, ὡς Ποδαλειρίου υἱὸς, διασαπεὶς τὸν πόδα, μέχρι τοῦ βουβῶνος, καὶ σκωλήκων γέμισας. ὅτιπερ καὶ ἐφαάθη φαλακρὸς ὤν, παρέχων ζῶσι ταφῆσι ἐπιβρέχεσθαι αὐτοῦ τὴν κεφαλήν, διὰ τὴν ὀδύνην, ὃ οὐκ ἂν ποιῆσαι ἐδύνατο, μὴ οὐχὶ ἡ φακὴς ἀφῃρημένης. διὸ τὴν τῆς Ἀλεξάνδρου παλῳδίαν, καὶ αὐτὴ τὸ παντὸς δράματος κατάστροφὴ εἰκάζω, ὡς εἰκάζαι προνοίας τινὸς τὸ ζῴδιον ἀκριβῶς καὶ μάλα εὐλόγως συνιδούσης. ἔδει δὲ τῷ τὸν ἐπιτάφιον αὐτοῦ ἄξιον γενέσθαι

altera quidem parte Glyconis obtinens imaginem, altera verò Alexandri, qui insignia aui Aesculapij, ac falcem illam Persei, vnde maternum ducebat genus teneret? Porrò cùm esset desese vaticinatus, oraculo prodito fatis decretum esse, vt annos viueret centũ & quinquaginta, dehinc fulmine ictum, interitu maximè miserando periturum: nondum septuaginta natus annos interijt, videlicet (vti conueniebat Podalirij filio) pede ad inguen vsque putrefacto, & vermibus scatens. Quo tempore simul & illud deprehensum est, quòd calluus esset, quum medicis caput humectandum præberet ad mitigandum cruciatum: id quod haudquaquam facere potuissent, nisi detracto galericulo. Hunc habuit exitum Alexandri tragœdia, atque hæc fuit totius fabulæ catastrophe: vt res videri possit prouidentia quadam esse gesta, quum casu mirum ad hunc modum euenerit. Restabat illud, vt & epitaphium vita acta dignum ei constitue-

χρηστὸν τὸ βίβ., καὶ ἀγῶνα τιν᾽ ἂν συνήσαθαι ὑπὲρ τοῦ χρηστηρίου, τῶν συνωμοτῶν καὶ τούτων, ὅσοι κορυφαῖοι ἦσαν. ἀντιθούλων ἐπὶ διαιτητὴν τὸν Ρουτιλιανὸν, τίνα χρὴ προκεῖθαι αὐτῷ, καὶ δεῖ δέξασθαι τὸ μαντεῖον, καὶ στεφανωθῆναι ὡς ἱεροφαντικῷ καὶ προφητικῷ στεμματι. ὧν δὴ ἐν αὐτοῖς καὶ Παῖτος, ἰατρὸς τὴν τέχνην, πολίτης ὤν, ὅτι ἰατρῷ πρέπουσα, οὔτε πολιῷ ἀνδρὶ ταῦτα ποιῶν. ἀλλ᾽ ὁ ἀγωνοθέτης Ρουτιλιανὸς ἀστεφάνωτους αὐτοὺς ἀπέπεμψεν, αὐτῷ τῷ προθυτείαν φυλάττων, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγήν. ταῦτα, ὦ φιλότης, ὀλίγα ἐκ πολλῶν δείγματος ἕνεκα γράψαι ἠξίωσα, καὶ σοὶ μὲν χαριζόμενος, ἀνδρὶ ἑταίρῳ καὶ φίλῳ καὶ ὁμοτράπεζον ἐμοὶ πάντων μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ἐπὶ τε σοφίᾳ, καὶ ὡς πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι, καὶ τρόπου πραότητι, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ

constituereturr: neque non certamina quædam agerentur ab ijs qui in vaticinium coniurauerant, videlicet impostoribus insignibus ac præcipuis ad Rutilianum arbitrum sese conferentibus, vt is pronunciaret, quem ex ipsis oporteret in oraculi successionem capessendam eligi, atque sacerdotali propheticaque corona redimiri. Erat autem in hoc numero simul & Pætus, qui artis professione medicus, tum canus quum esset, ista faciebat neque medico, neque homini cano decora. At Rutilianus certaminis arbiter, incoronatos eos remittebat, ipsi sibi diuinandi auctoritatem seruans, posteaquam inde iam demigrauerat. Hæc, amice, ex plurimis pauca, quò degustamentum hominis præberem, scribenda, putaui, cùm vti tibi gratificarer, homini familiari at amico, quem & ego vnum omnium maximè suspicio, idq; plurimis nominibus, vel propter sapientiam singularem, vel ob amorẽ veri, vel ob morum manſuetudinem ac moderationem,

καὶ γαλιώτης βίος, καὶ ἀξιόπιστος πρὸς τὰς συνουσίας. τὸ πλεῖον δ', ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιον, Ἐπικούρου μιμητῶν, ἀνδρὶ ὡς ἀληθῶς ἱερῷ, καὶ θεσπεσίῳ τὴν φύσιν, καὶ μόνῳ μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἐγνωκότι, καὶ παραδεδωκότι, καὶ ἐλευθερωτῇ τῶν ὁμιλησάντων αὐτῷ γενομένῳ. οἶμαι δέ, ὅτι καὶ τοῖς εὐτυχέσι χρήσιμόν τι ἔχειν δόξει γραφὴ, τὰ μὲν διεξιοῦσα, τὰ δ' ἐν τοῖς τῶν φρονούντων νόμοις βεβαιοῦσα.

vel ob vitæ tranquillitatem, postremò comitatem atque humanitatem erga hos quibus cum viuis: tum verò (quod quidem tibi fuerit etiam iucundius) vt Epicurum vlciscerer, virum verè sacrũ, ingenioq; diuino, quiq; solus quæ verè sunt honesta, & nouerit & tradiderit, quiq; solus extiterit qui liberos reddere solitus sit eos qui secum haberent consuetudinem.

Denique arbitror fore, vt ijs qui in hanc lectionem inciderint, liber hic nonnihil vtilitatis afferre videatur, dum quædam redarguit, qrædam in opinionibus horum qui & rectè sentiunt, confirmat ac stabilit.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

HIc festiuissimus Dialogus & vtilissimus est ad deprehendendas coarguendasque quorundam impostoras, qui hisce quoque temporibus vel magicis miraculis, vel ficta religione, aliisque id genus præstigijs, vulgo fucum facere solent. Porrò quicquid est vel nigri salis quem Momo tribuunt, vel candidi, quem Mercurio ascribunt, id omne hic copiosissimè reperias licebit. Sumpsit exordium à difficultate rei, quam collatione quadam amplificat. Atque statim defendit institutum suum, exemplo superioris scriptoris.

a AVGIAE bubile repurgare.] *Allegoria prouerbialis in hominem aut rem maiorem in modum inquinatam, quæ etiam vsus est in Fugitiuis, vbi historiam Augeiæ adscripsimus,*

ad

ad quam alludit. b Nos verò multum.] *Collatio vtriusque argumenti.* c Latronem memoriæ prodemus.] *Latrones illi sunt, qui spe prædæ hominum vitæ insidiantur, quales sunt, grassatores & viarum obsessores. vnde latrocinium.* d Corpore igitur.] *Descriptio personæ, à qua ad narrationem paulatim ascendit.* e Cecropibus Eurybato, &c.] *Nobiles facinorosi. Meminit horum & Aeschines aduersus Ctesiphontem:* Οὔτε γὰρ Φρυνώνδας, οὔτε Εὐρύβατος, οὔτε ἄλλος τις πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο: i. *Nec Phrynondas, nec Eurybatus, nec alius quisquam veterum improborum vnquam talis magus & impostor fuit. Phrynondas cùm esset hospes Athenis, in negotijs Peloponnesiacis versabatur, homo versutus, malefi.us, impostor, summus malarum rerum artifex, vt hominis vocabulum in rei transierit appellationem. Etenim quoties insigniter malum, & sceleratum accipi volebant, Phrynondam appellabant. Eurybatus ex Cecropibus vnus fuit, insignitæ improbitatis homo. Cecropum autem historiam Erasmus noster retulit in adagio: Ne in lampygum incidas.* f Sostrato,] *Huius etiam meminit in quodam mortuorum dialogo colloquentis cum Minoë, & facinora sua in fatum transferentis.* g Nam ipse cùm aliquando.] *Amplificatio per collationem.* h Prorsum enim.] ὕλη *quædam & generalis vitiorum descriptio.* i Ita quum esset.] *Quæ adolescens gesserit:* k Inter multos autem.] *Quando & quæ à quibus didicerit, quibus cum versatus fuerit.* l Pharmaca mixta.] *Hoc carmen pluribus in locis est apud Homerum, præcipuè in Odyss. d. quod vsurpatur in Medicos imperitos, qui non rarò venenum pro remedio ministrant.* m Apollonio Tyaneo.] *Huius vitam octo libris Philostratus Lõnius scripsit. Hunc Herocles Christo æquiparauit: contra quem Eusebius Cæsariensis scripsit. Sed ego librum illum Philostrati, omnemque Apollonianæ vitæ scenam fabulosam arbitror, à fidei Christianæ hostibus confictam, vt haberent quem Soteri nostro opponerent. Nec me mouet, quòd Hieronymus Apollonij istius vitam à Philostrato scriptam attestetur: quia non ideò historiam ipsam approbat. Etenim aliud est, autorem citare, aliud approbare. Guilhelmus Philan-*

der Castilionius in suo in Vitruuium Commentario, hanc Apollonij vitam Luciano nostro adscribere videtur. n Verùm vbi iam.] Quæ sub virilem ætatem peregerit. o Amoribus esset idonea.] Causa & occasio rei gerendæ. p Pella.] Macedoniæ ciuitas est, vbi etiam Alexander Magnus natus dicitur. Solebant mulieres Pellæ Dracones alere, eosque ætate frigoris causa collo circumdare. Narrat Cicero, Alexandro somno consopito Draconem, quem Olympias mater alebat, visum esse ostendere radiculam, quâ sanaretur Ptolemæus. Strabo ait, vulneratò in Oritis Ptolemæo sagitta venenata, quondam Alexandro secundùm quietem visum esse, qui radicem, quâ Ptolemæus sanaretur ostenderet: Draconis nihil meminit.

q Ibi quum conspicerent.] Consilium ex effectu spei ac metus. r Olympiade.] De Olympiade Magni Alexandri matre, latè satis annotauimus in Dialogum Iouis & Alexandri. s Hinc iam bellum oritur.] Erasmus: Hinc belli initium dicit esse adagium, quod ad varios vsus potest accommodari, siue cùm ad incipiendum negotium accingi significabimus, siue cùm aliundè natam simultatem inuenimus, ac tumultum rerum exortum. t Hæc duo potissimùm] Metus & spes, vt eleganter & verè scribit hic Lucianus, diuinationem & auguria repererunt. Qui impensè cupiunt, suis votis vndecunque blandiuntur, & quidquid in omnem optati euentus trahunt. Rursum qui miserè metuunt, quauis ex re solatium formidinis aucupantur. Spes autem & metus vt nos afficiunt, vide eundem Lucianum, in Charonte, siue Contemplantibus, & in Demonacte. u Delum.] Apollinis Delij templum, in magna veneratione nedum Græcis, sed etiam exteris gentibus erat. x Hinc iam spectate.] Consultatio de loco.

y Cribro vaticinans.] Id est, stultè de rebus occultis diuinans. Paræmia sumpta à diuinationis genere, quod suspensa circumactoque cribro peragebatur. z Eæ tabellæ.] Principium impostura. A Hic rumor in omnem.] Rumor est sermo quidam in populo sine certo autore, de re aliqua recenti siue bona, siue mala. B Cocconas.] Cocconæ mors: in cuius locum Alexander, & quomodo idem pro diuino haberi cœpuus. C Quamobrem numerum.] Idque propter A. A.

E.Ξ. cum quibus literis ἀνὴρ compositum Alexandrum constituit. Significat autem A 1. Λ 30. E 5. Ξ 60. *qui numeri additi 96. constituunt, numerum in quatuor & viginti quater diuisibilem.* D Pellæus ille draco.] *Instrumentum futuræ actionis. Eum in valle Pelethronia, quæ sita est ad Pelij montis radicem, Aesculapius dicitur educasse. Et quanquam plura Draconum genera esse dicantur: vnum tamen est, referente Pausania, quod sola fert Epidaurus, mansuetum, & colore sufflauum: è Plinio Anguis vocatur, veneno carens, nisi per mensem Lunâ instigatus.* E Ergo posteaquã.] *Proœmium actionis, quo sibi viam ad cætera strauit.* F Iam verò mihi cognita.] *Fidem facit narrationi, ex circumstantijs loci & hominum.* G Adamantina.] *Quicquid inuictum, atque inexpugnabile, id adamantinum vocamus Est adamantis indomita vis ferri, ignisq; contemptrix. Theocritus in Pharmaceutria dixit, adamantem mouere posse, cuius vires sunt inuictæ. In Polo:* κἠκεμ' ἴσως ποτίδη ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐντι. *Id est,* Et fortè me aspiciet, quoniam non adamantina est. H Ast vbi.] *Principium actionis & consilij ab exemplo captum.* I Amphiarei.] *Is enim nouerat, quòd si iret Thebas, se nunquam reuersurum, hac de causa sæpè renuit: sed tandem circumuentus ab vxore, quæ dono torquem aureum à Polynice acceperat, coactus est eò proficisci, vbi occubuit. Sed vxor misera tales pœnas tandem pependit, quales Clytæmnestra.* K Eam ceræ partem.] *Qua arte obsignatas literas resoluerit.* L Reddebat oracula.] *Modus respondendi.* M Cæterùm ea.] *Quibus socijs & auxilijs vsus.* N Iámque paulatim.] *Qua arte aduersarios & Philosophos retuderit.* O Deinde non magno.] *Autophona responsa, quæ & quomodo data.* P Parthis Armenijsque.] *Exempla responsorum.* Q Et hactenus quidem.] *Transitio ad ea, quæ cum Romanis & exteris externis acta.* R Nam præter.] *Sacra & ritus peculiares ab eodem instituta, & quæ circa eadem flagitiosè commissa.* S Qui Deo dicarentur.] *Consecratio puerorum.* T Admoto ore sese complecteretur.] *Donatus in Eunuchum tria osculandi genera discernit: Oscula officiorum, basia pudicorum affectuum, suauia libidi-*

num quæ his exemplis confirmari possunt. Cicero ad Atticum: Aque vtinam ad complexum meæ Tulliæ, & osculum Atticæ venire possem. In Somnio Scipionis: Ille me amplexus & osculatus flere prohibebat. In Oratione pro Muræna: Scientiam iuris tanquam filiolam osculari. Basia & Basiationes vsurpat aliter Catullus, quàm Donatus adnotârit: Quæris quot mihi basiationes tuæ Lesbia sint satis? *alibi:* Basia multa basiarem. *alibi:* Da mihi basia mille. *Homerus:* Κῦσε δέ μεν κεφαλὴν, καὶ ἄμφω φάεα καλά. *Catullus:* Iucundum os oculo q́ue suauiabor. *Græcis autem* φίλημα *tantùm, & κύσον pro osculare.* κύσε *osculatus est.* V Lubet etiam.] *Exemplum dialogi Sacerdotis cuiusdam & Glyconis.* X Siquidem adiens ille] *Aliud periculosum Epicurei cuiusdam.*

Υ Atque Epicureo.] *Epicurus summum bonum in voluptate ponebat, non corporis, q́uemadmodum Aristippus, sed animi, hoc est, in absentia omnium dolorum. Traditur fuisse vitæ continentissimæ, nomen tamen voluptatis illud, in qua summũ bonum ponebat, effecit, vt ab eo homines voluptuarij, Epicurei dicantur. Sed necesse erat, inquit Lucianus, eum subinde vertere solum, tanquam impium, nullam vim cœlestem numénve diuinum existimantem.* Z Lignis ficulnis.] *Ex ligno ficulno fumum existere acerrimum, ac molestissimum, Plutarchus in Symposiacis perhibet. Si qua igitur ratio est, Alexandrum Pseudomantem impulit, vt Epicurei* κυρίας δόξας, *ficulnis cremaret lignis: ea (vt opinor) fuit, non vt eum nullius precij philosophum iudicaret.* Κύριαι *porrò* δόξαι *propositiones dicuntur, & axiomata rata & firma, cuiusmodi erant Epicuri.*

α Accipe iam facinus.] *Alia responsorum exempla quorum euentus omninò diuersi fuère.* β Erant autem.] *Interpretes oraculorum.* γ Insuper.] *Exempla barbaris redditorum.* δ Cæterùm pauca.] *Exempla eorum, quæ ipsi Luciano responsa ac facta.* ε Ego quum.] *Congressus Alexandri & Luciani.* ζ Aegialos.] *Aegialeus Phoronei, seu, vt alij volunt, Inachi filius fuit, cui Apis, cùm in Aegyptum trayceret, regnum Argiuorum reliquit. Ab eo igitur Aegialea cognominata fuit, quæ postea à Pelope Peloponnesos dicta est.*

TOZA-

ΤΟΞΑΡΙΣ Η ΦΙΛΙΑ. Μνησίππου καὶ Τοξάρεως.

TOXARIS, SIue Amicitia.

Eraſmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

VIdetur hoc dialogo Lucianus amicitiæ dignitatem atque effectum commendare voluiſſe, dum Toxarim & Mneſippum introducit, alterum Scytharum, alterum Græcorum, in amicitijs colendis fidem, prædicantem. Vtrumque autem pro patria ſua contendentem, connumeratis aliquot ſuæ ætatis hominum exemplis, qui mutua inter ſe amicitia deuincti, extrema etiam pericula interim alij pro alijs obiêre. Occaſio contentionis à ſolenni ſacrificio & cultu Pyladis & Oreſtis, quibus illos Scythæ venerantur, ſumpta eſt, altero videlicet mirante, & cauſam ſciſcitante, ob quam homines externos, & etiam hoſtes ſuos, diuinis honoribus Scythæ proſequerentur: altero autem fidem & amicitiam illorum exponente, ob quam tantos honores conſecuti eſſent. Neque enim quicquam ſanctius aut religioſius à Scythis obſeruari & cuſtodiri, quàm amicitiam, eaque magis illos iactare ſeſe, quàm vllis alijs operibus ac rebus. Interim tamen & illa memorabilia ſunt, quæ de ritu iungendi fœderis & amicitiæ, cuius etiam Herodotus meminit in Melpomene, & de conſuetudine contrahendi auxilia atque exercitus, obiter addit.

Interlo-

Interlocutores: Mnesippus Græcus, Toxaris Scytha.

MNESIPPVS.

Τί φῄς, ὦ Τόξαρι, θύειν Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ὑμᾶς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι πιστεύειν αὐτούς; Τόξ. θύομεν, ὦ Μνήσιππε, θύομεν, οὐ μέντοι θεοὺς γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἄνδρας ἀγαθούς. Μνήσ. νόμος δ' ὑμῖν, καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀφθάνοσι θύειν ὥσπερ θεοῖς; Τόξ. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορτὰς καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς. Μνήσ. τί θηρώμενοι παρ' αὐτῶν; οὐ γὰρ δήπου ὠφελίας εἵνεκα θύετε αὐτοῖς, νεκροῖς γενοῦσιν. Τόξ. οὐ χάριν μέν γε ἴσως, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ ὑμῖν εὐμενεῖς εἶεν, οὐ μὴν ἀλλὰ, καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μιμνῃσκόμενοι τῶν ἀείσων. καὶ τιμῶμεν ἀφθάνους· ἡγούμεθα γὰρ οὕτως ἂν ὑμῖν πρὸς τοὺς

QVid ais, Toxaris? Sacrificatis[a] Oresti ac Pyladi[b] vos Scythæ, deosq; esse illos creditis? TOX. Sacrificamus, Mnesippe, sacrificamus inquam: haud tamen deos esse arbitrati, sed viros bonos. MNES. An verò mos apud vos, etiam bonis viris, posteaquam vita defuncti sunt, perinde vt dijs sacra facere? TOX. Non istuc modo, verùm eosdem festis diebus ac celebribus conuentibus honoramus. MNES. Quid captantes aut sperantes ab illis? Neque enim quo beneuolentiam illorum concilietis, ob id rem diuinam illis facitis, quum iam sint mortui. TOX. Nihil officiat fortasse, si & eos qui mortui sunt, propitios haberemus. quanquam non ob id tantùm hæc facimus: quin magis existimamus nos rem vehementer conducibilem, & his qui in vita sunt, esse facturos, si præstantium virorum memoriam celebremus, honoremq; habeamus ijs, qui vita defuncti sunt. Siquidem hac ratione futurum

πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελῆσαι γενέσθαι. Μνήσιπ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀρθῶς γινώσκετε, Ορέστην δὲ καὶ Πυλάδην, τίνι ποτὲ μάλιστα θαυμάσαντες, ἴσους ἐποιήσασθε, καὶ ταῦτα, ἐπὶ νυὸς ὄντας ὑμῖν, ἢ τὸ μέσιον πολεμίους; οἵ γε ἐκ τῆς σφαγῆς, ναυαγίᾳ περιπεσόντας, οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες ἀπῆγον, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καταθύσοντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι, καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες, τόν τε βασιλέα ἐτέινουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν παραλαβόντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀρτεμιν αὐτὴν ἁρπάσαντες, ᾤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες τοῦ ἡμετέρου τῶν Σκυθῶν νόμου. ὥστε εἰ διὰ ταῦτα τιμᾶτε τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τέως τοῦτο μὲν ἀκριβῶς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ορέστας καὶ Πυλάδας καλεῖν.

ΜΝΗΣ. ἐμοὶ

futurum arbitramur, vt multi apud nos illorum similes euadere cupiãt. MNES. Ista quidem rectè iudicatis: at Pyladem atque Orestem quo nomine potissimùm suspexistis, vt diis eos æquaueritis, idque adeò quum hospites vobis essent, vel, quod grauius, hostes? Quippe posteaquam naufragio eiecti, ab iis qui tum Scythiam incolebant, essent comprehensi abducticque, vt Dianæ immolarentur: adorti carcerarios, neque non oppressis excubiis & regem trucidârunt, & assumpta sacerdote, quin ipsa quoque Diana sublata, nauigio sese præripuerunt, irrisa publica Scytharum lege. Quòd si ob istiusmodi facta honorem habetis viris: facilè assecuti fueritis, vt multos illorum similes reddatis. Iámque ipsi ab hoc die vsque ad prisca illa respicite, num vobis expectarit multos in Scythiã Orestes ac Pylades appellere.

Nam

ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε τάχιστα ἂν οὕτως ἀσεβεῖς αὐτοὶ, καὶ ἄθεοι γενέσθαι, τῶν περιλοίπων θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν ἐκ τῆς χώρας ἀπεξενωθέντων. εἶτ' οἶμαι, ἀντὶ τῶν θεῶν ἁπάντων, τοὺς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἥκοντας ἄνδρας ἐκθειάσετε, καὶ ἱεροσύλοις ὑμῶν οὖσι θύσετε, ὡς θεοῖς. εἰ γὰρ μὴ ἀντὶ τούτων Ορέστην καὶ Πυλάδην τιμᾶτε, ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο, ἀνθ' ὅθου πάλαι οὐ θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτοὺς, νῦν τὸ ἔμπαλιν θύσαντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε γενομένοις, ἱερεῖα νῦν προσάγετε· γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε, καὶ ἐπεναντία τοῖς πάλαι. Τοξ. καὶ ταῦτα μὲν, ὦ Μνήσιππε, γενναῖα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. τὸ γὰρ δύο ὄντας, οὕτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπάραντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον,

Nam mihi quidem isto pacto mox futurum videtur, vt religionis ac deorum expertes reddamini: dijs qui reliqui sunt, ad eundem modum è regione vestra in exilium ablegatis: postea, opinor, deorum omnium vice, viros qui illos eiectum venerant, diuinitate donabitis: & qui sacrilegi in vos fuerunt, ijs tanquam dijs sacrificabitis. Quòd si nequaquàm horum gratiâ Orestem ac Pyladem colitis, sed aliud quippiam Toxaris, in vos beneficij contulerunt, quâ gratiâ quùm olim non esse deos iudicaueritis, nunc è regione sacra illis facientes, deos esse decreuistis: & qui tum parum aberant, vt victimæ fierent, ijs nunc victimas offertis? Enimuerò ridicula videantur ista, & cum his quæ quondam statueratis pugnantia. TOX. *Et ista quidem, Mnesippe, præclara sunt virorum illorum facinora, quæ commemorâsti: videlicet, duo cùm essent, tam ingentē ausum audere, vt tā procul à sua patria profecti,*

mare

Πόντον, ἀπέρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα, πλὴν μόνων τῶν ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς εἰς τὴν Κολχίδα στρατευσάντων, μὴ καταπλαγέντας, μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐν αὐτῷ, μήτε τὴν προσηγορίαν καταλάσαντας, ὅτι ἄξενον ἐκαλεῖτο, οἶα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν οἰκητόρων, καὶ ἐπειδὴ ἑάλωσαν, ὅτως ἀνδρῶς χρησασθαι τῷ πράγματι, καὶ μὴ ἀγαπῆσαι, ἐὰ σῳφρονήσαντα μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τὸν βασιλέα τῆς ὕβρεως, καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας ἀπενεῦσαι. ὡς ταῦτα ἐὰ θαυμαστὰ, καὶ θείας τινὸς τιμῆς ἄξια παρὰ πάντων, ὁπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν; ἀτὰρ ἐ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἐνιδρύσθω ἥρωσιν αὐτοῖς κρώμεθα. Μνή. λέγοις ἂν ἤδη ὅ, τι σημεῖον καὶ θεῖον ἄλλο ἐξηργάσασθε. ἐπεὶ ὅλον ἐν τῷ πλῷ καὶ τῇ ἀφιξίᾳ, πῶς ἂν οἱ θεατέρους ἐκείνων ἀφελέσθαι τοὺς ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας ἀπεργάσαιντο. ἐπὶ ὅσον ἐν

mare transmitterent, Græcis ad id vsque temporis intactũ, nisi solis his, qui Argo in Colchidẽ traiecerunt exercitũ: nihil expauefacti, neq; fabulas quæ de illo feruntur, neq; appellationẽ veriti quòd inhospitũ vocaretur, videlicet (opinor) quòd feræ vndique gentes accolerent: deinde quum iam capti essent, vsque adeò strenuè sese gesserint: neq; sat habuerint si tantùm incolumes euaderent, nisi & à Rege acceptam contumeliam vlti, & Diana sublata abnauigassent. Quid? an non admiranda hæc, & quæ diuino quodã honore digna iudicent, quicquid est hominum qui virtutem suspiciũt? Quanquam non ista spectantes in Oreste ac Pylade, pro heroibus illos habemus. MNES. Atqui iam dices quidnam præter ista suspiciendum patrârint atq; diuinum. Nam quãtum ad nauigationem & peregrinationem attinet, non paucos profectò diuiniores istis ostendero negociatores, atque inter hos præcipuos Phœnicet,

κας αὐτῶν, οὐκ ἐς τὸν Πόντον, οὐδὲ ἄχρι τῆς Μαιώτιδος, καὶ τοῦ Βοσπόρου μόνον ἐσπλέοντας, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης ναυτιλλομένους. ἅπασαν γὰρ οὗτοι ἀκτὴν, καὶ πάντα αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος, ὀψὲ τοῦ μετοπώρου, εἰς τὴν αὐτῶν ἐπανίασιν, οὓς κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, θεοὺς νόμιζε, καὶ ταῦτα, καπήλους καὶ ταριχοπώλους, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας. Τό, ἄκουε δὴ, ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει, καθ' ὅσον ἡμεῖς οἱ βάρβαροι, εὐγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴ γε ἐν Ἄργει καὶ καὶ Μυκήναις οὐδὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου καὶ Πυλάδου· παρ' ὑμῖν δὲ καὶ νεὼς ἀπρδέδεικται αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἑταίροις γε οὖσι, καὶ θυσίαι προσάγονται, καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα. κωλύει τε οὐδὲν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὺς κεκρίσθαι. οὐ γὰρ ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ

ces, qui non in Pontum, neq; ad Mæotidē vsq;, aut Bosporum tātum enauigāt, verùm quaquauersus Græcum ac Barbarū mare permetiuntur. Hi siquidem omnem oram, & omne littus (vt ita dixerim) perscrutatis in annos singulos, extremo demum autumno in suam patriam reuertuntur: quos scilicet ad eandem rationem pro dijs habeto: idq; etiamsi complures illorum caupones ac salsamentarios esse reperies.

TOX. Audi nunc, ô vir admirande, consideraq; quanto nos, qui Barbari vocamur, rectiùs vobis de bonis viris sentiamus. Siquidem in Argo atq; Mycenis ne sepulchrū quidem vllum insigne videre est Orestis ac Pyladis, apud nos verò & templum ostenditur ambobus illis communiter sacrum, ita vt par erat amicis: & hostiæ offeruntur, reliquúsque omnis honos. Porrò quòd hospites erant, non Scythæ, id verò nihil obstat quò minus boni viri iudicentur.

neq;

οὐδ' φθονοῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο· ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔτραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔργων ποιούμεθα. ὁ δὲ μάλιστα καταπλαγέντες, τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι οὗτοι δὴ, ἄριστοι ἁπάντων γεγενῆσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις νομοθέται κατασεῖναι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν, καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τῶν ἀρίστων θεραπεύεσθαι. καὶ ἄγε μετ' ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον, ἀναγράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐπὶ στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς τὸ Ὀρέστειον, καὶ νόμον ἐποιήσαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα, καὶ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι τὴν στήλην ταύτην, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς γεγραμμένα διαμνημονεῦσαι. θᾶττον γοῦν τοὔνομα ἕκαστος αὐτῶν ἐπιλάθοιτο τοῦ πατρὸς, ἢ τὰς Ὀρέστου καὶ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ νεὼ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ στήλη δηλοῖ, γραφαῖς ὑπὸ τῶν παλαιῶν εἰκασμένα δείκνυται.

neq; enim perpendimus cuiates sint viri honesti ac probi: neq; inuidemus, si cũ amici nõ fuerint, res egregias gesserũt: quin magis admirãtes ea quæ patrârunt, ab ipsis factis domesticos ac nostrates illos ducimus. Quod aũt potissimũ stupentes in illis viris efferimus, illud est, ꝙ nobis visi sũt amici inter sese longè optimi extitisse, atq; alijs exemplo fuisse, quasiq; legẽ statuisse, quẽ admodũ oportet amicos omnem inter se cõmunicare fortunã: simulq; promeruisse vt à Scythis, qui in amicitiæ laude primas tenerẽt, colerẽtur. Itaq; quæcũq; alter cũ altero, vel alter pro altero tulit, ea maiores nostri descripta in colũna ærea reposuerũt in tẽplo Orestis: ac leges statuerũt, vt ea colũna prima esset institutio disciplinaq; liberis suis, si meminissent quæ in illa essent asscripta. Itaq; penè patris quisq; sui nomẽ citiùs obliuisceretur, quàm res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu templi eadẽ quæcũq; in colũna notãtur, priscorũ pictoris adũbrata visũtur:

πλέων Ορέστης ἅμα τῷ φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς λῃστικοῖς, διαφθαρείσης αὐτῶν τῆς νεώς, σωθεὶς κομισθῇ, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρασκευασθῇ, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη διατάττηται αὐτῶν, διαλαθὼν μὲν ἐπὶ τὸ ἕτερον τοίχωμα, ἤδη ἐκλελυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπται, καὶ φονεύων τὸν Θόαντα, καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν Σκυθῶν. καὶ τέλος, ἁρπάσαντε, ἔχοντε τὴν Ἰφιγένειαν, καὶ τὸν ἕτερον οἱ Σκύθαι δὲ ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τῷ σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι· εἶτ' ἀδὴν ἀνύσαντος, οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ, ἀλλ' ἄλλως, ἀφνήχονται πρὸς τὴν γῆν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστ' ἄν τις ἄρα, ὁπόσον ὑπὲρ ἀνθρώπων εὔνοιαν ἐπιδείκνυται, ἐν τῷ πρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. πεποίηκε γὰρ ὁ γραφεὺς ἑκάτερον ἀμυνόμενα καθ' ἑαυτὸ πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ἐπιφερομένους θατέρῳ, καὶ πρὸς ἐκείνου ἀπαντῶν, πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, καὶ

nempe Oreſtes vnà cum amico nauigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipſorum naue comprehenſus, & ad victimã adornatus: iamq; Iphigenia initiat eos. Exadverſo verò in altero pariete idem iam vinculis exutus depictus eſt, ac Thoantem occidens, multoſq; ex Scythis alios. Poſtremò ſoluentes abducta Iphigenia, ac dea. Porrò Scythæ fruſtra ſcapham adoriuntur iam nantem, hærentes gubernaculis, ac conſcendere conantes. Deinde re fruſtra tentata, alij quidem ex eis ſaucij, alij verò eius rei metu compulſi, natatu ſemet in ſolum recipiunt: vbi vel maximè liceat perſpicere, quantam alter in alterum benevolentiam præſtiterit in conflictu cum Scythis. Fecit enim pictor vtrunque de hoſtibus in ſemet ruentibus ſecurum, propellentem autem eos qui in alterum feruntur, ac præ illo iaculis occurrere conantem:

pro

καὶ παρ' οὐδὲν τιθέμενον, εἰ ἀφοθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὴν ἐπ' ἐκεῖνον φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι. τὴν δὴ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς κοινωνίαν, καὶ τὸ πιστὸν καὶ φιλέταιρον, καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα ὠήθημεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος, καὶ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους. οἱ μέχρι μὲν κατ' οὖρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγανακτοῦσιν, εἰ μὴ ἐπ' ἴσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων. εἰ δέ τι καὶ μικρὸν ἀντιπνεύσειεν αὐτοῖς, οἴχονται, μόνους τοῖς κινδύνοις ἀπολιπόντες. καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι. οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἄν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, καὶ ἐπὶ τῷ συμπονοῦσαι φίλῳ ἀνδρὶ καὶ κοινωνοῦσαι τῶν δεινῶν. ὥσπερ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν, τοῦ προδότην φιλίας γεγενῆσθαι δοκεῖν.

pro nihilóq; ducentem si intereat ipse, modò seruet amicum, vel suo ipsius corpore præueniens excipiensq; ictus in illum intentos. Iam verò tantam illorum beneuolentiam, atq; in rebus tristibus communionem, fidem, humanitatem, veritatem, deniq; constantiam alterius in alterum amoris: hæc haudquaquam humana putauimus esse, verùm animi cuiusdam præstantioris, quàm pro more vulgarium istorum mortalium, qui donec secundis ventis nauigatur, amicis indignantur nisi ex æquo participes fiant rerum lætarum: quòd si vel paululum eis venti reflare cœperint, aufugiunt, solos in periculis deserentes. Enimuerò & illud noueris, nihil amicitia melius arbitrantur Scythæ, neque est in quo Scytha magis glorietur, quàm in adiutandis amicis, communicandisq; rebus acerbis: quemadmodum neque probrum apud nos maius vllum, quàm amicitiæ desertorem videri.

δὲ ταῦτα Ορέστην καὶ Πυλάδην τιμῶμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἁπάντων θαυμάζομεν, καὶ τοὔνομα ἐπὶ τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, ἡρᾴκους καλλεῖσθαι, τοῦτο ἂν δέ ἐστιν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες. Μνή. ὦ Τόξαρι, οὐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, καὶ τὰ πολεμικὰ τῶν ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ καὶ ῥῆσιν εἰπεῖν, ἁπάντων πιθανώτατοι. ἐμοὶ γοῦν τέως ἄλλως γιγνώσκουτι, ἤδη καὶ αὐτῶν δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε, οὕτως Ορέστην καὶ Πυλάδην ἐκθειάσαντες, ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, καὶ γραφεὺς ἀγαθὸς ὢν πάνυ γοῦν ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ορεστείῳ εἰκόνας, καὶ τὴν μάχην τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων τραύματα. πλὴν ἀλλ' οὐκ ᾠήθην ἂν οὕτω ποτὲ περισπούδαστον εἶναι φιλίαν ἐν Σκύθαις·

Has ob res Orestem ac Pyladē veneramur, quòd præstantes extiterint in Scytharū virtutibus atq; in amicitia præcellētes: id quod nos omniū maximè admiramur. Appellationē quoq; ex his illorū factis imposuimus, vt Coraci vocētur, quod quidē nostra in lingua perinde sonat, at si qs dicat dij amicitiæ præsides. MNE. *Hui Toxaris, profectò nō arcu modò valuerunt Scythæ, bellicisq; in reb. cæteris antecelluerunt, verùm vidētur & ad orandū persuadendumq; omniū aptissimi: vnde mihi quum dudum secus videretur, nunc eidē meritò fecisse videmini, qui sic Orestem ac Pyladem in deorum numerū retuleritis. Verùm illud me fugerat, vir optime, quòd pictor quoq; bonus esses. Admodum enim euidenter ostēdisti nobis quæ sunt in Orestis templo, picturas pugnamq; virorum, alteriq; pro altero suscepta vulnera. Tametsi non putâram amicitiā vsque adeò cultā fuisse quondā apud Scythas;*

magis

ἅτε γὰρ ξένους καὶ ἀγρίους ὄντας αὐτοὺς, ἔχθρα μὲν ἀεὶ σωεῖναι, καὶ ὀργῇ καὶ θυμῷ φιλίαν δὲ μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους ἐπαναιρεῖσθαι, τεαμαιρόμενος τοῖς τεάλλοις ἃ περὶ αὐτῶν ἀκούομεν, καὶ ὅτι κατεσθίουσι τοὺς πατέρας ἀπεθανόντας. Τόξ. εἰ μὲν καὶ τἆλλα ἡμεῖς τῶν Ἑλλήνων καὶ δικαιότεροι τὰ πρὸς τοὺ γονέας, καὶ ὁσιώτεροι ἐσμὲν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην πρὸς σέ. ὅτι δὲ οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιστότεροι τῶν Ἑλλήνων φίλων εἰσὶ, καὶ ὅτι φιλίας λόγος πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι. καὶ πρὸς θεῶν τῶν Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἀχθηδόνα μου ἀκούσῃς, ἢν εἴπω τι ὧν κατανενόηκα, πολὺν ἤδη χρόνον ὑμῖν συγγινόμενος· ὑμεῖς γάρ μοι δοκεῖτε, τοὺς μὲν περὶ φιλίας λόγους ἄμεινον ἄλλων εἰπεῖν ἂν δύνασθαι, τὰ ἔργα δὲ αὐτῆς οὐ μόνον οὐ κατ' ἀξίαν τῶν λόγων

magis autem, quòd barbari essent atq; agrestes, simultate quidem, ira, rabieq; perpetuò committi: amicitiam verò ne in familiarissimos quidem exercere solitos: idq; coniiciens, quum ex alijs quæ de illis audimus, tum ex hoc, quòd progenitores suos vita defunctos deuorant. TOX. *An nos Græcis quùm alijs in rebus tum in his quæ ad parentum attinent cultum, sanctiores magisq; pij simus, in præsentiarum haudquaquam contenderim: quòd autem nostrates amici longè fideliores sint amicis Græcis, quodque amicitiæ ratio maior apud nos quàm apud vos, haud difficile fuerit docere. Ac per deos Græcorum, ne tibi molestum sit audire, si quæ perspexi, dixero, multum iam temporis apud vos versatus. vos enim mihi videmini præclarius cæteris de amicitia verba posse facere, vim verò factaq; illius adeò non solùm pro ser-*

γων ἐκμελετᾶν, ἀλλ' ἀπόχρη ὑμῖν ἐπαινέσαι τι αὐτῶν, καὶ δεῖξαι, ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς χρείαις προδόντες τοὺς λόγους, θραπιτσύητε, ἀκοιδὶ ὅπως, ἐκ μέσων τῶν ἔργων. καὶ ὁπόταν ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς ξιαύτας φιλίας ἐπὶ τῶν σκηνῶν ἀναβιβάσαντες δακνύωσιν, ἐπαινεῖτε, καὶ ἐπικροτᾶτε καὶ συνδυωδύουσιν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων οἱ πολλοὶ, καὶ συμδακρύετε, αὐτοὶ δὲ ὑμῶν ἄξιον ἐπαίνου ὑπὲρ τῶν φίλων παρέχεσθαι τολμᾶτε, ἀλλ' ἢν τῶν φίλων δυσθὲς τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα, οἴχονται ὑμῖν ἐκ τοσῶν ἐκείνων τραγῳδίαι, ζῶσις κενοῖς ζώσις, καὶ ἀψύχοις προσωπέοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀφεῖσαι, ἃ διηρημένα τὸ στόμα, καὶ τὰμμέγιθος ἐσχηκότα ἐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγξασθαι ἡμῖν δυνάμενα, ὅσον γε διαλεκτόμενα ἐν τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πλουτήσομεν. ἔχ' οὖν ἀσκεῖ, ὅτῳ νῦν ποιῶμεν.

monum dignitate non exercere, vt satis vobis sit prædicare eam, & quantum sit bonum, ostendere: at vbi vsu venit, deficientes à sermonibus, nescio quomodo è medio negocio ausugitis. Cæterùm quum Tragœdi in scenã progressi, istiusmodi amicitias vobis repræsentãt, plerique laudatis atque applauditis, ac pro se mutuò periclitantibus illis lachrymatis, ipsi verò nihil dignum laude pro amicis præstare auderetis: quin siquando fortè accidat vt egeat amicus, ibi protinus non secus atque insomnia procul auolantes euanescunt vobis multæ illæ tragœdiæ, vosq; similes relinquunt inanibus istis ac mutis personis, quæ diducto rictu, atque immanè hiantes, ne minimum quidem loquuntur. At nos ediuersò, quò sumus in dicendo de amicitia posteriores, hoc in præstanda ea præcedemus. Quare, si videtur, ista in præsentiarum agamus

priscos

τοὺς μὴ παλαιοὺς φίλους ἀτρεμεῖν ἐάσωμεν, εἴ τινας ἢ ἡμεῖς ἢ ὑμεῖς τῶν πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν, ἐπεὶ κατά γε τοῦτο πλεονεκτοῖτε ἄν, πολλοὺς καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας, τοὺς ποιητὰς πρῶτ' μόνοι, τὴν Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου, καὶ τὴν ἄλλην ἑταιρείαν, ἐν καλλίστοις ἔπεσι καὶ μέτροις ῥαψῳδοῦντας. ὀλίγους δέ τινας προχειρισάμενοι τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲν τὰ Σκυθικὰ, σὺ δὲ τὰ Ἑλληνικά· καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους πράσχηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνακηρύξει, καλλίστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος. ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀπρτμηθῆναι τὴν δεξιὰν, ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ἐπιτιμίον ἐστὶν, ἢ χείρων ἄλλου κατὰ φιλίαν κεκρίσθαι, καὶ ταῦτα, Ἕλληνος Σκύθης αὐτὸς ὤν.

Μνή.

priscos illos amicos valere sinamus, si quos vel nos vel vos ex his qui olim fuêre, recensere valemus, quando ista quidem parte vos nimirum superaueritis cõpluribus ac grauibus adductis testibus, nempe poëtis, qui Achillis & Patrocli amicitiam, tũ Thesei Pirithoiq́, neque non aliorum necessitudinem, pulcherrimis versibus carminibusq́ contexuerunt. Quin paucos quosdam in medium afferamus ex his qui nostra ipsorũ memoria fuerunt, atq́ eorum res gestas exponam⁹: ego quidẽ Scythicas, tu verò Græcanicas. Et in his vter superârit, melioráq́ produxerit amicorum exempla, is & victor esto, ac suam ipsi⁹ victori am promulgato, tanquam qui pulcherrimum honestissimumq́ certamẽ de certârit: adeò vt ego quidem nõ paulò malim mihi in singulari victo certamine dextram amputari (nam est apud Scythas victo pœna) quàm in amicitia quopiam inferior iudicari, præsertim Græco, ipse Scytha quum sim-

Μνή, ἔστι δ', Τόξαρι, ὁ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ, οἵῳ σοί, πολεμικῷ μονομαχῆσαι, πολυν ὑπόχους καὶ τεθηγμένους ὀρθοπαναρμονίῳ τοῖς λόγοις, ὁ μὲν ἀγνοῶς γε οὕτω καταπροϊδοὺς ἐν βραχεῖ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν, ἐποχωρήσομαί σοι. καὶ γὰρ ἂν εἴη παράλογον, εἰ μὴ ἐκείνοις ἀπιθάνως ζῶντας τῶν Σκυθῶν, οἵους οἵ τε μῦθοι λαλοῦσι, καὶ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαὶ, ὡς μικρῷ πρόσθεν ἐν μέσῃ ἐξεπαγόμην, Ἕλληνας δὲ πάντας, τοσαῦτα ἔθνη, καὶ τοσαύτας πόλεις ἐρήμους ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, οὐ πάνυ ἀξιάλογον ὥσπερ ὑμᾶς, ἀλλὰ πάνυ γλῶτταν ἀποτμηθῆναι, καλόν. πότερον δ' ἀείσασθαι χρὴ τὸν ἀριθμὸν ὑμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πράξεων, ἢ ὁπόσῳ ἄν τις πλείους ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ ἀπροϊδοτέρῳ δόξειεν ἂν πρὸς πάνυ νικᾶν. Τόξ. οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐκείσε μὴ ἐν ᾧ πλεῖστα αὐτῶν τὸ κράτος, ἀλλ'

MNE. Quàquam est haud mediocris negocij, cum viro, ita vt tu es, bellatore, singulari certamine congredi, tũ admodum instructo missilibus ac penetralibꝰ narrationibus: haud tamẽ vsqueadeò ignauiter tã citò vniuersam deserens Græciam, tibi cessero. Etenim vehemẽter absurdum fuerit, quum duo illi tantum vicerint Scytharum, quantum fuisse declarant tum fabulæ, tum vetustæ vestræ picturæ, quas paulò antè scitè admodum repræsentabas: Græcos omneis, tot nationes, tot ciuitates, nullo defendente vinci abste. Nam istuc si fiat, non dextram, quemadmodum apud vos solet, sed linguam execari conueniat. Sed vtrũ spectare nos oportet, numerúmne eorum quæ amicè quis gesserit: an magis quòd plures alteruter amicos referre poterit, hoc victoria dignior videbitur? TOX. Nequaquam, imò non multitudine vis horũ spectetur, verùm

ἀλλ' εἰ ἀμείνους, καὶ εἰ τομώτεραι φαίνοιντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν. ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, καιριώτερα δηλονότι, ἐγράβοντά μοι τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. Μνή. εὖ λέγεις, καὶ ὡρίσθωσαν, ὁπόσαι ἱκαναί. Τό. πέντε ἔμοιγε δοκοῦσιν ἑκατέρω. Μνή. καμοὶ δοκεῖ. πρότερος δὲ λέγε, ἀλλὰ ἐπομοσάμενος ἢ μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν· ἄλλως γὰρ ἂν πλάττειν τὰ τοιαῦτα, οὐ πάνυ χαλεπὸν, καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δὲ ὁμόσειας, οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. Τό. ὀμούμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις. Μνή. τίς δὲ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν, ἆρ' ἱκανὸς ὁ φίλιος; Τό. καὶ μάλα, ἐγὼ δὲ τὸν ἐπιχώριον ὀμοῦμαί σοι ἐν τῷ ἐμαυτοῦ λόγῳ. Μνή. ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος, ἢ μὴν ὁπόσα ἂν λέγω πρὸς σὲ, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρὰ ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκρι-

TOXA. Et maximè. iurabo, meapte in lingua.

verùm si quæ tu narrabis facta, his quæ narrabo, videantur præstantiora, magisq; penetrantia: tum nimirum etiamsi numero paria sint, opportuniora magisque lethalia mihi facient vulnera: ac penè memet ad ictus accommodabo. MN. Probè loqueris. Statuamus igitur quot erunt satis. TOXA. Mihi quidem satis fore videtur, si vterque quinq; narret exempla. MNE. Itidem mihi videtur. ac prior dicito, verùm adiuratus, nimirum non nisi vera dicturum. alioqui fingere eiusmodi, non admodum fuerit difficile: palàm autem refelli non queant. Porrò si iuraris, nefas sit non habere fidem TO, Iurabimus, si quid etiam iureiurando opus esse censes. MN. Quis tibi è dijs nostratibus, num satisfaciat Iupiter Philius? Ego quoque tibi nostratem MNES. Testis igitur esto Iupiter Philius, quæcunque dicturus sum apud te, ea nimirũ vel quæ viderim ipse, vel quæ ab alijs quoad fieri potuit, diligen-

ἀκριβείας ἐκπυνθανόμενος ἐρεῖν, μηδὲν παρ' ἐμαυτοῦ ἐπιτραγῳδῶν. καὶ πρώτην γέ τοι τὴν Ἀγαθοκλέους καὶ Δεινίου φιλίαν διηγήσομαι, ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἰωσι γενομένην. Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος οὐ πὲ πολλοῦ ἐγένετο, ἄριστος μὲν ἐς φιλίαν, ὡς ἔδειξε, τἆλλα δὲ οὐδὲν ἀμείνων Σαμίων τῶν πολλῶν, οὔτε ἐς τὸ γένος, οὔτε ἐς τὴν ἄλλην πρίουσίαν, Δεινίᾳ δὲ τὸ Λυσίωνος Ἐφεσίῳ φίλος ἐκ παίδων ἦν. ὁ δὲ Δεινίας ἐπλουτεῖ ἄρα εἰς ὑπερβολὴν, καὶ ὥσπερ εἰκὸς νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὐτὸν, ἱκανοὺς μὲν συμπιεῖν, καὶ πρὸς ἡδονὴν συνεῖναι, φιλίας δὲ πλεῖστον ὅσον ἀπρεδέοντας. τέως μὲν οὖν ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξηταίζετο, καὶ συνῆν, καὶ συνέπινεν αὐτοῖς, οὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ διατριβῇ, καὶ

diligentissimè perceperim, narraturum, nihil ex me ipso comminiscentem, alleuantémque. Ac primo quidem loco, Agathoclis Diniæque amicitiam referam, quæ apud Ionas est celebratissima. Nam Agathocles hic, qui Samius fuit, non ita pridem vixit, vir in amicitia quidem præcipuus, ita vt re declarauit: cæterùm reliquis in rebus vulgo Samiorum nihilo præstantior, neq; genere, neque cæteris item opibus. Huic cum Dinia Ephesio Lysionis filio amicitia à puero intercesserat. Porrò Dinias supra modum ditatus est, & quemadmodum solent ij qui nuper opes nacti sunt, complures & alios secum habebat, satis quidem idoneos illos & ad compotandum, & ad voluptariam consuetudinem, ab amicitia verò longè alienissimos.

Atque inter hos interim habebatur Agathocles, conuiuebátque & compotabat illis, non admodum approbans eam viuendi rationem,

Dinias

καὶ ὁ Δεινίας οὐδὲν αὐτὸν ἐντιμότερον εἶχε τῶν κολάκων. τελευταῖον δὲ καὶ προσέκρουε, τὰ πολλὰ ἐπιτιμῶν, καὶ φορτικὸς ἐδόκει, ὑπομιμνήσκων καὶ τῶν προγόνων, καὶ φυλάττειν παραγγέλλων, ἃ μετὰ πολλῶν καμάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κτησάμενος, κατέλιπεν. ὥστε διὰ ταῦτα, οὐδὲ ἐπὶ τοὺς κώμους ἐπῆγεν ἔτι αὐτὸν, ἀλλὰ μόνος μετ' ἐκείνων ἐκώμαζε, λανθάνειν πειρώμενος τὸν Αγαθοκλέα.

καὶ δή ποτε ἑπὸ τῶν κολάκων ἐκείνων ὁ ἄθλιος ἀναπείθεται, ὡς ἐρῴη αὐτοῦ Χαρίκλεια, Δημώνακτος γυνὴ, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, καὶ πρώτου Εφεσίων τὰ πολιτικά. καὶ γραμμάτια τε εἰσεφοίτα παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτῷ, καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι, καὶ μῆλα τινα ἀπρεδηγμένα, καὶ ἄλλα, ὁπόσα αἱ μαστροποὶ ἐπὶ τοῖς νέοις μηχανῶνται, κατὰ μικρὸν, αὐτοῖς ἐπιτεχνώμεναι τοὺς ἔρωτας, καὶ ἀναφλέγουσαι τὸ πρῶτον ἐρᾶσθαι

Dinias autem nihilo hunc potiorem habebat, quàm cæteros adulatores. Tandem etiam offendere cœpit crebriùs obiurgans, molestùsque videbatur, quippe qui admoneret eum maiorum, præciperétque vt seruaret quæ multo labore parta pater illi reliquisset: adeò vt ob hæc ne ad comessationes quidem illum deinceps adhiberet, sed solus cum illis comessaretur, celare cupiens Agathoclem. Demum ab assentatoribus illis misero persuasum est quòd amaretur à Charicléa Demonactis vxore, viri illustris. atque inter Ephesios in honoribus ciuilibus primarij. Iam & literulæ à muliere ad illum ventitabant, & serta semimarcida, & mala quædam admorsa, denique quicquid ad hæc lenæ machinantur in adolescentes, quo paulatim illis amorem artibus quibusdam inserant, primúmque hac incendant opinione

ρᾶσθαι νομίζοντας. ἐπαγωγότατον γὰρ τοῦτό γε, καὶ μάλιστα τοῖς καλοῖς εἶναι οἰομένοις, ἄχρις ἂν λάθωσιν εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. ἡ Χαρίκλεια δὲ, ἦν ἀστεῖον μὲν γυναῖον, ἑταιρικὸν δὲ ἐκτόπως, καὶ τοῦ πεσεῖν ἀεὶ, καὶ εἰ παύνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις. καὶ εἰ πεσίδοι τις μόνον, εὐθὺς ἐπέρνευε. καὶ δέος οὐδὲν ἦν, μή ποι ἀντείποι Χαρίκλεια. δεινὴ δὲ καὶ τἆλλα τεχνίτις, παρ' ἧν τινα βουλοὶ τῶν ἑταιρῶν, ἐπισπάσασθαι ἐραστὴν, καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα, ὅλον ἐποποιήσασθαι, καὶ ἐνεχόμενον ἤδη ἐπιτεῖναι, καὶ πεσεκκαῦσαι, ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δὲ κολακείᾳ, καὶ μετὰ μικρὸν ἐπεροψίᾳ, καὶ τοῦ πὲς ἕτερον ἀπρκλίνειν δοκεῖν. καὶ ὅλη συγκεκρότητο ἁπανταχόθεν ἡ γυνὴ, καὶ πολλὰ μηχανήματα πανεσκεύαστο κατὰ τῶν ἐραστῶν. ταύτην οὖν τότε οἱ Δεινίου κόλακες παραλαμ-

pinione, quòd sese credant amari. Nam plurimùm illicit & hoc, præsertim eos qui sibi formosi videntur, donec imprudentes in casses inciderint. Erat autem [c] Chariclêa vrbana quidem & elegans muliercula, at supra modum meretricia, sempérque illius, quicunque fortè adijsset, etiamsi quis admodum leuiter concupiuisset: quin si vel aspexisset duntaxat, protinus adnuebat: nec vllo pacto metuendum erat ne quando recusaret Chariclêa: admirabilis autem alioqui artifex, quauisq; meretrice doctior allicere amatorem, & ambiguus quum adhuc esset, totum subigere: at quum iam teneretur, incitare, ac magis magisq; accendere, nunc ira, nunc blandimentis, ac mox fastidio, deinde iniecta suspicione, quasi ad alium sese deflexura esset: postremò omni ex parte egregiè docta erat mulier & absoluta, artibúsque omnigenis in amantes instructa. Hanc igitur tum Diniæ adulatores accersiuerant

ταλαμβάνουσιν ἐπὶ τὸ μειράκιον, καὶ τὰ πολλὰ ὑπεκωμῴδουν, συνωθοῦντες αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα τῆς Χαρικλείας. ἡ δὲ πολλοὺς ἤδη νέους ἐκτραχηλίσασα, καὶ μυρίους ἔρωτας ὑποκειναμένη, καὶ οἴκους πολυταλάντους ἀνατρέψασα, ποικίλον τι, καὶ πολυγύμνασον κακὸν, παραλαβοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν, καὶ ἄπειρον τῶν τοιούτων μηχανημάτων νεανίσκον, οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων. ἀλλὰ περιέχουσα πανταχόθεν, καὶ διαπείρασα, ὅτε ἤδη παντάπασιν ἐκράτει, αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας, καὶ τοῦ κακοδαίμονι Δεινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐθὺς ἐκεῖνα ἐπ' αὐτὸν καθίει τὰ γραμμάτια, καὶ συνεχῶς πεμπομένη τὴν ἄβραν, ὡς ἐδάκρυσε, καὶ ἐπηγρύπνησε, καὶ τέλος, ὡς ἀπάγξει ἑαυτὴν ἡ ἀθλία ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείσθη καλὸς εἶναι, καὶ ταῖς Εφεσίων γυναιξὶ περιπόθητος. καί που συνηνέχθη

rant in adolescentulum, multáque assimulabant quo eum in amorem Charicléæ impellerent. Ita porrò quæ complures iam adolescentes iugulárat, & innumerabiles amores fuerat mentita, domosq; opulentas euerterat, varium quoddam atque inexpugnabile malum: vbi nacta manibus est simplicem & huiusmodi artium imperitum adolescentulum, haudquaquam amittebat ex vnguibus: sed vndique oppugnans tentánsque, vbi iam omnium esset compos, tum ipsa dum captat, capta periit tum infelici Diniæ innumerabilium malorum extitit causa. Nam primùm quidem statim literulas illa ad illum dat, ac subinde missitat ancillulam, quæ renunciaret vt fleret, vt vigilaret, postremò vt misera præ amore suffocatura esset sese: donec iam beatus ille persuasus, sibi formosus esse videretur, atque Ephesiorum vxoribus præter cæteros adamabilis. Ac tãdem in congressum adductus

νέχθη πολλὰ ἱκετευθεὶς, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ῥᾷον, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀλώσεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ γυναικὸς καλῆς, καὶ πρὸς ἡδονήν τε ὁμιλῆσαι ἐπισταμένης, καὶ ἐν καιρῷ δακρύσαι, καὶ μεταξὺ τῶν λόγων ἐλεεινῶς ὑποστενάξαι, καὶ ἀπιόντος ἤδη λαβέσθαι, καὶ εἰσελθόντι προσδραμεῖν, καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς ἂν μάλιστα ἀρέσειε, καί που καὶ ᾆσαι, καὶ κιθρίσαι, οἷς ἅπασι κατὰ τοῦ Δεινίου ἐκέχρητο. καὶ ἐπεὶ ἤσθετο πονήρως ἔχοντα καὶ διάβροχον ἤδη τοῦ ἔρωτι, καὶ τακερὸν γεγενημένον, ἄλλο ἐπὶ τούτοις ἐπενόει, καὶ τὴν ἄθλιον ἀπώλλυε· κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκήπτεται, ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο, βλαῖκα ἐραστὴν προσεκπυρῶσαι, καὶ οὐκέτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπό τ' ἀνδρὸς λέγουσα, πεπυσμένου τὸν ἔρωτα. ὃ δ' οὐκέθ' οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ ἠνείχετο, μὴ ὁρῶν αὐτὴν, ἀλλὰ ἐδάκρυε, καὶ τοὺς κόλακας ἐσέπεμπε, καὶ τοὔνομα τῆς Χρικλείας ἐπεβοᾶ-

adductus est, multis precibus exoratus. Et ex eo quidem tempore facilis iam erat cõiectura, fore vt caperetur à muliere formosa, ad voluptatem congredi docta, & in loco flere, & inter loquendum miserabiliter suspirare, & iam abeuntem amplecti, & adeunti obuiam occurrere, & formam colere sic vt maximè placitura esset: interdum vel voce vel cithara canere: quibus omnibus in Dininam vsa est. At vbi sensit excruciari, iámque amore illaqueatum, ac sub iugum esse factum: aliud ad hæc excogitat, quo miserum subuertat: grauidam se ex eo simulat (nam hoc quoque efficax ad magis ac magis inflammandum stultum amantem.) Neque postea commeabat ad illum, affirmans à viro obseruari sese, qui iam amorem persensisset. Hic verò rem iam non vltrà ferre potis erat: neque durare quibat, quum illam non aspiceret: sed lachrymabatur, adulatoresq; ad sese accersebat, ac Charicléæ nomen

ἐπιβοᾶζ· καὶ τῷ ἀκόνα πε-
λαβὼν αὐτῆς (ἐπιποίηζ δ᾽
λίθῳ λευκῷ) ἐκόκκυ. καὶ τί-
λ(ν)ᾳ; καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς
ζῦλάφος, ἐκυλίνδειζ, καὶ λύτ-
τα ἐῶ ἀκεισθῆς τὸ πρᾶγμα.
τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, ἃ κατὰ μῆ-
λα, καὶ στεφάνους ἀντιδίδοζ
αὐτῇ, ἀκὰ σιωοικίαι ὅλαι, καὶ
ἀγροί, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐ-
σθῆτες ἀναθῆς, καὶ χρυσὸν,
ὁπόσον ἐθελήσαι. καὶ τί γὰρ;
ἐν Βραχεῖ ὁ Λυσίων(ν) οἶκος,
ὀνομαζόταt(ν) τῶν ἐν Ἰωνίᾳ
γνώμων(ν); ἐξελύτηζ ἤδη,
καὶ ἐξηκένωτο. ἔτα ὡς ἤδη
ἄν(ν) ἐῶ, ἀπολιπὼν αὐτὸν,
ἄλλον τινὰ, Κρῆτα νεανίσκον
τ ἐπολυσων, ἰδιῶτα, καὶ μετ-
βαίνῃ ἐπ᾽ ἐκεῖνον. ἡ κακὴ δὴ
αὐτ᾽, Διακεῖνος ἐπίσαγ. ἀμελὲ
μ(ν) ἐ δ᾽ ὁ Δᾶνίας, οὐχ
ὑπὸ γ᾽ Χαεικλείας μόνον, ἀλ-
λὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἑταίρων (ἐκ-
κεῖνοι γὰρ ἐπὶ τὸν Κρῆτα ἤδη τ
ἐρώμενον μετεληλυθότ(ν)) ἔρ-
χεται παρὰ τὸν Ἀγαθοκλέα,
καὶ πολλὰ ἐλλότα ὡς ἔχοι πο-
νηρῶς τὰ πράγματα αὐτ(ν).
καὶ

nomen inclamabat: imaginemq; illius amplexus (candido enim lapide fecerat) eiulabat. Demum in solum abiyciens sese, iactabatur: planeque res extremæ dementiæ speciem obtinebat. Siquidem munera reddita sunt mulieri, non pro malorum aut corollarum præcio, sed solidæ domus, agri, famulæ, vestes florulentæ, auri quantum optaret. Quid multa? Breui Lysionis domus antea inter Iones nobilissima, exhausta est, atque exinanita. Deinde vbi iam exuccus esset, eo relicto alium quempiam adolescentulum Cretensem bene nummatum vena nata est, atque ad illum desciuit. Iam videlicet illum adamabat: atque is quidem credebat. Itaque Dinias neglectus non à Charicleâ modò, verùm etiã ab assentatoribus (nam isti quoque ad Cretensem amatorem iam desciuerant) ãbit ad Agathoclem, iampridè non insciũm quàm illi res miserè haberent.

καὶ αὐδούμενος τὸ πρῶτον, ὅμως διηγεῖτο πάντα, τὸν ἔρωτα, τὴν ἀπρείαν, τὴν ὑπεροψίαν τῆς γυναικὸς, τὸν ἀντεραστὴν τὸν Κρῆτα, καὶ τέλος, ὡς οὐ βιώσεται μὴ οὐχὶ συνὼν τῇ Χαρικλείᾳ. ὁ δὲ ἄκαιρον εἶναι νομίσας ἐν τούτῳ ἀχθυμνουσίαν τοῦ Δεινίᾳ διότι οὐ προσίετο μόνον αὐτὸν τῶν φίλων, ἀλλὰ τοὺς κόλακας αὐτοῦ πρετίμα, τότε ἢν μόνην εἶχε, πατρῴαν οἰκίαν ἐν Σάμῳ ἀπεμπολήσας, ἧκεν, αὐτοῦ τὴν τιμὴν κομίζων, τρία τάλαντα. λαβὼν δὲ ὁ Δεινίας, οὐκ ἀφανὴς εὐθὺς ἦν τῇ Χαρικλείᾳ, καλὸς ποθὲν ἄνθις γεγενημένος, καὶ ἄνθις ἡ ἄβρα, καὶ τὰ γραμμάτια, καὶ μέμψις, ὅτι μὴ πολλοῦ χρόνου ἀφίκετο. καὶ οἱ κόλακες συνέθεον, ἐπιπαλαμησόμενοι, ὁρῶντες ἐδώδιμον ἔτι ὄντα τὸν Δεινίαν. ὡς δὲ ὑπέσχετο ἥξειν παρ' αὐτὴν, καὶ ἧκε περὶ τὸν πρῶτον ὕπνον, καὶ ἔνδον ἦν ὁ Δημώναξ, ὁ τῆς Χαρικλείας ἀνὴρ, εἴτε καὶ ἄλλως αἰσθόμενος, εἴτε

Ac pudescens quidem initiò, tamen exposuit omnia: amorem, egestatem, arrogantiam mulieris, riualem Cretensem: in summa, non victurum sese nisi cum Chariclëa consuetudinem haberet. Ille verò intempestiuum esse ratus, id temporis exprobrare Diniæ, quapropter ex amicis vnum sese non admisisset, sed tum quidem assentatores suos sibi anteposuisset: diuendita, quam vnam habebat in Samo, domo paterna, precium illi attulit, talenta tria. Quæ simulatq; recepisset Dinias, haud clàm erat Chariclëæ rursus subitò formosus factus: rursus ancilla, & literulæ, & expostulatio, quòd iam diu sese non adisset. concurrerũt item adulatores applaudẽtes, vt viderunt Diniæ adhuc esse quod daret. Cùm aũt pollicitus esset sese vẽturum ad illã, venissetq; primo ferè somno, essetq; int9 Demonax Chariclëæ maritus, siue quòd alioqui præsenserat, siue

εἴτε καὶ ἀπὸ συνθήματος τῆς γυναικὸς, ἄμφω γὰρ λέγεται, ἐπαναστὰς ὥσπερ ἐκ λόχου, τήν τε αὔλειον ἀποκλείειν ἐκέλευε, καὶ συλλαμβάνειν τὸν Δεινίαν, πῦρ καὶ μαστίγας ἀπειλῶν, καὶ ξίφος ὡς ἐπὶ μοιχὸν σπασάμενος. ὁ δὲ συνιδὼν οὗ κακῶν ἦν, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον ἁρπάσας αὐτόν τε ἀποκτείνει τὴν Δημώνακτα πατάξας εἰς τὴν κρόταφον, καὶ τὴν Χρίκλειαν οὐ μιᾷ πληγῇ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τῶν μοχλῷ πολλάκις, καὶ τῶν ξίφει τοῦ Δημώνακτος ὕστερον. οἱ δ' οἰκέται τέως μὲν ἑστήκεσαν ἄφωνοι, τῶν παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπεπληγμένοι. εἶτα πειρώμενοι συλλαμβάνειν. ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπῄει μετὰ τοῦ ξίφους, ἐκεῖνοι μὴ ὑπέφευγον· ὁ Δεινίας δὲ ὑπεξέρχεται, τηλικοῦτον ἔργον ἐργασάμενος, καὶ τὸ μέχει τῆς ἕω παρὰ τῶν Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα, καὶ περὶ τῶν μέλλοντων ὅ, τι ἀποβή-

siue de composito proditionéque vxoris (nam vtrunque fertur) exiliens velut ex insidijs, & atrium iubet occludere, & Diniam comprehendi, ignem ac flagra minitans, neque non gladium tanquam in mœchum educens. Ille porrò reputans quibus in malis esset: vecte quoniam de proximò, vt iacebat, arrepto, tum ipsum occidit Demonactem in tempus adigens: tum Charicléam. atque hanc quidem non ictu vno, verumetiam & vecte sæpiùs, & postea Demonactis gladio feriens. At famuli interea muti stabant, rei nouitate attoniti: deinde comprehendere conati, quum in hos quoque ferro insiliret, ipsi quidem aufugerunt, Dinias autem clàm sese subduxit, tanto patrato facinore. Et ad auroram vsque apud Agathoclem diuersabatur: pariterque & quæ facta essent reputabant, & quid in posterum esset euenturum,

ἀπρόσιτα, σκοποῦντες. ἔωθεν δὲ οἱ στρατηγοὶ παρῆσαν (ἤδη γὰρ τὸ πρᾶγμα διεβεβόητο) καὶ συλλαβόντες τὸν Δεινίαν, οὐδ' αὐτὸν ἔξαρνον ὄντα μὴ οὐχὶ πεφονευκέναι, ἀπάγουσι παρὰ τὸν ἁρμοστὴν, ὃς ἥρμοζε τὴν Ἀσίαν τότε. ὁ δὲ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ ἀναπέμπει αὐτὸν, καὶ μετ' οὐ πολὺ κατεπέμφθη ὁ Δεινίας εἰς Βύαρον, νῆσον τῶν Κυκλάδων, ἐν ταύτῃ φεύγειν εἰς ἀεὶ τεταγμένος ἐπὶ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς καὶ τἆλλα μὲν συνῆν, καὶ συναπῆρεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ συνεισῆλθεν εἰς τὸ δικαστήριον μόνος τῶν φίλων, καὶ πῶς οὐδὲν ἐνεδέησεν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἔφευγεν ὁ Δεινίας, οὐδὲ τότε ἀπελείφθη τοῦ ἑταίρου. καταφικάσας δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ, διέπριβεν ἐν Γνάρῳ, καὶ συνέφευγεν αὐτῷ, καὶ ἐπειδὴ πανταπάσιν ἠπόρουν τῶν ἀναγκαίων, παραδοὺς ἑαυτὸν τοῖς πορφυρεῦσι, συγκα-

considerabant. Vt autem diluxit, milites aderant (iam enim res erat diuulgata) comprehensumq; Diniam, nec hunc inficiantem homicidium, adducunt ad præfectum qui per id tempus Asiam moderabatur. Hic eum ad Persarum regem remittit. Nec ita multò pòst relegatus est Dinias in Gyaron insulam ex Cycladibus vnam, damnatus à rege, vt in ea, quoad viueret, exularet. Agathocles autem cum reliquis in rebus nunquam abfuerat, tum pariter soluit in Italiam, & amicorum solus vnà est in iudicium comitatus, neque vsquam defuit officio. Porrò vbi iam in exilium profectus est Dinias, ne tum quidem desertus est ab amico: quin potius ipse suapte sponte damnatus versabatur in Gyaro, simúlque cum illo exulem agebat. At quum iam rerum necessariarum omnium inopia laborarent, locans seipsum purpurariis vnà

συγκαταθύειν, καὶ τὸ γινόμενον ἐκ τούτου ἀφέρων, ἔτρεφε τὸν Δανίαν, καὶ νοσοῦντα δὲ ἐπὶ μήκιστον ἐθεράπευσε. καὶ ἀποθανόντος, οὐκέτι ἐπανελθεῖν ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἠθέλησεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐμπεσὼν ἔμεινεν, αἰσχυνόμενος τὴν ἀθυμίαν ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. τὸ δὲ ἔργον φίλε Ἑλλήνιος, ὃ πρὸς σὲ λέγω, οὐ πολλοῦ γε δεῖν ἐθέλω. ἔτι γὰρ οὐκ οἶδα εἰ πάντες διὰ συμβόλου, ἀφ' οὗ Ἀγαθοκλῆς ἐν Γυάρῳ ἀπέθανε. Τό γε μὴν εἰπεῖν σοι, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοζε ὢν ταῦτα ἐλέγχε, ἵνα μὴ ἀπιστεῖν ἂν ἐθελήσαμεν αὐτοῖς, ὅτῳ Σκυθικόν τινα φίλον. τὴν Ἀγαθοκλέα τὸν λεγόμενον, πλὴν δίδοσθαί μοί τινα καὶ ἄλλον ὅμοιον ἔφησε αὐτῷ. Μνή. ἔκβαλε δίνιον καὶ ἄθορον, ὦ Τόξαρι, Εὐθυδίκου τοῦ Χαλκιδέα. διηγεῖτο δέ μοι περὶ αὐτοῦ Σίμυλος, ὁ ναύκληρος ὁ Μεγαρικὸς, ὀμνύς τε καὶ ἐπομοσάμενος ἐκεῖνος μὲν αὐτὸς ἱστορηκέναι τὸ ἔργον πλεῖν μὲν γὰρ ἔφη ἐξ Ἰταλίας Ἀθήναζε, περὶ δυσὶν Πλειάδοιν

vnà cum aliis vrninabat, quódque hinc partum est referens, Diniam alebat. Quin & ægrotanti diutissimè inseruiit: & vbi vita defunctus est, noluit vnquam in patriam reuerti, verùm inibi perseuerauit in insula, pudori sibi fore ratus, si vel mortuum amicum deseruisset. Hoc tibi Græci factum amici retulerim, quod quidem non ita pridem accidit. haud enim scio si anni quinque præterierint quod Agathocles in Gyaro mortem obijt. TOX. At vtinam iniuratus ista, Mnesippe, dixisses, videlicet quo mihi fas esset eis non habere fidem. Adeò Scythicum quendam amicum Agathoclem istum describisti. quin vereor ne quem & alium isti similem narres. MNE. Audi iam & alium Toxari, Euthydicum Chalcidensem. Retulit autem mihi de hoc Simylus Nauclerus Megarensis, adiurans profectò se teste rem factam esse. Aiebat enim nauigauisse sese ex Italia Athenas, circiter Pleiadum occasum,

δος, συλλογιμαίους τινὰς ἀνθρώπων, κομίζων· ἐν δὲ τούτοις εἶναι τὸν Βυθύδικον, καὶ μετ' αὐτοῦ Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα, καὶ τοῦτο ἑταῖρον αὐτοῦ. ἡλικιώτας δὲ εἶναι, τὸν μὲν Βυθύδικον, ἐρρωμένον καὶ μέγιστον, τὸν δὲ Δάμωνα, ὕπωχρον καὶ ἀσθενικόν, ἄρτι ἐκ νόσου μακρᾶς, ὡς ἐδόκει, ἀνιστάμενον. ἄχρι μὲν οὖν Σικελίας εὐτυχῶς διαπλεῦσαι ἔφη ὁ Σίμυλος σφᾶς. ἐπεὶ δὲ τὸ πορθμὸν διαπεράσαντες, ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ Ἰωνίῳ ἔπλεον, χειμῶνα μέγιστον ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς. καὶ τὰ μὲν πολλὰ τί ἄν τις λέγοι, τρικυμίας τινὰς, καὶ στροβίλους καὶ χαλαζας, καὶ ἄλλα, ὅσα χειμῶνος κακά; ἐπεὶ δὲ ἤδη σφᾶς κατὰ τὴν Σάκαυθον εἶναι, ἀπὸ ψιλῆς τῆς κεραίας πλέοντας, ἔτι καὶ σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς τὸ ῥόθιον ἐπιδέχεσθαι τῆς ὁρμῆς, περὶ μέσας νύκτας, οἷον ἐν τοιούτῳ σαλῷ ναυτιάσαντα τὸν Δάμωνα, ἐμεῖν ἐγκεκυφότα εἰς τὴν θάλασσαν

collecticios quosdam homines vehentem. in his fuisse Euthydicum, vnáque cum hoc Damonem Chalcidensem eiusdem amicum. Ac natu quidem eos æqualeis fuisse: verùm Euthydicum valentem, robustúmque: Damonem contrà subpallidum atque valetudinarium, quasi qui nuper (vt apparebat) ex diuturno morbo reualuisset. Itaque ad Siciliam vsque feliciter aiebat Simylus nauigasse ipsos. Cæterùm vbi transmisso freto, in ipso iam Ionio mari nauigarent, tempestatem maximam eis incubuisse. Quid autem attinet multa referre? immaneis quasdam procellas ac sinuosas, tum grandines, & si quæ alia tempestatis mala? Vt verò iam haud procul abessent à Zacyntho, nuda nauigantes antenna, prætereà & funes quosdam trahentes, quo nimirum vim impetumq; fluctus exciperent: circiter noctis medium, Damonem, qui in tãta iactatione nauseaeret, vomuisse in mare propenden-

λασσαν. ἔπτα, οἶμαι, τῆς νεὼς βαιότερον, ἐς ὃ λιχνὸφει μέρος, ἐπικλιθέισης, καὶ τοῦ κύματος συναπώσαντος, ἐκπεσεῖν, αὐτὸν ἐπὶ πλεῖον κεφαλὴν, ἐς τὸ πέλαγος, οὐδὲ συμμόνον τὸν ἄθλιον, ὡς ἂν καὶ ῥᾷον διώκασθαι νεῦν· αὐτὸς οὖν βοᾷν πυνθάμενον, καὶ μόγις ἑαυτὸν ὑπέχοντα τοῦ κλύδωνος. τὸν δὲ Εὐθύδικον, ὡς ἤκουσε (τυχεῖν δὲ συμμόνον τῷ ἐννῆσθαι) ῥίψαι ἑαυτὸν εἰς πλοῖον θαλασσαν, καὶ καταλαβόντα τὸν Δαμωνα, ἤδη ἀποκορούοντα (φάνεσθαι γὰρ ἐπὶ πολὺ ταῦτα, τῆς σελήνης καταλαμπούσης) συμπαρανήχεσθαι καὶ συγκουφίζειν. σφᾶς δὲ ἐπιθυμεῖν μὲν αὐτοῖς βοηθεῖν, καὶ ἐλεεῖν πλεῖον συμφορᾶν τῶν ἀνθρώπων, μὴ δύνασθαι δὲ μᾶλλον ὑπ' ἀνέμου ἀνωμάλου γενόμενους, πλεῖον ἐπέναι ποιῆσαι, φιλεῖ τι γὰρ πολλοὺς ἀφεῖναι αὐτοῖς, καὶ τῶν ἑαυτῶν τινας, ὡς ἐπὶ ζώντων ἀρυόμενος, ἅ τινι αὐτῶν περιτύχοιεν,

propendentem. Deinde, vt conijcio, naue vehementiùs in eam partem, in quam ille propendebat, inclinata, simulq; propellente fluctu, excidisse eum prono capite in pelagus: neque nudum tamen, videlicet vt misero vel natare commodè liceret. Mox itaque succlamasse quum præfocaretur, vixque sese ab vndis sustolleret. Porrò Euthydicum simulatque audisset (nam fortè fortuna nudus in strato tum erat) abiecisse semet in mare, arrepióque Damone, qui iam deficiebat (diutiùs enim ista videri poterant, luna scilicet relucente) vnà iuxta illum nasse, ac subleuasse. Ac voluisse quidem illis opitulari sese, miseratus virorum calamitatem, verùm nequîsse, quòd vento præualido reperentur. Illud tamen feciisse, subera complura ad illos proiecisse, tum ex contis aliquot, vt

χοιεν, καὶ τέλος, καὶ τὴν ἀποβαθραν αὐτὴν, ὐ μικρὰν οὖσαν. ἐννόησον τοίνυν πῶς θεῶν, ἢν τινα ἄν τις ἄλλην ἐπιδείξειν ἐπιδείξαιτο εὐνοίας βεβαιοτέραν, πῶς ἄνδρα φίλον ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα εἰς πέλαγος οὕτως ἠγριωμένον, ἢ κοινωνήσας τῆς θανατου. καί μοι ἐπὶ ὀφθαλμῶν λάβε τὴν ἐπανάστασιν τῶν κυμάτων, τὸν ἦχον τῆς ὕδατος ἐπικλωμένου, τὸν ἀφρὸν περιζέοντα, τὴν νύκτα καὶ τὴν ἀπόγνωσιν, εἶτα ἀπηνιγόμενον ἐκεῖνον, καὶ μόγις ἀνακύπτοντα, καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντα τοῦ ἑταίρου, τὸν δὲ ἐπιπηδῶντα εὐθὺς, καὶ συννέοντα, καὶ δεδιότα μὴ πεαπόληται αὐτοῦ ὁ Δαμων· οὕτω γὰρ ἂν μαθοις, ὡς οὐκ ἀγεννῆ τοι καὶ τοῦτον φίλον, τὸν Εὐθυδικον διηγησάμην. Τό. πότερον δὲ ἀπώλοντο, ὦ Μνήσιππε, οἱ ἄνδρες, ἢ τίς αὐτοῖς ἐκ πραλόγου σωτηρία ἐγένετο; ὡς ἔγωγε οὐ μετρίως δεδοικα ὑπὲρ αὐτῶν.

Μνή.

ab his suspensi natarent, si quem fortè ex eis nanciscerentur, postremò scansoria quoque tabulata, quæ quidem erant neutiquam exigua. Cogita iam per deos quod aliud grauius beneuolentiæ documentum quispiam edere queat in hominem amicum, qui noctu decidisset in mare vsq; adeò sæuiens, quàm communicata morte? Iamq; adeò mihi ante oculos pone imminentes procellas, fragorē aquæ sese agglomerātis, spumā vndiq; efferuescentem, noctē, ac desperationem, ad hæc illum iā præfocari incipientem, vixq; vndis extantē, manusq; porrigētem amico: hunc autem incontāter insilientē, simulq; nantē, prorsusq; solicitum ne se prior Damon interiret. Sic enim profectò cognosces quod haud ingenerosum hūc quoque amicum, videlicet Euthydicū, retulerim. To. Vtrum perierunt viri, Mnesippe, an salus quæpiam ex insperato illis contigit? Adeò ego illis nō mediocriter timui.

MNE.

Μνή. θάῤῥει, ὦ Τόξαρι, ἐσώθησαν, καὶ ἔτι καὶ νῦν εἰσὶν Αθήνησιν, ἄμφω φιλοσοφοῦντες· ὁ μὲν γὰρ Σίμυλος ταῦτα μόνα εἶχε λέγειν, ἅποτε εἶδε τῆς νυκτὸς τὸν μὲν ἐκπίπτοντα, τὸν δὲ ἐπιπηδῶντα, καὶ νηχομένους, ἐς ὅσον ἐν νυκτὶ ἱκατορᾶν ἐδύνατο, τὰ δὲ ἀπὸ τούτου, οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐθύδικον αὐτοὶ διηγοῦνται. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, φελλοῖς τισι περιπεσόντας, ἀνέχειν ἐπὶ τούτων ἑαυτοὺς, καὶ ἀπνήχεσθαι πονήρως, ὕστερον δὲ, τὴν ἀπρβάθραν ἰδόντας, ἤδη πρὸς ἕω, προσνήξασθαί τε αὐτῇ, καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιβάντας, εὐμαρῶς προσενεχθῆναι τῇ Ζακύνθῳ μετὰ δὲ τούτους, οὐ φαύλους ὄντας, ὡς ἔγωγ' ἂν εἴποιμι, ἄκουσον ἤδη τρίτον ἄλλον, οὐδὲν τί χείρονα αὐτῶν· Εὐδαμίδας Κορίνθιος, Αρετάῳ τῷ Κορινθίῳ καὶ Χαριξείνῳ τῷ Σικυωνίῳ, φίλοις ἐκέχρητο, εὐπόροις οὖσι, πενέστατος αὐτὸς ὤν. ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε, δαθήκας

MNE. Bono animo es, Toxaris, seruati sunt, quin hodieq́ Athenis agunt ambo, philosophiæ dantes operam. Nam Simylus ea demum narrare poterat, quæ noctu videre licuit, hunc delapsum, illum desilientem, simulq́ nantes quatenus per noctem dabatur aspicere. Porrò quæ pòst hæc acciderint, Euthydicus ipse narrat. Primùm quidè subera quædam fortè nactos, suspendisse de his sese, atq́ ita hærentes fluitasse sanè quàm incommodè. deinde vbi tabulata conspexissent, iam sub auroram annasse, concensisq́ illis, commodè deinde nantes appulisse Zacynthum. Post hos autem, qui neutiquam mali sunt, vt ego quidem autumo, accipe iam tertium, nihilo istis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio, & Charixeno Sicyonio amicis vtebantur, & ijs quidem opulentis quum ipse pauperrimus esset. Hic vita decedens, testamentum

ὁπότε σὺ τοιαῦτα ἔπαθες. πῶς οὖν, ὁ Μακίνης ἔφη, χρησόμεθα τοῖς παροῦσι; διελώμεθα, ἔφη ὁ Λογχάτης, τὸ ἔργον. κἀγὼ μὲν ὑπισχνοῦμαι Ἀρσακόμᾳ τῷ κεφαλὴν κομιεῖν τῷ Λευκάνορος, σὲ δὲ χρὴ τῷ γήμῳ ἐπανάγειν αὐτῷ. ἴστω γοῦν, ἔφη, σὺ δὲ ὦ Ἀρσακόμα, ἐν τοσούτῳ (εἰκὸς γὰρ κἀν τοιαύτῃ στρατείᾳ καὶ πολέμου τοιούτου μετὰ τὸ διαπρᾶξαι ἡμᾶς) αὐτὴ πειρᾶ νῶν σωλάγδην, καὶ παρασκεύασαι ὅπλα καὶ ἵππους, καὶ τἄλλα ἅμαμιρ ὡς πλείστων ῥᾴστα δ' ἂν πολλοὺς προσαγάγοις, αὐτός τε ἀγαθὸς ὤν, καὶ ἡμῖν ὀλίγων ὄντων οἰκείων· μάλιστα δ', ἐὰν θᾶττον ἐπὶ τὴν βύρσης τὸ βοός, ἔδοξε ταῦτα. καὶ ὁ μὲν ἐχώρει, ὡς ἔχων, εὐθὺς ἐπὶ τὸ Βοσπόρου ὁ Λογχάτης, ὁ Μακίνητης δ' ἐπὶ τοὺς Μάχλυας, ἱππότης ἑκάτερος. ὁ δὲ Ἀρσακόμας, οἴκοι μένων, τοῖς τε ἡλικιώταις διελέγετο, καὶ ὅπλοις ἅμαμιρ παρὰ τῶν οἰκείων, τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τῆς βύρσης ἐκαθέζετο.

tum quum in te ista fierent. Quomodo igitur, inquit Macentes, his in rebus agemus? Per partes, inquit Lonchates, negocium suscipiamus. Atq; ego quidem recipio Arsacomæ me caput apportaturum Leucanoris. Tu verò sponsam ereptam huic adducas oportet. Ita fiat, inquit: at tu Arsacoma inter hæc (nã his peractis verisimile est exercitu ac bello fore opus) hic mane, quò contrahas & apparesarma, equos, atq; aliarum rerum vim quãtam potes maximã. Facillimè autè plurimos adiunxeris: partim quòd ipse strenuus, partim quòd nobis non pauci sunt familiares: maximè verò si desederis in tergore bouis. Hæc vbi placuissent, hic quidem quantum potuit, rectà profectus est in Bosporum, puta Lonchates: alter, id est, Macẽtes, ad Machlyenses, equesque vterque. At Arsacomas domi manens, & cum æqualib. cõtulit, & ex familiarib⁹ vim hominum armauit. Demum & in tergore bouis desedit. Consue-

τὸ

τὸ δὲ ἔθος ἡμῖν, τὸ περὶ τὴν βύρσαν, οὕτως ἔχει· ἐπειδὰν ἀδικηθεὶς πρὸς ἑτέρου ἀμύνασθαι βουλόμενος, ἴδῃ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὢν, βοῦν ἱερεύσας, τὰ μὲν κρέα κατακόψας, ἥψησεν, αὐτὸς δὲ, ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσαν, κάθηται ἐπ' αὐτῆς εἰς τοὐπίσω παραγαρὼν τὼ χεῖρε, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία. παρακειμένων δὲ τῶν κρεῶν τοῦ βιὸς, προσιόντος οἱ οἰκεῖοι, καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος, μοῖραν ἕκαστος λαβὼν, ἐπιβὰς τῇ βύρτῃ τὸν δεξιὸν πόδα, ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν, ὁ μὲν πέντε ἱππέας παρέξειν, ἀσίτους καὶ ἀμίσθους, ὁ δὲ δέκα, ὁ δὲ πλείους, ὁ δὲ ὁπλίτας πεζοὺς, ὁπόσους ἂν δύνηται, ὁ δὲ μόνον ἑαυτὸν, ὁ πενέστατος. ἀθροίζεται γοῦν ἐπὶ τῆς βύρσης πολὺ πλῆθος ἐνίοτε, καὶ τὸ τοιοῦτον σύνταγμα βεκαιότατόν τε ἐστὶ συμμεῖναι, καὶ ἀπρόσμαχον τοῖς ἐχθροῖς,

Consuetudo autem de sedendo in tergore bubulo, huiusmodi est apud nos: Vbi quis ab alio læsus est, cupitq; vlcisci, neque par esse pugnæ videtur: tum boue immolato, carnes frustulatim concisas igni torret. Dehinc ipse porrecto humi corio, sedet in eo, in tergum reductis manibus, more eorum, qui à cubitis vincti sunt. Et hoc quidem apud nos maximum est supplicandi genus. Appositis autem bouis carnibus, adeuntibus domesticis, prætereà si quis alius velit, quisq; partem sibi sumit, ac dextro pede tergum bouis calcans, pro facultate pollicetur, hic quidē equites præbiturum se quinque suopte cibo, suóque stipendio: ille decem, alius plures: alius armatos pedites quot possit: atq; qui pauperrimus, seipsum duntaxat. Colligitur itaque in tergo bouis ingens nonnunquam multitudo. Et huiusmodi quidem exercitus & certissima fide cohæret, & hostibus expugnatu difficillimus est: non aliter

ἐχθροῖς, ἅτε καὶ ἔνορκον ὄν. τὸ γὰρ ἐπιβῆναι τῆς βύρσης, ὅρκος ἐστίν. ὁ μὲν οὖν Ἀρσακόμας ἐν τοῦ τοῖς ἦν. καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ, ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλῖται δὲ καὶ πεζοὶ, συναμφότεροι δεσμύριοι. ὁ δὲ Λογχάτης ἀγνοούμενος, παρελθὼν ἐς τὴν Βόσπορον, προσέρχεται τῷ βασιλεῖ, διοικουμένου τι τῆς ἀρχῆς. καὶ φησὶν, ἥκειν μὲν ἀπὸ τῆς κοινοῦ τῶν Σκυθῶν, ἰδίᾳ δὲ αὐτῷ μεγάλα πράγματα κομίζων. τοῦ δὲ λέγειν κελεύσαντος, οἱ μὲν Σκύται, φησὶ, τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ἀξιοῦσι, μὲν ὑπερβαίνειν τοὺς νομέας ὑμῶν ἐς τὸ πεδίον, ἀλλὰ μέχρι τῆς Τράχωνος νέμειν. τοὺς δὲ λῃστὰς, οὐ αἰτιᾶσθε, ὡς καταπρέχοντας ὑμῶν τὴν χώραν, οὔφασιν ἀπὸ κοινοῦς γνώμης ἐκπέμπεσθαι, ἀλλὰ ἰδίᾳ ἕκαστον ἐπὶ τῷ κέρδει κλωπεύειν. εἰ δὲ τις ἁλίσκοιτο αὐτῶν, σὲ κύριον εἶναι κολάζειν. ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι ἐπεστάλκασιν. ἐγὼ δὲ μηνύω σοι μεγάλην ἔφοδον ἐσομένην ἐφ'

quàm si iureiurãdo esset adactus. Nam in tergum ascendisse, instar iurisiurandi est. Arsacomas igitur his in reb. procurandis satagebat: coieruntq; illi equites quidem circiter quinquies mille: tum armati ac pedites promiscuè vicies mille. At Lonchates vbi ignotus peruenit in Bosporũ, Regem adit, tractãtem quiddã de regni negotijs, aitq; venire quidem sese publico Scytharũ nomine, sed priuatim res maximas aportare. Ille vbi dicere iussisset: De publicis, inquit, negotijs, hæc in præsentiarũ denunciant Scythæ, ne vestri pastores in planiciem vsq; transgrediantur, sed intra Trachonẽ pascant, Cæterùm latrones, de quibus expostulatis, quòd regionem vestram incursent, negant eos publico consilio emitti, sed priuatim sui quemquelucri causa prædari. Quòd si quis illorum deprehendatur: tui arbitrij esse vt in eos animaduertas. Hæc quidem illi denunciant. At ego tibi indico, grauem in vos insultũ futurũ

ab

ἐφ' ὑμᾶς, ὑπ' Ἀρσακόμα τοῦ Μαριάντα, ὃς ἐπρέσβευε πρώην παρὰ σέ· καὶ οἶμαι, διότι αὐτὸς τὴν θυγατέρα, ὃν ἔτυχε παρὰ σοῦ, ἀναπεῖ, τῷ ἐπὶ ἥβης ὢν ἐβδόμῳ ἡμέραν ἤδη διάθηται, καὶ σωφρόνως πρὸς ἐκ τοῦ ὁμοίου αὐτῷ ἔχοντα, ἔφη ὁ Λευκάνωρ, καὶ αὐτὸς, ἀθροίζεσθαι διὰ μιᾶς ἀπὸ βύρσης. ὅτι δ' ἐφ' ὑμᾶς σωρίσαται, καὶ ὅτι Ἀρσακόμας ὁ ἡγεμών, μηνύομεν. ἀλλ' ἐπὶ σέ, ἔφη ὁ Λογχάτης, ἡ παρασκευή. ἐμοὶ γὰρ ἐχθρὸς ὁ Ἀρσακόμας ὅτι; καὶ ἄχθεται, διότι προτιμῶμαι αὐτῷ, ἀπὸ τῶν γεραιτέρων, ὡς ἀμείνων τὰ πάντα δοκῶ εἶναι. ἐμὲ μοι ὑπὸ σχοινίῳ τινὶ ἑτέραν συ θυγατέρα Βαρκίτιν ὅτι τὰ ἄλλα ἀναξίῳ ὑμῶν ὄντι ἐκ μακράν σοι ἥξω, τινὶ μικρᾷ λιφανλὶν οὐ δυσμίζων. ὑποσχνοῦμαι, ἔφη ὁ βασιλεύς, μάλα πειθοῦς γε νόμῳ. ἐγὼ γὰρ τινὶ αἰτίαν τῆς ὀργῆς Ἀρσακόμα, τινὶ ἐπὶ τῷ γάμῳ, καὶ ἄλλως ὑπέ-

ab Arsacoma Mariantæ filio, qui nuper legatum egit apud te: idq; opinor, quum filiam tuam postulârit, non assequutus sit abs te: ob id indignatur, sedetq; in tergore taurino septimum iam diem, contractusq; illi est exercitus haud exiguus. Audiui (inquit Leucanor) & ipse, cogi vim copiarũ in tergum bouis. Quòd autem aduersum nos cogerentur, quodq; Arsacomas huius rei dux esset, id verò me fugerat. At qui in te, inquit Lonchates, hic apparatus constituitur. Mihi autẽ inimicus est Arsacomas, grauiterq; fert, quòd sibi præferar à natu maioribus, & quòd in omnibus illo videar esse præstantior. Quòd si mihi sponponderis alteram filiam tuam Barcetin, alioqui nec indigno vestra affinitate, breui tibi reuersus caput eius apportauero. Spondeo, Rex inquit, videlicet supra modũ formidine correptus, propterea quòd non ignoraret quam ob causam iratus esset Arsacomas, nimirum ob nuptias: tum aliàs quoque metuerat

ἐπέπτησσεν ἀεὶ τοὺς Σκύθας. ὁ δὲ Λογχάτης, ὄμοσον, ἔφη, ἢ μὴν φυλάξαι τὰς συνθήκας, μηδὲ ἀπαρνήσασθαι τότε ἤδη τούτων γενομένων, καὶ ἐπεὶ ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἤθελεν ὀμνύειν. μὴ σύ γε ἐνταῦθα, εἶπε, μὴ καί τις ἐπίδηται τῶν ὁρώντων, ἐφ' ὅτῳ ὁρκωμοτοῦμεν. ἀλλ' εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἄρεος τουτὶ εἰσελθόντες, ἐπικλεισάμενοι τὰς θύρας, ὀμνύομεν, ἀουκσάτω δὲ μηδείς. εἰ γάρ τι τούτων πύθοιτο Ἀρσακόμας, δέδια μὴ προθύσηταί με τοῦ πολέμου, χεῖρα οὐ μικρὰν ἤδη περιβεβλημένος. εἰσίωμεν, ἔφη ὁ βασιλεύς· ὑμεῖς δὲ ἀπόστητε, ὅτι πορρωτάτω. μηδεὶς δὲ παρέστω εἰς τὸν νεὼν, ὅν τινα μὴ ἐγὼ κελέσω. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν εἰσῆλθον, οἱ δορυφόροι δὲ ἀπέστησαν, σπασάμενος τὸν ἀκινάκην, ἐπισχὼν τῇ ἑτέρᾳ τὸ στόμα, ὡς μὴ βοήσειε, παίει παρὰ τὸν μαστόν. εἶτα ἀπτεμὼν τὴν κεφαλὴν, ἀπὸ τῇ χλαμύδι ἔχων ἐξῄει, μεταξὺ διαλεγόμενος ἀνθεν αὐτῷ, καὶ

metuerat semper Scythas. At Lonchates: Iurato, inquit, te præstiturum pacta, neque inficiaturum Id quum fieret, iámque resupinatus in cœlum iurare vellet: Absit, inquit, vt hic: ne quis spectantium conijciat quâ gratiâ iuremus: quin potius hoc templum Martis ingressi, occlusis foribus iusiurandum edamus, vbi nullus exaudiat. Nam si quid horum inaudierit Arsacomas, vereor ne me ante bellum immolet, manu iam nunc non parua cinctus. Introëamus, inquit Rex. Vos autem absistite quàm longissimè: neque quisquam ad templum adeat, quem ego non accersiuero. Posteaquàm igitur ipsi quidem introgressi sunt, satellites autem procul abstiterunt: vibrato gladio, simúlque altera manu obturato ore, ne vociferaretur, ictum in pectus adegit. Deinde caput desectum, sub chlamyde tenens prodibat, quasi confabulans interim cum illo, breuiq;

καὶ δὰ ταχέων ἥξειν λέγων, ὡς δὴ ἐπί τι πεμφθεὶς ὑπ' ἐκείνου. καὶ οὕτως ἐπὶ τὸν τόπον ἀφικόμενος, ἔνθα δεδεμένον κατελελοίπει τὸν ἵππον, ἀναβὰς ἀφιππάσατο εἰς τὴν Σκυθίαν. δίωξις δὲ οὐκ ἐγένετο αὐτῷ, ἐπὶ πολὺ ἀγνοησάντων τὸ γεγονὸς τῶν Βοσπορανῶν, καὶ ὅτε ἔγνωσαν, ὑπὲρ τῆς βασιλείας στασιαζόντων. ταῦτα μὲν ὁ Λογχάτης ἔπραξε, καὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἀπεπλήρωσε τῶν Αρσακόμᾳ παραδοὺς τὴν κεφαλὴν τοῦ Λευκάνορος. ὁ Μακεντης δὲ, καθ' ὁδὸν ἀκούσας τὰ ἐν Μάχλυας. καὶ πρῶτος ἀγγέλας αὐτοῖς τὸν φόνον τοῦ βασιλέως, ἡ πόλις δὲ, ἔφη, ὦ Αδύρμαχε, σὲ γαμβρὸν ὄντα ἐπὶ τὴν βασιλείαν καλεῖ. ὥστε σὺ μὲν πεπλάσας, παραλάμβανε τὴν ἀρχὴν, τεταραγμένοις τοῖς πράγμασιν ἐπιφανεὶς, ἡ κόρη δὲ κατόπιν σοι ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ἑπέσω. ῥᾷον γὰρ οὕτω προσάξεις Βοσπορανῶν τοὺς πολλοὺς, ἰδόντας τὴν Λευκάνορος

breuiq́ sese dicens affuturum, tanquam ad negotij quippiam emitteretur ab illo. Atque ita reuersus eò vbi equum vinctum reliquerat, conscenso illo redequitauit in Scythiam. Porrò nemo est eum insequutus, quippe diu ignorantibus Bosporanis quod acciderat, tum vbi rescissent, factitiosè de regno decertantibus. Hæc itaque gessit Lonchates, præstititq́ promissum, allato Leucanoris capite. Porrò Macentes in via factus certior super his, quæ in Bosporo acciderant, peruenit ad Machlyentes: primusq́ illis nuncium attulit de Rege trucidato. At populus, inquit, te Adyrmache, gener cùm sis, ad regnum vocat. Proinde fac, ut ipse prior occupans, imperium arripias, in rebus perturbatis obortus, puella verò te sequatur à tergo in curribus. Facilè enim isthoc pacto tibi conciliaueris multitudinem Bosporanorum, vbi Leucanoris

κάνορος θυγατέρα. ἐγὼ δ' Αλανὸς τέ εἰμι, καὶ τῇ παιδὶ ταύτῃ συγγενὴς μητρόθεν· παρ' ἡμῶν γὰρ οὖσαν τὴν Μάσεραν ἠγάγετο ὁ Λευκάνωρ. καὶ νῦν σοι ἥκω παρὰ τῶν Μασέρας ἀδελφῶν, τῶν ἐν Αλανίᾳ, παρακελευομένων ὅτι τάχιστα ἐλαύνειν ἐπὶ τὸν Βόσπορον, καὶ μὴ περιιδεῖν ἐς Εὐβίοτον περιελθοῦσαν τὴν ἀρχὴν, ὃς ἀδελφὸς ὢν νόθος Λευκάνορος, Σκύθαις μὲν ἀεὶ φίλος ἐστὶν, Αλανοῖς δὲ ἀπέχθεται. ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Μακέντις ὁμόσκευος, καὶ ὁμόγλωττος τοῖς Αλανοῖς ὤν· κοινὰ γὰρ ταῦτα Αλανοῖς καὶ Σκύθαις πλὴν ὅτι οὐ πάνυ κομῶσιν οἱ Αλανοὶ, ὥσπερ οἱ Σκύθαι. ἀλλὰ ὁ Μακέντις καὶ τοῦτο εἴκαστο αὐτοῖς, καὶ ἀπεκεκάρκει τῆς κόμης, ὁπόσον εἰκὸς ἦν ἔλαττον κομᾶν τὸν Αλανὸν τοῦ Σκύθου, ὥστε ἐπιστεύετο δὲ ταῦτα, καὶ ἐδόκει Μασέρας καὶ Μαζαίας συγγενὴς εἶναι. καὶ νῦν, ἔφη, ὦ Α-

ris filiam conspexerint. Ego porrò nō solùm Alanus sum, verùm etiam sponsæ tuæ cognatus maternus: siquidem nostra è gente Masteram Leucanor asciuit vxorem. Et nunc tibi adsum, missus à Masteræ fratribus, qui sunt in Alania, denunciantibus vt quàm potes ocyssimè recipias in Bosporum, neque per negligentiam committas, vt imperium ad Eubiotum deueniat, qui tametsi frater nothus est Leucanoris, tamen Scytharum partibus semper fauit, cum Alanis simultates gerit. Hæc quidem dicebat Macentes: Erat autem eodem cultu eadémque lingua cum Alanis. Commune enim horū vtrunque Alanis cum Scythis, nisi quòd non magnoperè comati sunt Alani, quemadmodum Scythæ. At Macentes in hoc quoq; illis erat assimilis, videlicet detonsa coma: quatenus conueniebat Alanum minùs esse comatum, quàm Scytham. Itaq; his rebus factum est, vt illi fides haberetur, putareturq; Masteræ ac Mazææ cognatus esse. Et nunc, inquit, ô Adyr-

ὦ Ἀδύρμαχε, ἐλαύνειν ἕτοιμος ἅμα σοὶ ἐπὶ τὴν Βόσπορον, ἢν ἐθέλῃς, μένειν τε, εἰ δέοι, καὶ τὴν παῖδα ἄγειν. τοῦτο, ἔφη, καὶ μᾶλλον, ὁ Ἀδύρμαχος, ἐθελήσαιμ' ἄν, ἀφ' αἵματος ὄντα σὲ Μαζαίαν ἄγειν. ἢν μὴ γὰρ ἅμα ἡμῖν ἴῃς ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἱππεῖ ἑνὶ πλείους, ἂν γενοίμεθα. εἰ δέ μοι τὴν γυναῖκα ἄγοις, ἀντὶ πολλῶν ἂν γένοιο. ταῦτα ἐγίνετο, καὶ ὁ μὲν ἀπήλαυνε, παραδοὺς τοῦ Μακέντῃ ἄγειν τὴν Μαζαίαν, παρθένον ἔτι οὖσαν. ὁ δὲ ἡμέρας μὲν, ἐπὶ τῆς ἁμάξης ἦγεν αὐτήν· ἐπεὶ δὲ νὺξ κατέλαβεν, ἀναθέμενος, ἐπὶ τὴν ἵππον (ἐτεθεραπεύκει δὲ ἄλλον ἕνα σφίσιν ἱππέα ἕπεσθαι) ἀναπηδήσας καὶ αὐτὸς, οὐκέτι παρὰ τὴν Μαιῶτιν ἤλαυνεν, ἀλλ' ἀπρὰ πόμενος εἰς τὴν μοσόγειαν ἐν δεξιᾷ λαβῶν τὰ Μιτραίων ὄρη, διαναπαύων μεταξὺ τὴν παῖδα, τριταῖος ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλύων ἐς Σκύθας. καὶ ὁ μὲν ἵππος αὐτῷ, ἐπειδὴ

ô Adyrmache, ad vtrumuis paratus sum: vel proficisci tecum in Bosporum, si velis: vel manere, si sit opus, ac sponsam adducere. Isthuc equidē, inquit Andyrmachus, longè malim, quandoquidē cognatus es, te puellam adducere. Nam si nobiscum vnà proficiscaris in Bosporum, vnum duntaxat equitem numero addideris. Quòd si mihi vxorem aduexeris, multorum instar fueris. Atq; ita factum est: & hic quidem iter ingressus est, Macentæ tradens ducendam Mazæam: quæ virgo etiamdum erat. At ille per diem quidem illam curru vehebat: verū vbi nox incubuisset, imposita equo (nam id curârat, vt alius quidam eques sese consequeretur) tū insiliens & ipse, nequaquā deinceps ad Mæotim iter faciebat, sed deflectens ad mediterraneam, relictis ad dextram Mitræorum montibus, quum virginem interim aliquoties interquiescere iussam refocillasset, intra triduum à Machlyensibus in Scythiam vsque permensus est viam: statimq; equus eius vbi

ἐπαύσατο τοῦ δρόμου, μικρὸν ἐπιστὰς ἀχθυνόμενος. ὁ δὲ Μακεύτης, ἐγχειρίσας τὴν Μαζαίαν τῷ Ἀρσακόμᾳ, δέδεξο, εἶπε, καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν ἐπόσχεσιν. τοῦ δὲ πρὸς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ θεάματος καταπλαγέντος καὶ χάριν ὁμολογοῦντος, παῦε, ἔφη ὁ Μακεύτης, ἄλλον με ποιῶν σεαυτοῦ. τὸ γὰρ χάριν ἐμοὶ ὁμολογεῖν, ἐφ' οἷς ἔπραξα τούτοις, τοιόν δὲ ἐστιν, ὥσπερ ἂν ἡ ἀριστεράμου χάριν εἰδείη τῇ δεξιᾷ, διότι τρωθεῖσάν ποτε αὐτὴν ἐθεράπευσε, καὶ φιλοφρόνως ἐπεμελήθη καμνούσης. γελοῖα τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἂν ποιοῖμεν, εἰ πάλαι ἀναμιχθέντες, καὶ ὡς οἷόν τε ἦν, εἰς ἕνα συνελθόντες, ἔτι μέγα νομίζοιμεν εἶναι, εἰ τὸ μέρος ἡμῶν ἔπραξέτι χρηστὸν, ὑπὲρ ὅλου τοῦ σώματος. ὑπὲρ ἑαυτοῦ γὰρ ἔπραττε μέρος ὂν τοῦ ὅλου, εὖ πάσχοντος. οὕτω μὲν ὁ Μακεύτης ἔφη τῷ Ἀρσακόμᾳ, χάριν ὁμολογήσαντι. ὁ δὲ Ἀδύρμαχος, ὡς ἤκουσε τὴν ἐπιβουλὴν, εἰς μὲν τὸν Βόσπορον οὐκέτι ἦλθεν. ἤδη

vbi destitisset à cursu, paulisper astans exanimatus est. Porrò Macentes Arsacomæ Mazæam in manũ dans: Accipe, inquit, à me quoque id, quod sum pollicitus. At illo ad insperatum spectaculum stupefacto, gratiasq; agente: Desine, inquit Macentes, ac noli me alium à teipso putare: nam mihi profectò gratias agere ob hæc quæ feci, perinde est, ac si sinistra mea gratias agat dextræ, quòd vulneratæ sibi subministrauit, atque officiosè curam egit ægrotantis. Ridicula nimirum & nos fecerimus, si iam dudum commissi, & quatenus licet, in vnum conflati, magnum adhuc esse credamus, si qua pars nostri officiosè quid egerit pro toto corpore. Etenim pro se ipso fecit, quum pars sit totius beneficio adiuti. Atque ad hunc quidem modum Arsacomæ gratias agenti, Macentes respondit. Cæterùm Adyrmachus vbi sensit insidias, non perrexit ire in Bosporum:

iam

ἤδη γὰρ Εὐβίοτος ἦρχεν, ἐπικληθεὶς ἐκ Σαυροματῶν, παρ' οἷς διέτριβεν. εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ ἐπανελθὼν, καὶ στρατιὰν πολλὴν συναγαγὼν, διὰ τῆς ὀρεινῆς ἐσέβαλλεν ἐς τὴν Σκυθίαν. καὶ ὁ Εὐβίοτος, μετ' οὐ πολὺ καὶ οὗτος εἰσέπεσεν, ἄγων πανδημεὶ μὲν τοὺς Ἕλληνας, Ἀλανοὺς, δὲ καὶ Σαυρομάτας ἐπικλήτους, ἑκατέρους δυσμυρίους. ἀναμίξαντες δὲ τὰ στρατεύματα, ὁ Εὐβίοτος καὶ ὁ Ἀδύρμαχος, ἐννέα μυριάδες ἅπαντες ἐγένοντο, καὶ τούτων τὸ τρίτον, ἱπποτοξόται. ἡμεῖς (καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς μετέσχον τῆς ἐξόδου αὐτοῖς ἐπιδοὺς ἐν τῇ βύρσῃ τότε ἱππέας αὐτοτελεῖς ἔλαττον) οὐ πολλῷ ἔλαττον τῶν τρισμυρίων σὺν τοῖς ἱππεῦσι συναθροισθέντες, ἐπεμείνομεν τὴν ἔφοδον. ἐστρατήγει δὲ ὁ Ἀρσακόμας. καὶ ἐπειδὴ προσιόντας εἴδομεν αὐτοὺς, ἀντεπήγομεν. περιπαφέντες τὸ ἱππικόν. γενομένης δὲ ἐπιπολὺ μάχης καρτερᾶς, ἐνεδίδου ἤδη τὰ ἡμέτερα, καὶ

iam enim Eubiotus rerum potiebatur accersitus à Sauramatis, apud quos fuerat diuersatus: verùm in patriam reuersus, contractis ingentibus copijs, per montosa irrupit in Scythiam; pauloq́; pòst irruit & Eubiotus, cùm Græcos vndecunq́; poterat secum ducens, tum Alanos, & Sauromatas accersitos, vtrinque vicies millenos. Coniunctis autem copijs Eubiotus atque Adyrmachus, nonaginta millia confecerunt: atque ex his tertia pars equites sagittarij. Nos autem (nam & ipse ad hanc expeditionem contuleram, addens ijs qui in tergum taurinum conuenerant, equites ad plenum instructos centum) contractis haud multò minus triginta millibus, vnà cum equitibus operiebamur insultum, ductore Arsacoma. Vt autem admouentes illos conspeximus, contrà duximus agmen, præmissis in hostem equitibus. Atque vbi iam diu acriter esset pugnatum, tandem cessêre nostri,

καὶ παρερρήγνυτο ἡ φάλαγξ, καὶ τέλος, εἰς δύο διῃρέθη τὸ Σκυθικὸν ἅπαν. καὶ τὸ μὲν ὑπέφευγεν, οὐ πάνυ σαφῶς ἡττημένον, ἀπ' ἀναχώρησις εἶδόκει ἡ φυγή· ἐδίδου γὰρ οἱ Ἀλανοὶ ἐτόλμων ἐπιπολὺ διώκειν. τὸ δ' ἥμισυ, ὅπερ καὶ ἔλαττον, περισχόντες οἱ Ἀλανοὶ καὶ Μάχλυσι, ἐκόπτον παντα χόθεν, ἀφθόνως ἀφιέντων τῶν ὀϊστῶν καὶ ἀκοντίων. ὡς πάνυ ἐπονοῦντο ἡμῶν οἱ περιειληγμένοι, καὶ ἤδη προίεντο οἱ πολλοὶ τὰ ὅπλα. ἦν τέθνηκε δὲ ὁ Λογχάτης καὶ ὁ Μακέντης ἔτυχον ἔντος, καὶ ἐτιτρωντο ἤδη πεπονθότες, ὁ μὲν πυρακτωθὲς τὸν μηρὸν, ὁ Λογχάτης ὁ Μακέντης δὲ, πελέκει εἰς τὸν ὦμον. ὅπερ ἀποδόμενος ὁ Ἀρσακόμας, ἐν ἡμῖν τοῖς ἄμεσι ὢν, ἔμενον ἠκόντιζεν, εἰ ἅπασι, καταλιπὼν τὸς φίλους προσβαλὼν τὸς μύωπας ἵππῳ ἐμβάσας ἤλασεν διὰ τῶν πολεμίων, τοπίδα διηρμένος, ὡς

interrupta phalange. Postremò in duo dissectum est vniuersum agmen Scythicum. pars subduxit sese, non omnino palàm victa: verùm ita fugiebat, vt locum dare videretur: adeò vt Alani ad multũ tempus insequi nõ auderent. partem alterã, quæ eadem erat imbecillior, cingẽtes Alani ac Machlyenses vndequaq; cædebant, confertim iaculis emissis, atq; sagittis, sic vt vehemẽter laboraretur à nostris, qui tenebantur obsessi. Et iam plerique arma proiecerãt, quorũ in numero fortè erat Lõchates, & Macẽtes: iamq; ambo vulnus acceperant, dum ante alios sese periculis obijciunt: hic quidè adusto femore, puta Lonchates: porrò Macẽtes securi sauciato capite, tum contò in humerum impacto, Quod simulatque sensit Arsacomas, quum in altero agmine esset nobiscum, turpe ratus si desertis amicis non adesset, subditis equo calcaribus, cum clamore in hostes tendere cœpit sublato gladiõ, adeò

ὥστε τοὺς Μάχλυας μηδὲ ὑποστῆναι τὸ ῥόθιον τοῦ θυμοῦ, ἀλλὰ διαιρεθέντες ἔδωκαν αὐτοῖς διεξελθεῖν. ὁ δὲ ἀνακτησάμενος τοὺς φίλους, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας παρακαλέσας, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Ἀδύρμαχον, καὶ πατάξας τῇ κοπίδι παρὰ τὸν αὐχένα, μέχρι τῆς ζώνης διέτεμε. πεσόντος δὲ ἐκείνου, διελύθη τὸ Μαχλυϊκὸν ἅπαν, καὶ τὸ Ἀλανικὸν μετ' οὐ πολὺ, καὶ οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τούτοις. ὥστε ἐκρατοῦμεν ἐξ ὑπαρχῆς ἡμεῖς, καὶ ἐπεξήλθομεν ἄν, ἐπιπολὺ κτείνοντες, εἰ μὴ νὺξ τὸ ἔργον ἀφείλετο. εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν, ἱκέται παρὰ τῶν πολεμίων ἥκοντες, ἐδέοντο φιλίαν ποιεῖσθαι. Βοσπορανοὶ μὲν ὑποτολέσειν διπλάσιον τὸν δασμὸν ὑπισχνούμενοι, Μάχλυες δὲ ὁμήρους δώσειν ἔφασαν· οἱ Ἀλανοὶ δὲ, ἀντὶ τῆς ἐφόδου ἐκείνης, Σινδιανοὺς ἡμῖν χειρώσασθαι ὑπέστησαν, ἐκ πολλοῦ διεστῶτας. ἐπὶ τούτοις ἐπείσθημεν, δόξαν

adeò vt Machlyenses vim animi non sustinuerint, sed viam illi fecerint, vt trãsiret. At ille receptis amicis, tum aduocatis & alijs, impetum fecit in Adyrmachum: impactoq́ in ceruicem gladio, ad zonam vsque dissecuit. Quo fuso dissipata est omnis acies Machlyensium, paulò pòst & Alanorum: denique cum his Græci quoque. Atque ita redintegrato prælio nos superiores extitimus, diuq́ sumus insequuti trucidantes, donec nox finem imposuit. postero die ab hostibus venerunt legati, qui supplices pacem atque amicitiam orarent. Bosporani duplicatum tributum pensuros sese pollicebantur: Machlyenses obsides daturos se confirmabant: Alani ita eam inuasionem compensaturos sese spondebant, vt Sindianos nostro nomine vellent aggredi, quibus cum multo iam tempore nobis fuerat simultas. His de rebus auditis suffragijs,

ξαν πολὺ πρότερον Αρσακόμᾳ καὶ Δογχάτῃ, καὶ ἐγένετο εἰρήνη, ἐκείνων πρυτανευόντων ἕκαστα. τοιαῦτα, ὦ Μνήσιππε, τολμῶσι ποιεῖν Σκύθαι ὑπὲρ τῶν φίλων. Μνή. πάνυ τραγικὰ, ὦ Τόξαρι, καὶ μύθοις ὅμοια, καὶ ἵλεως μὲν ὁ ἀκινάκης καὶ ὁ ἄνεμος εἶεν, οὓς ὤμοσας, εἰ γοῦν τις ἀπιστοίη αὐτοῖς, οὐ πάνυ μεμπτὸς εἶναι δόξειεν ἄν. Τό. ἀλλ' ὅρα ὦ γεννᾶτε, μὴ φθόνος, ὑμῶν ἡ ἀπιστία ἡ. πλὴν οὐκ ἐμὲ ἀπρεπέψεις ἀπιστῶν καὶ ἄλλα τοιαῦτα εἰπεῖν, ἃ οἶδα ὑπὸ Σκυθῶν γιγνόμενα. Μνή. μὴ μακρὰ μόνον, ὦ ἄριστε, μηδὲ οὕτως ἀφέτοις χρώμενος τοῖς λόγοις, ὡς νῦν γε ἄνω καὶ κάτω τὴν Σκυθίαν καὶ τὴν Μαχλυανὴν διαθέων, καὶ εἰς τὸν Βόσπορον ἀπιὼν, εἶτ' ἐπανιὼν πάνυ μου κατεχρήσω τῇ σιωπῇ. Τό. πειθέον καὶ ταῦτά τοι νομοθετοῦντι, καὶ διὰ βραχέων λεκτέον, μὴ καὶ κάμῃς ἡμῖν τῇ ἀκοῇ συμπερινοστῶν.

in primis autem Arsacomæ & Lonchatæ, pax inita, duobus illis cuncta pro arbitratu suo moderantibus. Huiusmodi, Mnesippe, audent Scythæ amicorum causa facere. MNE. *Tragica prorsus, ô Toxari, fabulisq́ similia. Et propitius sit Acinaces & Ventus, per quos iurâsti: si qui ista non credat, non admodum reprehendendus esse videatur.* TOX. *At vide, vir egregie, ne incredulitas ista ab inuidia vestra proficiscatur. Quanquam non me deterrebis non habendo fidem, quò minus & alia his consimilia, referam, quæ nouerim à Scythis esse gesta.* MNE. *Tantum ne longum facias, vir optime, neque vsqueadeò admissis vagisq́ vtare sermonibus, vt nunc sursum ac deorsum Scythiam Machlyanamq́ percurrens, deinde in Bosporum discedens, postremò rediens, prorsus abutare silentio meo.* TOX. *Parendum tibi & hanc præscribenti legem, dicendumq́ paucis; ne fatigeris vnà nobiscum audiendo circumcursitans.*

Quin

μᾶλλον δὲ καὶ ἄκουσον, ἐμοὶ αὐτῶν οἷα φίλος, Σισίννης τοὔνομα, ὑπηρέτησεν. ὅτε γὰρ Ἀθήναζε ἀπῄειν οἴκοθεν, ἐπιθυμίᾳ παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς, κατέπλευσα ἐς Ἀμαστρὶν τὴν Ποντικήν. ἐν προσβολῇ δέ ἐστι, τοῖς ἀπὸ Σκυθίας προσπλέουσιν, οὐ πολὺ τῆς Καράμβεως ἀπέχουσα ἡ πόλις. εἵπετο δὲ ὁ Σισίννης, ἑταῖρος ἐκ παιδὸς ὤν. ἡμεῖς μὲν οὖν καταγωγήν τινα ἐπὶ τῶν λιμένι σκεψάμενοι, κἀκ τοῦ πλοίου ἐς αὐτὴν μετασκευασάμενοι, ἠγοράζομεν, οὐδὲν πονηρὸν ὑφορώμενοι. ἐν τοσούτῳ δὲ, κλῶπές τινες ἀνασπάσαντες τὸ κλεῖστρον, ἐκφέρουσιν ἅπαντα. ὡς μηδὲ τὰ ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν δαρκέοντα καταλιπεῖν. ἐπανελθόντες οὖν οἴκαδε, καὶ τὸ γεγονὸς μαθόντες, δικάζεσθαι μὲν τοῖς γείτοσι, πολλοῖς οὖσιν, ἢ τῶν ξένῳ, οὐκ ἐδοκιμάζομεν, δεδιότες μὴ συκοφάνται δόξαμεν τοῖς πολλοῖς, λέγοντες ὡς ὑφείλετο ἡμῶν τις Δαρεικοὺς

Quin magis ausculta, quæ in meipsum amicus Sisinnes nomine præstiterit. Quum enim Athenas relicta patria proficiscerer, idq́ cupiditate Græcanicarum literarum, appuleram Amastrim Ponticam. Ea est vrbs haud procul à Carambe dissita, in promontorio, obuia ijs qui à Scythia nauigant. Comitabatur autem Sisinnes, mihi à puero amicus. Nos igitur vbi res quasdam importatas in portu spectassemus, in eumq́ è naui subduxissemus, emimus nihil suspicantes mali. Interea fures quidam effracta sera sustulerunt vniuersa, adeò vt non reliquerint quod vel in eum diem sufficere posset. Ergo quum domum essemus reuersi, cognito quod acciderat, non visum est in ius vocare vel vicinos, qui plures erant, vel hospitem, veriti ne plerisque sycophantæ videremur, si dixissemus nobis ab aliquo sublatos esse Dan-

κοὺς τετρακοσίους, καὶ ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ τάπιδας τινὰς, καὶ τἆλλα, ὁπόσα εἴχομεν. ἐσκοπούμεθα δὲ περὶ τῶν παρόντων, ὅ, τι πράξομεν, ἄποροι παντάπασιν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ γενόμενοι. καλοὶ μὲν ἐδόκει, ὡς εἶχον, αὐτοῦ παραβύσαντα ἐς τὴν πλευρὰν τὸν ἀκινάκην, ἀπελθεῖν τοῦ βίου, πρὶν ἀγεννές τι ὑποστῆναι, λιμῷ ἢ δίψει πιεσθέντα. ὁ δὲ Σισίννης παρεμυθεῖτο, καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτο ποιεῖν· αὐτὸς γὰρ ἐπινοήσειν ἔλεγεν, ὅθεν ἔξομεν ἱκανῶς τὰς τροφάς. καὶ τότε μὲν ξύλα ἐκ τοῦ λιμένος παρεκόμισε, καὶ ἧκεν ἡμῖν ἐκ τοῦ μισθοῦ ἐπισιτισάμενος. ἕωθεν δὲ περιϊὼν κατὰ τὴν ἀγορὰν, εἶδε πομπήν τινα, ὡς ἔφη, γενναίων καὶ καλῶν νεανίσκων μονομαχεῖν δὲ οὗτοι ἐπὶ μισθῷ ἀνδρολογηθέντες, εἰς τρίτην ἡμέραν διαγωνιεῖσθαι ἔμελλον. καὶ δὴ τὸ πᾶν, ὡς εἶχεν,

se Daricos quadringentos, tum vestium permultum, ad hæc tapetia quædam: denique, quicquid habueramus. Consultabamus igitur hisce de rebus quid esset faciundum omnium rerum egenis, idq; in vrbe peregrina. Ac mihi quidem ita visum est tum temporis, statim demerso in ilia acinace vitam fugere, priusquam ignauum quiddam aut indignum esset ferendum vel fame vel siti enecto. Contrà Sisinnes consolabatur, obsecrans ne quid tale facerem. Aiebat enim, excogitasse sese vnde nobis victus suppeteret. Et eo quidem die baiulandis è portu lignis, allata mercede victum suppeditauit: manè autem obambulans in foro, pompam quãdam aspexit iuuenum (quẽadmodum aiebat) elegantium ac strenuorum. Hi nimirum viritim lecti, vt mercede proposita singulare certamen inirent, in tertium diem erant decertaturi. Ergo quum omnes huius negocij

εἶχεν, ἀμφ' αὐτοὺς πυθόμενος, ἐλθὼν ὡς ἐμὲ μηκέτι, ὦ Τόξαρι, ἔφη, σαυτὸν πένητα λέγε· εἰς γὰρ τρίτην ἡμέραν, πλούσιόν σε ἀπφανῶ. ταῦτα εἶπε καὶ πονήρως τὸ μεταξὺ ἀπρίσαντες, ἐνστάσις ἤδη τῆς θέας, ἐθεώμεθα καὶ αὐτοί. παραλαβὼν γάρ με, ὡς ἐπὶ τερπνόν τι, καὶ παράδοξον θέαμα τῶν Ἑλληνικῶν, ἄγει εἰ τὸ θέατρον. καὶ καθίσαντες, ἑωρῶμεν τὸ μὲν πρῶτον, θηρία κατοκοντιζόμενα, καὶ ὑπὸ κυνῶν διωκόμενα, καὶ ἐπ' ἀνθώρπους δεδεμένους ἀφιέμενα, κακούργους τινὰς, ὡς εἰκάζομεν. ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθον οἱ μονομάχοι, καί τινα παραγαγὼν ὁ κῆρυξ ὠμεγέθη νεανίσκον, εἶπεν· ὅστις ἂν ἐθέλῃ τούτῳ μονομαχῆσαι, ἥκειν εἰ τὸ μέτον, δραχμὰς ληψόμενος μυρίας, μισθὸν τῆς μάχης, ἐνταῦθα ἐξανίσταται ὁ Σισίννης, καὶ καταπηδήσας, ὑπέστη μαχεῖσθαι,

negocij conditiones audisset, accedens ad me: Caue posthac, inquit, Toxari, ne teipsum pauperem dixeris, siquidem tertio ab hinc die diuitem te reddidero. Hæc ait, atque interea ægrè parato victu, quum iam spectaculum esset institutum, spectabamus & ipsi. Etenim assumptũ me duxit in theatrum, tanquam ad iucundum aliquod nouumq́ spectaculum Græcorum. Ergo vbi consedissemus spectabamus. Ac primò quidem feræ partim iaculis confixæ, atq́ à canibus agitatæ, partim in homines quosdam vinctos emissæ, nocentes quospiam, ita vt conijciebamus. Vt autem prodierunt qui erant ad singulare certamen conducti, ac producto iuuene quodam prægrandi, dixisset præco: Si quisquam velit cum hoc singulari certamine congredi, prodeat in medium, præmium pugnæ accepturus drachmarum decem millia: ibi protinus assurrexit Sisinnes desiliens, polliceturq́ se dimicaturum:

χεῖσθαι, καὶ τὰ ὅπλα ἤτει, καὶ τὸν μισθὸν λαβὼν, τὰς μυριάδας ἐμοὶ φέρων ἐπεχείρει. καὶ εἰ μὴ ἀρατησάμην, ὦ Τόξαρι, ἔφην, ἅμα ἀπιμεν, ἔχοντές τὰ ἀρκοῦντα. ἢν δὲ πέσω, θάψας με, ὑποχώρει ὀπίσω ἐς Σκύθας. ἐγὼ μὲν ἐπὶ τούτοις ἐκώκυον. ὁ δὲ λαβὼν τὰ ὅπλα, τὰ μὲν ἄλλα περιεβάλετο, τὸ ἀρανθὲν δὲ ἐλαττώθη, ἀπὸ ἀφυμνίας τῆς ἀριστερᾶς κατασὰς, ἐμάχετο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον τιτρώσκεται αὐτὸς, καμπύλῳ ὦμῳ ξίφει ὑπὸ μηρὸν εἰς τὸν ἐγγύλιον, ὥστε ἅμα ῥέειν πολὺ, ἐγὼ δὲ πεπτώκειν ἤδη ὦ δέα. θρασύτερον δὲ ἐπιφερόμενον τιτρώσκω τὸν ἀντίπαλον, παίσας εἰς τὸ στέρνον, καὶ διώλασσον, ὥστε αὐτίκα ἐπιπεσεῖν πρὸς τοῖν ποδοῖν αὐτῷ. ὁ δὲ κάμνων καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ τραύματος, ἐπικάθιζε τῷ νικηρῷ, καὶ μικρὸν δεῖν ἀφῆκεν αὐτὴ ἡ ψυχή. ἀπ' ἐγὼ προσφαμῶν ἀνέστησα καὶ παρεμυθησάμην. ἐπεὶ δὲ ἀφεῖτο ἤδη νενικηκὼς, ἀράμενος αὐτὸν, rum: simulq; posit arma. Tu accepta mercede, decem millia mihi deferes, in manu dat: Si vicero, inquit, Toxaris, vnà proficiscemur, suppetetque commeatus. Sin cecidero, sepulto me redi rursus in Scythiam. Ego quidem his auditis singultiebam. At ille sumptis armis, reliquum quidem corpus munuit: at galeam nequaquam imposuit, sed nudo consistens capite pugnabat. Et initiò quidem ipse vulnus accepit, retorto gladio, succiso poplite, ita vt multum sanguinis defluere. Ego interim iam metu præmortuus eram. At ille confidentiùs inuadentem aduersarium obseruans, ferit in pectore, transfigitq; ita ut protinus ad pedes illius procumberet. Ille fessus & ipse vulnere, mortuo incumbebat: parumq; aberat quin ipse quoque efflaret animam. At ego accurrens erexi, animumq; reddidi. Porrò vbi dimissus est iam victor declaratus, sublatum illum domum

ἐκόμισα εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ ἐπὶ πολὺ θεραπευθεὶς, ἐπέζησε μὲν, καὶ ἔστι μέχρι νῦν ἐν Σκύθαις, γήμας τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, χωλὸς δὲ ἔστι ὅμως ἀπὸ τοῦ τραύματος. τοῦτο, ὦ Μνήσιππε, οὐκ ἐν Μάχλυσιν, οὐδ' ἐν Αλανίᾳ ἐγένετο, ὡς ἀμαρτυρον εἶναι, καὶ ἀπιστεῖσθαι δύνασθαι, ἀλλὰ πολλοὶ παρεισιν Αμαστριανῶν, μεμνημένοι τὴν μάχην τοῦ Σισίννου. πέμπτον ἔτι τοι τὸ Αβαύχα ἔργον διηγησάμενος, παύσομαι. ἧκέ ποτε οὗτος ὁ Αβαύχας εἰς τὴν Βορυσθενιτῶν πόλιν, ἐπαγόμενος καὶ γυναῖκα, ἧς ἤρα μάλιστα, καὶ παιδία δύο, τὸ μὲν ἐπιμαστίδιον, ἄῤῥεν, τὸ δὲ ἕτερον, κόρη ἑπτέτις ἦν. συναπεδήμει δὲ καὶ ἑταῖρος αὐτοῦ Γυνδάνης. οὗτος μὲν καὶ νοσῶν ἀπὸ τοῦ τραύματος, ὃ ἐτέτρωτο κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ λῃστῶν, ἐπιπεσόντων σφίσι. δραμαχόμενος γὰρ πρὸς αὐτοὺς, ἐλαύνεταις εἰς τὴν μηρὸν, ὥστε οὐδὲ ἑστάναι ἐδύνατο

domum deportaui: multúmque temporis curatus à medicis, superuixit quidem, hodiéque agit apud Scythas, ducta in matrimonium sorore mea: claudus tamen adhuc est ex vulnere. Hæc res, Mnesippe, non apud Machlyenses, neque in Alania gesta est, vt testibus careat, & ficta credi queat: verùm complures extant Amastriani, qui de pugna Sisinnæ memorant. Finem iam faciam, si tibi quinto loco factum Abauchæ retulero. Appulit aliquãdo Abauchas hic in Borysthenensiũ ciuitatẽ, secũ adducens & vxorem, quam vnicè diligebat, & liberos duos, alterũ quidẽ masculum lactentem, altera verò erat puella septem annos nata. Erat autem peregrinationis comes & huius amicus Gyndanes. atque is quidem è vulnere laborãs, quod in via acceperat à latronibus, qui eos fuerant adorti: cum quibus dum pugnaret, ictus est in femore, ita vt ne stare quidem pos-

ἐδίωκε ὑπὸ τῆς ὀδύνης. νύκτωρ δὲ καθευδόντων (ἔτυχον γὰρ ἐν ὑπερῴῳ τινὶ κατοικοῦντες) πυρκαϊὰ μεγάλη ἐξανίσταται, καὶ πάντα περιελείετο, καὶ περιεῖχεν ἡ φλὸξ ἁπανταχόθεν τὴν οἰκίαν. ἐνταῦθα δὴ ἀνεγρόμενος ὁ Ἀβαύχας, καταλιπὼν τὰ παιδία κλαυθμυριζόμενα, καὶ τὴν γυναῖκα ἐκκρεμαμένην ἀπρεσεισάμενος, καὶ σώζειν αὐτὴν παρακελευσάμενος, ἀράμενος τὸν ἑταῖρον, κατῆλθε, καὶ ἔφθη διεκπέσας, καθὸ μηδέπω τελέως ἀπεκέκαυτο ὑπὸ τοῦ πυρός. ἡ γυνὴ, δὲ φέρουσα τὸ βρέφος, εἵπετο, ἀκολουθεῖν κελεύσασα καὶ τὴν κόρην. ἡ δὲ ἡμίφλεκτος, ἀφεῖσα τὸ παιδίον ἐκ τῆς ἀγκάλης, μόλις διεπήδησε τὴν φλόγα, καὶ ἡ πᾶς σὺν αὐτῇ, παραμικρὸν ἐλθοῦσα κἀκείνη ἀπεθανεῖν. καὶ ἐπειδὴ ὠνείδισέ τις ὕστερον τὸν Ἀβαύχαν, διότι προδοὺς τὰ τέκνα, καὶ τὴν γυναῖκα, ὁ δὲ Γυνδάνην ἐξεκόμισεν, ἀλλὰ παῖδας

set præ cruciatu. Itaque noctu dormientibus illis (nam fortè in cœnaculo quodam diuersabantur) ingens ortum est incendium, omniaq; circunclusit: iamq; flamma vndique domum circundedit. Ibi experrectus Abauchas, relictis liberis plorantibus repulsa vxore quæ inhærebat, iussaq; vt ipsa sese seruaret, amico in humeris sublato descendit, perrumpénsque euasit, ita vt nequaquam incendio læderetur. Vxor infantem baiulans consecuta est, monens puellulam vt sese consequeretur. Ea verò semiusta, abiectoex vlnis infante, vix exilijt è flamma. Deinde puella vnà cum illa veniens, penè & ipsa extincta est. Post hæc quum probro obiectaret quispiam Abauchæ, quòd desertis liberis, atque vxore, o Gyndanem extulisset: Imò liberos,

παῖδας μὲν, ἔφη, καὶ ἄνθις ποιήσασθαί μοι ῥᾴδιον, καὶ ἄδηλον εἰ ἀγαθοὶ ἔσονται οὗτοι· φίλον δὲ οὐκ ἂν εὕροιμι ἄλλον ἐν πολλῷ χρόνῳ τοιοῦτον, οἷος Γυνδάνης ἐστὶ, πεῖραν μοι πολλὴν τῆς εὐνοίας πρεσχημένος. εἴρηκα, ὦ Μνήσιππε, ἀπὸ πολλῶν πάντε τούτους προχειρισάμενος. ἤδη δὲ καιρὸς εἴη κεκρίσθαι, ὁπότερον ἡμῶν ἢ τὴν γλῶτταν, ἢ τὴν δεξιὰν ἀπτετμῆσθαι δέοι.

τίς οὖν ὁ δικαίσων ἐστὶν; Μνή. οὐδὲ εἷς· οὐ γὰρ ἐκαθίσαμέν τινα δικαστὴν τοῦ λόγου. ἀλλ' οἶσθα ὃ δρασόμεν; ἐπειδὴ νῦν ἄσκοπα τετοξεύκαμεν, ἄνθις ἑλόμενοι δαιτητὴν, ἄλλους ἐπ' ἐκείνῳ εἴπωμεν φίλους. εἶτα ὃς ἂν ἥττων γένηται, ἀπτετμήσεται τότε, ἢ ἐγὼ τὴν γλῶτταν, ἢ σὺ τὴν δεξιάν. ἢ τοῦτο μὲν ἄγροικον, ἐπεὶ δὲ καὶ σὺ φιλίαν ἐπαινεῖν ἔδοξας, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἡγοῦμαι ἀνθρώποις εἶναι τοῦτον κτῆμα ἄμεινον ἢ κάλλιον,

liberos, inquit, denuò parare haudquaquam difficile: tum incertum, an hi boni sint futuri: porrò amicũ diu fuerit priusquam inueniam talem, qualis est Gyndanes: cuius amor mihi multis argumentis est exploratus. Dixi, Mnesippe, è plurib. his quinque propositis iam tẽpus est pronunciari, vtri nostrûm aut linguam aut dextram oporteat amputari. Quis igitur futurus est iudex? MN. Nemo. Neque enim constitueramus narrationis arbitrum. Sed scin' quid agemus? Quandoquidem in præsentiarum P nullo proposito scopo sumus iaculati: deintegrò delecto arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus: deinde vter succubuerit, ei tum quidem amputetur, vel mihi lingua, vel tibi dextera. At si hoc crudele, quando tu amicitiam admirari visus es: ego nihilo secius puto nullam esse mortalibus possessionem hanc præstantiorem,

λιον, τί οὐχὶ καὶ ἡμᾶς συνθέμενοι πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, φίλοι τε αὐτόθεν εἶναι, καὶ ἀεὶ ἕπεσθαι ἀγαπῶμεν, ἄμφω νικήσαντες, τὰ μέγιστα ἆθλα προσλαβόντες, ἀντὶ μιᾶς γνώμης, καὶ μιᾶς ἀξίας, ἄμφω ἑκάτερος ἐπικτησάμενοι, καὶ πρόσθετι γε καὶ ὀφθαλμοὺς τέτταρας, καὶ πόδας τετταρας, καὶ ὅλως, διπλᾶ πάντα, τοιοῦτόν τι γάρ ἐστι, συνελθόντων ἄμφω ἢ τριῶν φίλοι, ὑποῖον τὸν Γηρυόνην οἱ γραφεῖς ἐνδείκνυνται, ἄνθρωπον ἑξάχειρα, καὶ τρικέφαλον. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ, τριῶν ἑνὸς ἥκειν ἅμα προσόντων πάντα, ὥσπερ δίκαιον φίλους γε ὄντας. Τόξ. εὖ γε λέγεις, καὶ οὕτω ποιῶμεν. Μνή. ἀλλὰ μήτε αἵματι, ὦ Τόξαρι, μήτε ἀκινάκου δεόμεθα, πρὸς φιλίαν ἡμῖν βεβαιώσεως. ὁ γὰρ λόγος ὁ πρῶτον, καὶ τὸ τῶν ὁμοίων ὀρέγεσθαι, πολὺ

tiorem, neque pulchriorem: quin ipsi quoque in vnum copulati, illud approbamus, vt ex hoc die in totam vsque vitam simus amici, vtrique victores, vtrique maximis potiti præmijs: videlicet pro vnica lingua, vnáque dextra binas vterque habituri: atque insuper oculos quoque quaternos, pedésque quaternos: in summa, duplicia omnia. Ex iusmodi namque quiddam est cùm duo trésque copulantur amici, qualem Geryonem scriptores depingunt, senis manibus, ternisque capitibus hominem. Siquidem (vt mea fert opinio) tres illi fuerunt, qui communiter omnia gererent, vt dignum est his qui amicitia coniuncti sunt. TOXA. Probè dicis, atque ita faciamus. MNESIP. Verum neque sanguine opus est, Toxaris, neque acinace, qui nobis amicitiam confirmet. Hæc enim confabulatio, & quòd eadem amamus, id multò

πολὺ πιστότερα τῆς ἀνλικῶς ἐκείνης, ἣν πίνετε. ἐπεὶ τά γε τοιαῦτα οὐκ ἀνάγκης, ἀλλὰ γνώμης δεῖσθαί μοι δοκεῖ. Τό. ἐπαινῶ ταῦτα. καὶ ἤδη ὦμεν φίλοι καὶ ξένοι· ἐμοὶ μὲν σὺ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ἐγὼ δὲ σοι, εἴ ποτε ἐς τὴν Σκυθίαν ἀφίκοιο. Μνή. καὶ μὴν εὖ ἴσθι, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι καὶ ἔτι παῤῥωτέρω ἐλθεῖν, εἰ μέλλω τοιούτοις φίλοις ἐντούξεσθαι, οἷος σύ, ὦ Τόξῃ, διεφάνης ἡμῖν ἀπὸ τῆς λόγων.

id multò certius est calice illo quem bibitis: propterea quòd huiusmodi non obligationem, sed animum postulare mihi videtur. TOX. *Placent ista: iamq; amici atque hospites sumus: tu mihi hic in Græcia: ego tibi, si quando in Scythiam perueneris.* MNES. *Nimirum vt sis scient, nequaquam me pigeat vel longiùs etiam proficisci, si tales amicos nancisci liceat, qualem esse te Toxaris ex tua oratione conijcio.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

HIc Dialogus amicitiam prędicat, rem adeò sanctam, vt barbarissimis etiam nationibus olim fuerit veneranda: qui non minus iucundus quàm frugifer futurus est, si quis modò decorum obseruet, quod in personis situm est Nam Mnesippi Græci sermo, quàm totus, Græcanicum quiddam sapit, comis facetus, festiuus: contrà Toxaridis Scythæ oratio, quàm tota, Scythicum spirat, simplex, incondita, aspera, sedula, seria, fortis. Quinetiã dictionis discrimen, quasiq; diuersum filum à Luciano de industria affectatum, Erasmus retulit. Docet insuper amicos potiores esse quàm diuitias, & ad vitæ pręsidium plus momenti habere amicos citra opes, quàm sine amicis opes. Vnde apud Scythas is ditissimus habebatur, qui certissimos & optimos amicos possideret.

a ORE-

a ORESTI ac Pyladi.] *Strophio atque Agamemnone nati, inquit Ouid. 1. de Ponto, indissolubili amicitiæ vinculo coniuncti adeò, vt alter pro altero mori non recusaret, de quibus Cicero de Amic. & Statius 2. Syluarum* b Vos Scythæ.] *Qui oram inter Tanaim & Phasim accolunt, nunc Cercassij dicti. Eos nonnulli Ziccos esse volunt.* c A' Chariclea.] *Claudia nimirum quadrantaria Ciceronis in Plutarcho, & apud Cic. pro Marco Cælio. Chariclea autem nobilis matrona corollas magna ex parte flaccidas, & ambesa quædam mala, morsúve tacta in amoris indicium Diniæ cuidam dono misit. Mala autem illa dicuntur amabilia, amorem quippe facientia.* d Pyramidum.] *Pyramides structuræ sunt è saxis aut lateribus ab imo amplæ, in summo acutæ, atque in altam molem euectæ: ad nihil quàm ad effundendum opes inuentæ.* e Memnonisque.] *Huius cineres in aues Memnonidas transmutati feruntur: quæ magnis gregibus è diuersis locis, singulis annis ad sepulchrum Memnonis conuolare, atque ibi primùm querulas voces edere, deinde inter se dimicare dicuntur. Ouid. libro 13. Metam. De Memnone plura in Philopseude annotauimus.* f Ligno inclusa, nam per diem catasta stringebatur] *Hæc instrumenta intellexisse arbitror Prudentium in hymnis, 1. & 5. περὶ σταφάνων. Catasta autem inter alia, machinam significat longæ & magnæ compedis formæ, qua serui vincti tenebantur, qualis à Prudentio describitur in Vincentio:* Ruptis catenis dissilit. *alij* cauernis *legunt.* i. *foraminibus cippi, qui erat instrumentum quoq; ligneũ, quo captiuorũ pedes arctissimè colligabantur & stringebãtur.* g. Nimirũ homini.] *οἵω ἀνδρὶ,* i. *ἄτε ἀνδρὶ, vtpote viro.* h Extincto in carcere latrone.] *Cicero scribit, carcerem vindicem esse nephariorũ scelerum: Sentiẽt, inquit, in hac vrbe esse consules vigilãtes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nephariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt. Hinc carcerarius, carceris præfectus. Carcerem Salustius in Catilina vocat vincula.* i Neque enim is Scytharum mos.] *Idem in Meretricio dialogo Chelidonij & Drosæ: τὰ μὲν ἄλλα ἡ ἀπὸ σκυθῶν ῥήσις,* id est, *reliqua quidem Scytharum oratio: hoc est, barbara & sæua. Laërtius in Anacharside*

charside Scytha. Præstitit prouerbij occasionem, eò quòd esset audax, & constans in dicendo, vt qui eius constantiam imitaretur, Scythicum dicendi genus imitatus diceretur. k Etenim simulatque incisis digitis.] *Scytharum amicitiæ vt concilientur, tradit: quem morem etiam obiter dicemus. Apud Scythas cùm amicitiarum fœdus initur, ac iusiurandum maximum sit, scilicet & victuros eos pariter, & mortem oppetituros, si opus sit, alterum pro altero, sibi digitos incidunt, & sanguinem in calicem distillant: summisq; intinctis gladijs, ambo pariter admouentes labra: nec quicquam deinde est, quod possit eos dirimere. Hinc mori conforme est iusiurandum magnum illud & horrendum, quo Catilina habita oratione omnes coniuratos adegit, iugulato scilicet homine ac eius sanguinem vino permixtum pateris infudit: deinde circumtulit, vt omnes id libarent, hac execratione, vt ita suus sanguis hauriri posset, nisi quòd promiserant, fecissent, vti sanguinem illius hominis hausissent. Lucius Florus libro 4: Additum est pignus coniurationis, sanguis humanus, quem circumlatum pateris libarent: summum nefas, nisi amplius esset, propter quod biberunt. Plutarchus in Cic. vita, & Dion, huius iusiurandi etiam meminerunt.* l Nam qui multis sit amicus.] πολυφιλία, id est, *complurium amicitia apud Scythas non aliter infamis fuit, quàm apud alias gentes vnius mulieris cum pluribus viris consuetudo. Sed diuersa sentit Cic. libr. de Amicitia & Plutarchus in Commentario* περὶ πολυφιλίας. m Non enim per Ventum.] *Iusiurandum Scytharum* νὴ τὸν ἀκινάκην, καὶ νὴ τὸν ἄνεμον, id est, *per ventum & acinacem*, id est, *gladium, tanquam vitæ & mortis authores. Tametsi* ἀκινακὴς *vocabulum sit Persicum, ensem significans, vt tradit in Polymnia Herodotus:* καὶ τὸ Περσικὸν ξίφος τὸ ἀκινάκην καλέουσι. *Græci tamen etiam pro gladio Scythico vsurpare solent, quem sicut Deum quendam gens illa obseruaret & coloret. Clemens Alexand.* Σκυθῶν δὲ οἱ Σαυρομᾶται, ὡς φησὶν ἱκέσιος ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, ἀκινάκην σέβουσι. *Ammianus libr. 13. i. gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumq; verecundiùs colunt Lucianus in Tragœdo:* Σκύθαι μὲν ἀκινάκη θύοντες Θρᾶκες ζαμόλξιδι. n In tergore bo-

uis

uis desedit.] *id est, supplex implorat auxilia. natum ad agiũ à consuetudine sedendi in tergore bubulo. Scythæ enim dissecto in minimas partes boue, fœdus iungebant. Morem hunc etiam Homolottis fuisse, testatur Zenodotus.* o Gyndanem extulisset.] *ex incendio.* p Nullo proposito scopo iaculati.] *Prouerbium, quod de eis dicitur, qui nihil certi propositum habent, quod sequantur, & ad quod instituti consiliq; sui rationes referant. Metaphora à sagittarijs sumpta, quippiam habentibus, quo arcum tendunt & aliquid in quo eum dirigunt, vt certior ictus fiat. Pers Sat. 3.*

Est aliquid quò tendis, & in quo dirigis arcum.

Idem Lucian. in indoctum empt. libros. q Geryonem.] *Geryon Erytheæ insulæ in Gaditano mari rex tricorpor fuisse fingitur, ob administrationem regni cum duobus fratribus concordissimam. Fertur autem in ea insula summa & salubritas aëris & pabuli vbertas esse. Sunt qui trium Hispanicarum insularum regem faciunt. Balearidum videl. duarum, & Ebusi, quæ res locum fecit fabulæ, vt tricorpor diceretur. Sed Iustin. historicus eiusdem sententiæ cum Luciano, in vlt. libr sub finem. Hunc Hercules interfecit, bouesq; eius in Græciam abegit, vt est apud Virg. libr. 8. Aen.*

ΙΚΑΡΟΜΕΝΙΠΠΟΣΗ	*ICAROMENIP-*
Ὑπερνεφέλος, Μενίππου	*pus, siue Hyperne-*
καὶ ἑταίρου.	*phelus.*

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

QVod suprà in specie, idem hîc in genere tractat. Reprehendit enim in vniuersum omnium hominum tum priuatorum, tum etiam regum ac principũ, omnia facta ac studia, siue ea priuata sint, siue etiam ad cultum ac religionem deorum pertineant. præcipuè autem philosophos, vt semper aliàs, insectatur, quos indicat non modò circa res humanas incerta ac stulta docere, verùm etiam de rebus sublimibus, de mundo, de Deo, de prouidentia diuina, & id genus alijs, absurda atq; impia

quædam

quædam tradere, quæ neq; viderint ipsi, neque aliunde cognouerint. Atque hæc omnia sub Menippi nomine, quem aliàs quoq; vt philosophis infestum atq; inimicũ exhibet. Hunc enim fingit, cùm videret hominum res incertas & ridiculas esse, cupereréq; veritatem naturæ ac virtutẽ cognoscere, ad philosophos sese contulisse. Qui cùm multa quidem ac speciosa habitu ac verbis pollicerentur, doctrina autem inter se diuersa atq; aliena quędã traderent, neq; ipsi sibi consentirent, pro veritate nugas quasdam docendo: postremò consilij inopẽ, de cœlo cõscendendo, ac ipsarũ illarum rerum experimẽto capiẽdo cogitasse. Assumptis igitur & affictis alis, Dędali exemplo in cœlũ subuolasse: vbi primùm circa Lunam facto ceu diuerticulo quodam, contemplatũ esse omnia quæcunque in terris siue publicè siue priuatim & in occulto quoq; geruntur, non modò à regib. & principibus, verũetiam à ciuitatibus, populis diuitib. & plebeijs. Deinde aũt in cœlo ea vidisse quæ stultè ac ridiculè Iupiter circa hominum vota, sacrificia, iuramenta & cætera officia dispensanda exerceat, quæq; itẽ alij dij in conuiuijs, in cõcionibus, & cæteris, non quidem ipsi agere solent, sed à stultis & imperitis hominib. agere creduntur. Vtrobiq; aũt grauẽ de philosophis querelã audiuisse. Nã Lunam quidẽ de contumelijs quib. ab illis afficeretur, conquestã esse: ꝓpterea quòd ab alijs lumen furtiuũ habere, ab alijs ceu speculũ supra Oceanũ suspensa esse diceretur. Iouem aũt omnẽ illorũ vitã, mores, sectas, habitum, doctrinã, facinora domestica, & linguæ petulantiã accusasse: ꝓcipuè aũt contra Epicureos, vt q Deos omnino vllos negarent esse, incensum fuisse. Porrò tituli ratio hæc est, quòd vt Icaro alatus in altũ subuolasse dicitur, ita hic Menippus quoq; cœlũ alatus conscẽdit, vnde & alter titulus ὑπερνεφέλης additur, quasi dicas, eius q supra nubes ascẽdit. In primis memorabilis & ꝓpria descriptio illa Philosophorũ est, qua Iupiter in concilio deorũ illos depingit. Fuit aũt, vt hoc quoq; addamus, Menippus q dem re uera Cynicus philosophus, natione Phœnix ac seruus natus, de quo Laertium vide.

MENIPPVS. AMICVS.

Ὑκῦν τρισχίλιοί μὴν ἢ ἕξ ἀπὸ γῆς στάδιοι μέχρι πρὸς τὴν σελήνην, ὁ πρῶτος ἡμῖν σταθμός. Ἐνθένδε δὲ ἐπὶ τὸν ἥλιον ἄνω, πρασάγγαι ὡς πεντήκοσιοι. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἐς αὐτὸν ἤδη τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν ἀκρόπολιν, τὴν τοῦ Διὸς ἄνοδον, καὶ ταῦτα νεανίου ἀνδρὸς ἀτεχνῶς μιᾶς ἡμέρας. Ετ. τί ταῦτα, πρὸς Χαρίτων, ὦ Μένιππε, ἀστρονομεῖς, καὶ ἡσυχῇ πως ἀναμετρεῖς; πάλαι γάρ σε παπροῦμαί σε παρακολουθοῦντα, ἡλίους καὶ σελήνας. ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ ταῦτα, σταθμούς τινας, καὶ παρασάγγας ἐξενίζοντος. Μένιπ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ Ετάιρε, εἰ μετέωρα καὶ ὑψηλὰ λοιπὸν σοι λέγω. τὸ γὰρ ἀφελὲς ἐμαυτὸν λογίζομαι τῆς ἐναγχος ἀποδημίας. Ετ. ἔτα ὦ γαθέ, λαθάπερ οἱ Φοίνικες, ἄστροις ἐτεκμαίρου τὴν ὁδόν; Μέ. οὐ μὰ Δία, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ἄστροις ἐποιούμην τὴν ἀποδημίαν.

Er[a] mille igitur erant stadia à terra vsq; ad lunam, vbi prima nobis fuit [b] mansio. Porrò hinc sursum ad solē parasangæ fermè quingentæ. Rursum ab hoc vsq; ad ipsum deniq; cœlū, arcemq; Iouis in edito sitā, tantū ferè spacij fuerit, quantum aquila probè. succinctèq; atq; expeditè queat vno die peragere. AMIC. Dic mihi per Gratias, Menippe, quæ sunt ista quæ de astris loqueris, ac tacitus tecū supputas? Etenim iamdudum te affectans audio soles & lunas: præterea autē & magnifica ista, mansiones ac parasangas, peregrina quædam commemorantem. MEN. Ne mireris, amice, si sublimia aeriaq; tibi videor loquinam summam apud me reputo nuper actæ peregrinationis. AMIC. Nimirum Phœnicum exemplo viā stellis notāras. ME. Haudquaquam per Iouem: quin magis ipsis in stellis fum peregrinatus,

AMIC.

Ετ. Ηράκλεις, μακρόν γε τὸ ὄνειρον λέγεις, εἴ γε σαυτὸν ἔλαθες, κατακοιμηθεὶς πρασάγγας ὅλους. Μέ. ὄνειρον γὰρ ὦ τὰν δοκῶ σοι λέγειν, ὃς ἀρτίως ἀφῖγμαι πρὰ τοῦ Διός; Ετ. πῶς ἔφησθα; Μένιππος ἡμῖν Διοπετὴς πάρεστιν ἐξ οὐρανοῦ; Μέ. καὶ μὴν ἐγώ σοι παρ' αὐτοῦ ἐκείνου, τοῦ πάνυ Διὸς, ἥκω τήμερον, θαυμάσια καὶ ἀκούσας καὶ ἰδών. εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὑπερευφραίνομαι, τὸ πέρα πίστεως εὐτυχεῖν. Ετ. καὶ πῶς ἔγωγε, ὦ θεσπέσιε, καὶ ὀλύμπιε Μένιππε, γεννητὸς αὐτὸς, καὶ ἐπίγειος ὤν, ἀπιστεῖν δυναίμην ὑπερνεφέλω ἀνδρὶ, καὶ ἵνα καθ' Ὅμηρον εἴπω, τοῦ οὐρανιώνων ἑνί; ἀλλ' ἐκεῖνά μοι φράσον εἰ δοκεῖ, τίνα τρόπον ἤρθης ἄνω, καὶ ὁπόθεν ἐπορίσω κλίμακα τηλικαύτην τὸ μέγεθος τὰ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὴν ὄψιν, οὐ πάνυ ἔοικας ἐκείνῳ τῷ Φρυγὶ ὥστε καὶ ἡμᾶς εἰκάζειν, καὶ σε οἰνοχοήσοντά που, ἀνάρπαστον γεγονέναι πρὸς τοῦ ἀετοῦ.

AMIC. *Papæ: longũ profectò somniũ mihi narras, siquidem totas edormisti parasangas insciens.* ME. *Quid ais? somnium tibi referre videor qui modò ab ipso Ioue ipse, reuersus adsum?* AMIC. *Quid audio? Itáne Menippus nobis à Ioue delapsus ades è cœlo?* ME. *Ita sanè ego tibi ab ipso summo Ioue venio, rebus interim dictu miris & auditis & conspectis.* [c] *Quod si non credis, equidem hoc ipso nomine supra modum gaudeo, cùm supra fidem esse video meã felicitatẽ.* AMI. *Et quo pacto, diuine atq; olympie Menippe, mortalis cùm sim ac terrestris, queam non credere viro qui nubes superârit, quiq;, vt Homericis dicam verbis, iam sis cœlitum è numero vnus? Verùm illud mihi dicito, si molestum non est, quibus modis in altum subuectus es, aut vnde nactus scalas tanta magnitudine? Nam quantum ad faciem ac formam attinet, non es admodum similis illi Phrygio: vt coniectare possimus, te quoque ab aquila raptum fuisse, quò pocillatoris alicubi munere fungerêris.*

Μι. σὺ μὴ πολλὰ σκώπτων λῆρος ἦ, καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, ἅ σοι τὸ παράδοξον τοῦ λόγου. μύθῳ λοιπὸν προσφέρεις. ἀτὰρ οὐδὲν ἐλλιπεῖ μοι πρὸς πλοῦν ἄνοδον. οὔτε τῆς ὑλίμακος, οὔτε παιδικὰ γνώσθαι ἀφ' ἑαυτοῦ· οἰκεῖα γὰρ ἦν μοι τὰ πτερά. Ετ. τοῦτο μὴ ἤδη καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Δαίδαλον ἐφρόνθα, εἴ γε πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἐπιλήθεις ἡμᾶς ἤραξ τις, ἢ λιθοποιὸς ἐξ ἀνθρώπου γενόμενος. Μφ. ὀρθῶς, ὦ ἑταῖρε, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοπῆς ἑκάστοτε τὸ Δαιδάλειον γὰρ ἐκεῖνο σόφισμα τῶν πτερῶν καὶ αὐτὸς ἐμηχανησάμην. Ετ. ἆρα, ὦ δολομητότατε πάντων, οὐκ ἐδιδάσκεις, μὴ καὶ σὺ ποτὲ τῆς θαλάττης ἁλῶναι κατατρισόν. Μφ. ἴσως τι πάθος ἡμῖν, ὥσπερ τὸ Ικάριον, ἀφανίσῃς ἐπὶ τῷ σαυτοῦ ὀνόματι; Μφ. οὐδαμῶς. ὁ μὲν γὰρ Ικαρος, ἅτε κηρῷ πάλαι πτέρωσιν ἁρμοσμένος, ἐπειδὴ

γυμνάσιον, φυλόντων ἐκείνων, καὶ οὐδενὸς ἀντιβλέπειν τῶν σιδήρῳ τολμῶντος. ἀλλὰ περὶ τοὺς ἀνδριάντας ἂν περιϊστάμενοι, καὶ περὶ τοὺς κίονας κατακρυπτόμενοι, γέλωτα ἄν μοι παράσχοιεν δεακρύοντες οἱ πολλοὶ, καὶ τρέμοντες. καὶ τότ' ἂν ἴδοις οὐκ ἔτι ἐρυθριῶντας αὐτοὺς τὰ σώματα, οἷοι νῦν εἰσιν, ἀλλὰ ὠχροὶ ἅπαντες αὐτίκα γενόμενοι ἂν, ἀπὸ τοῦ δέους μεταβαφέντες. οὕτως ὑμᾶς ἡ εἰρήνη δεατέθεικε, βαθεῖα οὖσα, ὡς μὴ ἂν ῥᾳδίως ἀνασχέσθαι λόφον ἕνα κράνους πολεμίου ἰδόντας. Σό. οὐ ταῦτα ἔφασαν, ὦ Ἀνάχαρσι, Θρᾳκῶν τε ὅσοι μετ' Εὐμόλπου ἐφ' ἡμᾶς ἐστράτευσαν, καὶ αἱ γυναῖκες ὑμῶν, αἱ μετὰ Ἱππολύτης ἐλάσασαι ἐπὶ τὴν πόλιν, οὐδὲ ἄλλοι, ὅσοι ἡμῶν ἐν ὅπλοις ἐπειράθησαν. ἡμεῖς γὰρ, ὦ μακάριε, οὐκ ἐπειδήπερ οὕτω γυμνὰ τὰ σώματα ἐκπονοῦμεν τῶν νέων, δεῖ τοῦτο καὶ ἄνοπλα ἐξάγομεν ἐπὶ τοὺς κινδύνους, ἀλλ'

illis passim diffugientibus, ac nullo contrà ferrum aspicere audente: verùm post statuas aut columnas consistentes risum mihi exhiberent, lachrymantes atq; trepidantes permulti. Tunc verò videres illos non ampliùs rubescentes corpore, cuiusmodi nunc sunt in præsentia, sed omnes illicò expallescentes transcoloratos præformidine. Adeò multa pax vox eneruatos effœminauit, vt non facilè saltem cristam hostilis galeæ conspectam sustineretis. SO. At nequaquam talia de nobis prædicauerunt, ô Anacharsi, Thraces, quotquot Eumolpum secuti, bello nos lacessiuerunt: neq; vestræ z mulieres, quæ duce Hippolyta aduersus vrbem expeditionem instituerant. Neque item alij, quotquot in armis & acie vires nostras experti sunt. Cæterùm nos, ô beate, non hoc consilio nuda iuuenum corpora exercemus, vt propterea eos in aciem aduersus pericula producamus: sed

ἀλλ' ἐπειδὰν καθ' αὐτὸς ἄρι-
στοι γένων), ἀσκοῦνται τὸ μετὰ
τοῦτο ξὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ πολὺ
ἄμεινον χρήσαιντ' ἂν αὐτοῖς,
οὕτω διακείμενοι. Αν. καὶ πῦ τοῦτο
ὑμῖν ἐστι τὸ γυμνάσιον τὸ ἐν
τοῖς ὅπλοις, οὐ γὰρ εἶδον ἔγωγε
ἐν τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδὲν, ἅπα-
σαν αὐτὴν ἐν κύκλῳ περιελ-
θών. Σό. ἀλλὰ ἴδοις ἄν, ὦ Α-
νάχαρσι, ἐπιπλέον ἡμῖν συν-
διατρίψας, καὶ ὅπλα ἑκάστῳ μά-
λα πολλὰ, οἷς χρώμεθα, ὁπό-
ταν ἀναγκαῖον ᾖ, καὶ λόφους καὶ
φάλαρα καὶ ἵππους, καὶ ἱππέας
σχεδὸν τὸ τέταρτον τῶν πολι-
τῶν. τὸ μέν τοι ὁπλοφορεῖν εἰεὶ,
καὶ ἀκινάκην περιεζῶσθαι, πρῖτ-
τὸν ἐν εἰρήνῃ οἰόμεθα εἶναι·
καὶ πρόστιμόν γ' ἐστὶν, ὅστιν ἐν ἄ-
στει σιδηροφοροίη, μηδὲν δέ-
ον, ἢ ὅπλα ἐξενέγκοι εἰς τὸ
δημόσιον. ὑμεῖς δὲ συγγνωστοὶ,
ἐν ὅπλοις ἀεὶ βιοῦντες. τότε
γὰρ ἐν ἀφράκτῳ οἰκεῖν, ῥᾴ-
διον ἐς ἐπιβουλὴν, καὶ οἱ πό-
λεμοι μάλα πολλοί. καὶ ἄ-

sed vbi in hisce ludicris quã optimi atque exercitatissimi euaserint, deinceps & cum armis exercentur, quibus longè prõptiùs vtuntur ad hunc modum antè instituti. ANA. *Et vbinam locorũ illud nobis est gymnasium, quod armorũ vsui exercendo destinatum est? Neque enim ego vspiam in vrbe eiusmodi conspexi, cùm totum oppidum sursum ac deorsum diligẽter perreptassem.* SO. *Sed certò videbis, ô Anacharsi, multum nobis tẽporis conuersatus, tũ vnicuiq; permulta esse arma, quibus necessitate vrgente vtimur, & cristas, & phaleras, & equos, & equites fermè quartam partẽ ciuiũ. Siquidem semper armatũ incedere, neque nõ acinace succinctum esse, superuacaneum in pace esse existimamus. Præterea mulcta cautum est, ne quis in vrbe, cùm nihil necesse sit, ferrum gestet, aut armatus procedat in publicum. Vobis verò non iniuriâ ignoscendum est, perpetuò in armis viuentibus. Viuere enim in loco aperto incustodito, facilè insidijs obnoxium est, & hostium valde numerosa est copia:*

neque

δηλον, ὁπότε τις ἐπιστὰς, κοιμώμενον κατασπάσας ἀπὸ τῆς ἁμάξης, φονεύσειεν. ἥτε πᾶς ἀλλήλους ἀπιστία, αὐθαιρέτως, καὶ μὴ ἐν νόμῳ ξυμπολιτεύεσθαι, ἀναγκαῖον ἀεὶ τὸν σίδηρον ποιεῖ, ὡς πλησίον εἶναι ἀμυνοῦντα, εἴ τις βιάζοιτο. Ἀνά. εἶτα, ὦ Σόλων, σιδηροφορεῖν μὲν οὐδενὸς ἀναγκαίου ἕνεκα, περιττὸν ὑμῖν δοκεῖ, καὶ τῶν ὅπλων φείρεσθαι, ὡς μὴ διὰ χειρὸς ὄντα φθείροιτο, ἀλλὰ φυλάττετε ἀκρείμενα, ὡς χρησόμενοι τότε, τῆς χρείας ἐπισάσης. τὰ δὲ σώματα τῶν νέων, οὐδενὸς δεινοῦ ἐπείγοντος, καταπονεῖτε παίοντες, καὶ ὑπὸ τῶν ἱδρώτων καταναλίσκοντες, οὐ ταμιευόμενοι πᾶς τὸ ἀναγκαῖον τὰς ἀλκὰς αὐτῶν, ἀλλ' εἰκῇ ἐν τῷ πηλῷ καὶ τῇ κόνει ἐκχέοντες; Σό. ἔοικας, ὦ Ἀνάχαρσι, τοιόνδε τι δυνάμεως πέρι ἐννοεῖν, ὡς οἴνῳ ἢ ὕδατι, ἢ ἄλλῳ τῶν ὑγρῶν ὁμοί κν αὐτὴν οὖσαν. δέδιας οὖν, μὴ

neque illud certum, quo tempore assistens quispiam dormientem è plaustro pertractum iugulet. Ipsa quoque mutua infidelitas, & quòd legibus nequaquam coërciti vnam remp. incolitis, ferrum vobis semper facit necessarium: vt in propinquo sit ad propulsandam iniuriam, si quis vim alteri inferre aggrederetur. ANA. Adeò verò, Solon, ferrum gestare nulla necessitate adigente superuacaneum esse censetis, vt & armis parcatis, ne in manibus frequenter habentes corrumpantur, sed reposita conseruatis, vt necessitate vocante vtamini: sedenim iuuenum corpora nullo cogente periculo verberantes laboribus conficitis. Quin etiam sudore absumentes, nulli rei mapnopere necessariæ aut conducibili vires illorum expromitis, sed incassum in cœno atque arena effunditis. SO. Videris, ô Anacharsi, talem de robore corporeo opinionem obtinere, quasi vino aut aquæ aut alij cuipiam rei humidæ similitudine respondeat. Itaque metuis ne quem-

μὴ ὥσπερ ἐξ ἀγγείου κεραμεοῦ λάθῃ διαῤῥυεῖσα ἐν τοῖς πόνοις, κατὰ τὰ ἡμῖν κενὸν καὶ ξηρὸν οἴχηται τὸ σῶμα καταλιποῦσα, ὑπὸ μηδενὸς ἔνδοθεν ἀναπληρούμενον. τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει σοι, ἀλλ' ὅσῳ τις ἂν αὐτὴν ἐξαντλῇ τοῖς πόνοις, τοσῷδε μᾶλλον ἐπιῤῥεῖ, κατὰ τὸν Ὕδρας μῦθον, εἴ τινα ἤκουσας, ὡς αὐτὶ μιᾶς κεφαλῆς τμιθείσης δύ' ἀεὶ ἄλλαι ἀνεφύοντο. ἦν δὲ ἀγύμνασος ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἄτονος ᾖ, μηδὲ διαρκῆ τὴν ὕλην ἔχῃ ὑποβεβλημένην, τότε ὑπὸ τῶν καμάτων βλάπτοιτο ἂν, καὶ κατεμαραίνοιτο, οἷόν τι ἐπὶ πυρὸς καὶ λύχνου γίνεται. ὑπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ φυσήματι, τὸ μὲν πῦρ ἀνακαυσείας ἂν, καὶ μεῖζον ποιήσειας ἐν βραχεῖ, παραθήγων τοῦ πνεύματι, καὶ τὸ τοῦ λύχνου φῶς ἀποσβέσειας, οὐκ ἔχον ἀποχρῶσαν τῆς ὕλης τὴν χορηγίαν, ὡς διαρκῆ εἶναι πρὸς τὸ ἀντιπνέον· οὐ γὰρ ἀπ' ἰσχυρᾶς, οἶμαι, τῆς ῥίζης ἀνεφύετο. Ἀνάχ. ταυτὶ γὰρ, ὦ Σόλων, οὐ πάνυ

ne quemadmodum ex vase Samio, robur clanculùm effluens in laboribus, deinde nobis corpus inane & aridũ discedendo relinquat, cùm à nemine intus repleatur. Atqui ad hunc modum res se non habet, sed quantò quis impensiùs exhauserit, tantò copiosiùs influit, iuxta Hydræ fabulam, siqua vnquam tibi inaudita est, cui pro vno capite præciso, semper alia duo renascebantur. Cæterùm si ab initio inexercitato corpore fuerit, parumq́ firmo, neq́ satis habuerit subiectæ materiæ, tunc illicò fatigatione defessus, detrimento afficitur, atq́ marcescit, veluti in igne ac lychno vsuuenire videmus. Etenim eodem flatu & ignem potes incẽdere, inq́ breui maiorem facere, nimirũ inflammans spiritu: ac lychni lumẽ extingues, non habens sufficientem materiæ suppeditationem, quæ aduerso flatui par esse possit. neque enim ab altiùs acta radice productũ fuerat. ANA. Hæc equidem, ô Solon, non admo-

πάνυ σωίημι· λιπλότερα γὰρ, ἢ κατ' ἰμὲ ἔρηκας, ἀκριβοῦς τινος φροντίδος, καὶ διανοίας ὀξὺ διορώσης δεόμενα. ἐκεῖνο δέ μοι πάντως ἀπόκριναι τίνος ἕνεκα οὐχὶ καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς Ολυμπιάσι, καὶ Ισθμοῖ καὶ Πυθοῖ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπότε πομποί, ὡς φῂς, σωίασιν ὀψόμενοι τοὺς νέους ἀγωνιζομένους, οὐδέ ποτε ἐν ὅπλοις ποιεῖσθε τὴν ἄμιλλαν, ἀλλὰ γυμνοὺς εἰς τὸ μέσον παραγαγόντες, παλαίοντας καὶ πυκτεύοντας, καὶ νικήσασι μῆλα καὶ κότινον δίδοτε; ἄξιον γὰρ ἆδεινα τοῦτό γε, οὗ τινος ἕνεκα τοῦ ποιεῖτε. Σώ. ἡγούμεθα γὰρ ὦ Ανάχαρσι, τὴν εἰς τὰ γυμνάσια προθυμίαν οὕτως ἂν πλείω ἐγγενέσθαι αὐτοῖς, εἰ τοὺς ἀριστεύοντας ἐν τούτοις ἴδοιεν τιμωμένους, καὶ ἀναμιμνησκομένους ἐν μέσοις τοῖς Ελλησι, καὶ δεῖ, ὡς εἰς τούτους ἀφορῶντας, ἀσκεῖν τὰ ἐπιτήδεια, ὡς μὴ ἀσχύ-

admodum intelligo. argutiùs enim ista tibi dicta sunt, quàm vt ego queam intelligentia assequi, exactâ quandam curam & mentem acutè cernentem requirentia. Illud porrò omnino mihi respondè, quamobrem tandem non etiam in Olympicis certaminibus, & Isthmiacis, & Pythicis, aliisq; quando multi, vt ais, confluxerint iuuenes, certantes spectaturi, in ipsis armis certamen cõficiendum proponitis: sed nudos in medium adductos, qui & calcitrentur, & verberentur, ostenditis, ac deinceps victoribus mala aut oleaginam coronam præstatis? Hoc enim scitu dignum est, cuius rei gratiâ factitare soleatis.

Só. Quoniam opinamur, ô Anacharsi, hac ratione gymnasiorum desiderium in iuuenibus magis accendi, si eos qui optimè sese gesserint, in illis honorari conspexerint, & in medio Græcorum præconis voce magnificè proclamari. Quapropter etiam tanquam illi exutis vestimentis, optimi corporis æstimandæ habitudinis curam non negligunt, ne

αἰσχύνοιντο γυμνωθέντες, καὶ ἀξιονικότατον ἕκαστος αὐτὴ ἀπεργάζεται. καὶ τὰ ἆθλα, ὥσπερ ἔμπροσθεν εἶπον, οὐ μικρὰ, ὁ ἔπαινος ὁ παρὰ τῶν θεατῶν, καὶ τὸ ἐπισημότατον γενέσθαι, καὶ δείκνυσθαι τοῦ δακτύλου, ἄριστον εἶναι τῶν καθ' ἑαυτὴ δοκοῦντα. τοιγάρτοι πολλοὶ τῶν θεατῶν, οἷς καθ' ἡλικίαν ἔτι ἡ ἄσκησις, ἀπίασιν, οὐ μετρίως ἐκ τῶν τοιούτων, ἀρετῆ καὶ πόνων ἐρασθέντες, ὡς εἴ γέ τις, ὦ Ἀνάχαρσι, τὴν τῆς εὐκλείας ἔρωτα ἐκβάλοι ἐκ τοῦ βίου, τί ἂν ἔτι ἀγαθὸν ἡμῖν γένοιτο; ἢ τίς ἄν τι λαμπρὸν ἐργάσασθαι ἐπιθυμήσειε; νῦν δὲ καὶ ἀπὸ τούτων εἰκάζειν παρέχοιεν ἄν σοι, ὁποῖοι ἐν πολέμοις ὑπὲρ πατρίδος καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ ἱερῶν γένοιντ' ἂν ὅπλα ἔχοντες, οἱ κοτίνου πέρι καὶ μήλων, γυμνοὶ τοσαύτην προθυμίαν ἐς τὸ νικᾶν ἐσφερόμενοι. καί τοι τί ἂν πάθοις,

ne denudati pudore afficiantur, ac se quisque victoria quamdignissimum præparet. Quinetiam præmia, quemadmodum à me prædictum est, non mediocria sunt proposita, nempe honorificũ & laude plenum à spectatoribus testimonium, & esse clarissimũ, ac demonstrari prætereuntiũ digito, inter æquales hunc visum esse etiam sua opinione præstantissimum. Etenim non pauci ex spectatoribus, quibus per ætatem etiamnum exercitatio colenda est, abeunt non mediocriter ex his virtutis & laborum amore inflammati. Itaque, ô Anarchasi, si quis è cõmuni hominũ vita laudis & gloriæ amorem sublatum eijceret, quidnam ampliùs præclaræ rei nobis ille faceret reliquũ? aut quisnam facinus aliquod magnũ & memorabile cõcupisceret? Iam ex ijs haud difficulter cõiecturam facere potes, quales in bello pro tuenda patria, defendẽdis liberis & vxoribus, & pro tẽplis suscepto futuri sint arma habentes in manibus, qui oleagina corona aut pomis inducti tãta cupiditate ad victoriam consequendã ferantur. Et quidnam dicturus esses,

ἀ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν, καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις οὐ μικράν; ἢ γελάσας σμικρόν τι, καὶ μάλιστα ἂν μάθῃς ὡς ἐπὶ νόμῳ αὐτὸ ἄγομεν, καὶ πᾶσι τέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι, καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνια ἀγωνιζόμενα μέχρι τῆς ἰσχάτης ἀπαγορεύσεως. ἀλλ' οὐ θαυμάσιον· ἐπιδύεται γάρ τις ἡρίμα ταῖς ψυχαῖς ὁρμὴ εἰς τοὺς κινδύνους, ὡς μὴ ἀγεννέστεροι καὶ ἀζηλότυποι φάνοιντο τῶν ἀλεκτρύονων, μηδὲ ἀπαγορεύοιεν ὑπὸ τραυμάτων ἢ καμάτων, ἢ τινα ἄλλα δυσχέρειαν. τὸ δὲ καὶ ἐν ὅπλοις πεπαῦσθαι αὐτούς, καὶ ὁρᾶν τιτρωσκομένους ἅπαντας, θηρίων δίκην, καὶ δεινῶς σκαιόν, καὶ πάσῃτι γε ἀνυσιτελές, ἀφροφάτταν τοὺς ἀεὶ σοὺς, καὶ οἷς ἄν τις ἄμεινον χρήσαιτο κατὰ τῶν δυσμενῶν. ἐπὶ δὴ φῆς, ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ τῷ ἄλλῳ Ἕλλάδα ἐπιτρύσασθαι, si apud nos & coturnices & A gallos gallinaceos compugnantes videres, ac harū rerū spectandarū & adornandarū studium non mediocre? Rideres videlicet: at tūc maximè si resciscere lege à maioribus lata illud nos facere, omnibusq; iuuembus vt interſint imperatū esse, vt spectent volucres roſtris inter se depugnantes vſq; ad extremam defectionem viriū. Atqui ne hoc quidem inſtitutū risu dignum eſt. Irrepit enim ſenſim in animos iuuenū impetus ad fortiter ſubeunda & contemnenda pericula, ne gallis ingeneroſiores atque ignauiores eſſe appareant, néve defeſſi vulnera aut labores aut aliam difficultatem ferre recuſent. Cæterūm vt in armis harum rerum periculum faciant, vícq; mutuis vulneribus ſemet non ficientes ſpectemus, a page ferinum enim illud eſſet, & omnibus modis crudele: ad hæc non minus damnoſum & inutile, mactare iuuenes præſtantiſsimos, quorū opera & virib. longè meliùs aduerſus hoſtes vti queamus. Quia verò ais, ô Anacharſi, te reliquā quoq; Græciam videdi gratia peragraturū,

vide

μέμνησο, ἤν ποτε καὶ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ καταγελάσαι, μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἴεσθαι μάτην πονεῖν αὐτοὺς, ὁπόταν ἢ σφαίρας περὶ ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες, παίωσιν ἀλλήλους, ἢ ἐς χωρίον εἰσελθόντες, ὕδατι περιγεγραμμένον, ἐς φάλαγγα διαστάντες, τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζωνται, γυμνοὶ καὶ αὐτοὶ, ἄχρις ἂν ἐκβάλωσι τοῦ περιγράμματος τὸ ἕτερον σύνταγμα, οἱ ἕτεροι τοὺς κατὰ Λυκοῦργον, οἱ καθ' Ἡρακλέα, ἢ ἔμπαλιν συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ. τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου εἰρήνη λοιπὸν, καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι παίσειε. μάλιστα δὲ, ἢν ὁρᾷς μαστιγουμένους αὐτοὺς ἐπὶ τῷ βωμῷ, καὶ αἵματι ῥεομένους, πατέρας δὲ καὶ μητέρας παριστώσας, οὐχ ὅπως ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας, ἢν μὴ ἀντέχοιεν πρὸς τὰς πληγὰς, καὶ ἱκετευούσας ἐπὶ μήκιστον διαρκέσαι πρὸς τὸν πόνον, καὶ ἐγκαρτε-

vide vt memoria teneas, si quando in Lacedæmona veneris, ne & illos irrideas. neque putes eosdem inutilibus vacare laboribus, quando aut de pila in theatro impetu facto collapsi, mutuis vulneribus semet deformauerint: aut in locum circumcirca aqua obseptum ingressi, ac in cohortes distributi, hostili animo alter alterum inuaserit, & ipsi nudi, donec pars alterutra diuersam è loco aquis circundato eiecerit, nempe Lycurgi asseclæ, sectatores Herculis, aut rursus in aquam impulerint. Ab illa enim pax insequitur, nec vllus ampliùs pulsatur. Maximè verò, si videris pueros ad aram flagellis ac loris cædi, ac sanguine defluentes & patre & matre assistentibus, non vt aliquem ex hoc facto dolorē capiant, sed minaciter interminantibus nisi verbera perseueranter tulerint, ac supplicantibus quoq; vt quandiutissimè labori tolerando sufficiant,

καρτερῆσαι τοῖς δεινοῖς. πολλοὶ γοῦν καὶ ἐναπέθανον τῶν ἀγῶνι, μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ξῶντες ἔτι, ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν οἰκείων, μηδὲ εἶξαι τοῖς σώμασιν, ὧν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ὄψει τιμωμένους δημοσίᾳ, ὑπὸ τῆς Σπάρτης ἀνατεθέντας. ὅταν τοίνυν ὁρᾷς καὶ ἐκεῖνα, μήτε μαίνεσθαι ὑπολάβῃς αὐτοὺς, μήτε εἴπῃς ὡς οὐδεμιᾶς ἕνεκα αἰτίας ἀναγκαίας ταλαιπωροῦσι, μήτε τυράννου βιαζομένου, μήτε πολεμίων δεατιθέντων. εἴποι τοῖς ἄν σοι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων Λυκοῦργος, ὁ νομοθέτης αὐτῶν, πολλὰ τὰ εὔλογα, καὶ ἃ συνιδὼν κολάζει αὐτοὺς, οὐκ ἐχθρὸς ὤν, οὐδὲ ὑπὸ μίσους αὐτὸ δρῶν, οὐδὲ τὴν νεολαίαν τῆς πόλεως εἰκοῦ παραναλίσκων, ἀλλὰ καρτερικοτάτους, καὶ παντὸς δεινοῦ κρείττονας ἀξιῶν εἶναι τοὺς σώζειν μέλλοντας τὴν πατρίδα. καί τοι κἂν μὴ ὁ Λυκοῦργος εἴπῃ, ἐννοεῖς,

néve verberũ difficultatibus cedentes succumbant. Itaq; permulti plagis ipsis immoriuntur, dedecorosum existimantes si etiamdum viuentes in familiarium cõspectu verberibus superati deficerent, aut corpore flagrorum ictibus cederent: quos etiam statuis in memoriam illorũ erectis publicè à Spartanis honestatos videbis. Quãdo ergo ista coràm oculatus arbiter intueberis, caue illos insanire temerè suspiceris, neque dicas citra causam iustam ac necessariam talibus eos difficultatibus conflictari, neque vrgente alicuius sæua tyrannide, neq; hostib. imminentibus. Dixerit enim hauddubiè Lycurgus Laconicarum legum auctor, pro illis tuendis tibi rationi valde consentanea, quibúsnã causit impulsus B pueros ita verberibus affligẽdos statueris, neq; inimicus illis existens, neq; inuidentia adductus hoc faciens, neq; ciuitatis iuuentutẽ nequicquã absumens: sed volẽs atq; cõtendẽs reddere quãfortissimos, ac omni difficultate superiores eos, qui patriã ab iniuria essẽt seruaturi atq; defensuri. Quãquã verò ipse Lycurgus nihil dixerit, facilè

ρίμαα. ᾧ αὐτὸς, ὡς ὑκ ἂν πο-
λυφθεὶς ὁ ζωῖτος ἐν πολέμῳ,
ἀπόῤῥητόν τι ἐξέπροι τ Σπάρ-
της, ἀκουσόμενον τ ἐχθρῶν·
ἀλλὰ καλαγελῶν αὐτ, μαγι-
συῖτο, ἂν ἀμικρῶμενος πρὸς τ
πάονται, ὡς πρότερος ἀπαγο-
ρεύσειεν. Αν. ὁ Λυκοῦργος δ
ᾧ αὐτὸς, ὦ Σόλων, ἐμαστιγοῦτο
ἐφ' ὑλικίας, ἢ ἐκπρόθυσμ
ὢν ἤδη τ ἀγῶν, ἀσφαλῶς
τὰ τοιαῦτα ἐνεγκουσαῖο; Σό.
προθύτερος ἤδη ἦν ἐγραφεὶς τοῖς
νόμοις αὐτοῖς, Κρήτεσιν ἀ-
φικόμεν. ἀκροατὴς δ παρὰ τοὺς Κρῆτας, ὅτι ἤκου-
σεν ἐυνομωτάτους εἶναι, Μι-
νω τ Διὸς νομοθετήσαντος
ἐν αὐτοῖς. Αν. τί δῆτ' ἂν ᾧ σὺ, ὦ
Σόλων, ἐμιμήσω Λυκοῦργον,
ᾧ μαστιγοῖς τοὺς νέους; καλὰ γὰρ
ταῦτα, καὶ ἄξια ὑμῶν ὄντα.
Σό. ὅτι ὑμῖν ἱκανὰ, ὦ Ανά-
χαρσι, ταῦτα τὰ γυμνάσια,
οἰκεῖα ὄντα, ἡμῖν δὲ τὰ ξενι-
κὰ, πάνυ ἀξιόμισα. Ανάχαρ-

facilè tamen animaduertis, vt talis quispiam quodam in bello comprehensus, nullam vocem Spartana magnitudine indignam emiserit, immicis eundē diris tormentis torquentibus, sed illos falsè subsannās, flagellis cædebatur, cum verberāte infracta animi tolerantia contendens, ne ternam citiùs viribus deficeret. ANA. Num Lycurgus quoq; Solon, in iuuentute loris cædi solitus est? & an huius certaminis auctor existēs, citra periculum talia iuuenili liter cōmentus est? SO Cùm iam proiectæ ætatis esset, ciuibus Spartanis leges condidit, profectus è Creta. Aliquandiu enim apud Cretenses peregrè egit, quoniā eosdem audiuerat optimis legibus instructos viuere, quib. C Minos Iouis filius legū scriptor extiterat. AN. Quamobrē igitur, Solon, & tu non imitatus es Lycurgū, ac iuuenes loris proscindis? Etenim ppulchra hæc sunt instituta, & vobis nō indigna. SO. Quoniā nobis, Anacharsi, sufficere videtur ista gymnasia, quorū ipsi repertores extitimus, neq; magnopere necessariū existimamus peregrinorū æmulatores esse. AN.

οὐκ, ἀλλὰ σωίγης, οἶμαι, οἷόν τι δεῖ μαστιγοῦσθαι γυμνὸν, ἄνω τὰς χεῖρας ἐκτείνοντα, μηδενὸς ἕνεκα ὠφελίμου, ἢ αὐτῷ ἑκάστῳ, ἢ κοινῇ τῇ πόλει. ὡς ἔγωγε, εἰ μοί τις ἐπιδημήσειε τῇ Σπάρτῃ, καθ' ὃν καιρὸν ταῦτα δρῶσι, δοκῶ μοι τάχιστα καταλοιδορήσασθαι δημοσίᾳ πρὸς αὐτῶν, ἐπιχλευάζοντα ἑκάστοις, ὁπόταν ὁρῶ τυπτομένους, κατάπερ κλέπτας ἢ πορφυρίτας, ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον ἐργασαμένους, ἀτεχνῶς γὰρ ἐμβόρου δεῖσθαί μοι δοκεῖ ἡ πόλις αὐτῶν, ὥστε καταγέλαστα ὑφ' ἑαυτῆς πάσχουσα. So. Μὴ ἐρήμην, ὦ γενναῖε, μηδὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπόντων, μόνον αὐτὸς λέγων, οἷον κραυγήν. ἴσως γάρ τις ὃ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων σοι τὰ ἐκόντα ἀντερῶν ἐν Σπάρτῃ· ἀλλὰ, ἐπείπερ ἐγὼ τὰ ἡμέτερά σοι διεξεληλύθα, σὺ δὲ οὐ πάνυ ἀρεσκόμενος ἐν τούτοις ἔοικας, ἀλλά τι ἄλλο ἐπιθυμεῖν ἔοικας

Nequaquam sed intelligis, vt opinor, quàm res sit friuola flagris obuerberare nudi scapulas, palmas vtrasq; supplici ter extendentis, ex quo nulla proueniat vtilitas neq; priuatim ad eum qui cæditur, neq; item ad Remp. cõmuniter. Itaque si quando Spartam peregrè profectus venero, quo tempore ista facinora solent, videor me statim lapidibus obrutum iri ab illis publicè, singulos deridentem, si quando videro pueros veluti fures flagris onerari, aut veluti peculatorem, aut alium facinorosum. Planè verò illorum ciuitas mihi videtur egêre helleboro, quæ vsqueadeò ridicula à se ipsa pati consueuit. So. Ne desertam causam, ô generose, neque viris absentibus te solũ dicentem vincere, inducas in animum. Neq; enim deerit quispiam etiam Lacedæmone, qui harum rerum causam tibi promptissimè redditurus est. Verùm enimuerò quandoquidem ego tibi nostra ex ordine gymnasia percensui, quæ tibi non admodum placuisse non occultè tulisti, videor mihi non iniqua postulaturus à te,

παρὰ σοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ἐμοῦ μέρη διεξελθης, πρός με, ὃν τρόπον ὑμεῖς οἱ Σκύθαι διαπονεῖτε τοὺς νέους τοὺς παρ' ἡμῖν, καὶ οἷς τισι γυμνασίοις ἀναστρεφεῖς, καὶ ὅπως ὑμῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς γίγνονται. ΑΝΑ. διακαίτατα μὲν ἔγωγε, ὦ Σόλων καὶ ἔγωγε διηγήσομαι τὰ Σκυθῶν νόμιμα, ὀκνήσω δ' ἴσως, ἀλλ' οὐ καθ' ὑμᾶς, οἵ γε οὐδὲ καλὰ κἀρρήτως παραχθῆναι τολμήσαιμεν ἂν μίαν πληγὴν, ἀλλοι γὰρ ἴσμεν· ἀκὰ ἐρήσεταί γε, ὁποῖα ἂν ἄγχιστα μὴν δι, ἐ λοκῆ, ὑπερβαλώμεθα τὴν σωφροσύνην, ὡς ἂ. τραῦτος ἔφης, ἔτι μᾶλλον ἐννοήσαιμι καθ' ἡσυχίαν, ἅ τε χρὴ εἰπεῖν, συναγάγοιμι τῇ μνήμῃ ἐπιπλέον. τὸ δὲ ναῦ ἔχον, ἀπόμεινον ἐπὶ τούτοις. ἐπεὶ ῥᾳδίᾳ ἔδη,

ate, vt & tu vicissim me audiente percurras, qua ratione vos Scythæ vestros iuuenes exerceatis, tum quibus gymnasiis educatos insuescitis, quonam pacto eosdem viros strenuos efficitis.

ANACH. *Aequissima sunt, ô Solon, quæ postulas. Ac ego quidem Scytharum leges tibi cõmemorabo, fortasse non admodum admirandas illas, & quæ non multum vestris sunt responsuræ. Neque enim vel in maxillam alicui plagã illidere auderemus, sumus enim perquàm meticulosi: sed tamen qualiacũq; sunt nostra exercendorum iuuenum instituta, dicentur. Cæterùm, si videtur, ea de re colloquium in crastinum vsque differemus, vt ea quæ ipse dixisti, magis quietus apud me retractare possim: tum etiam ea quæ mihi dicenda sunt, memoria percurrere. Itaque quod nunc restat, in præsentia quidem abeamus. Iam enim intalescentibus vmbris appetit vesper.*

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

GYmnasiorum vanitatem hic dignis excipit modis Anacharsis homo barbarus alioqui, sed Atheniensibus, Solonequè ipso multò prudentior. Ex hoc porrò Luciani Dialogo videre licet, quib. olim exercitijs apud Atheniēses iuuētus exercitata, tum quanta diligentia instituta, adoleuerit. Præterea quanta ratio rectè educandorum iuuentus sit habita apud Gētiles, qui hoc tempore apud Christianos extremè negliguntur: etsi nihil perinde interfit cuiusque Reipublicæ, quàm vt iuuentus quamoptimè ac sanctissimè instituatur. Certè Plato philosophorum sapientissimus, iuuentutis primā curam debere esse contendit in Eutyphrone. Sunt enim iuuenes futuræ Reip. plātæ quędam ac seminaria, quorum recta educandi ac instituēdi ratio si neglecta fuerit, ipsiq; inculti in maturā & constantem ętatē adoleuerint: qui fructus, atq; adeò quæ spes, aut quod specimen bonæ indolis, aut viri non improbi ab illis expectandum erit? Non alius profectò ingratę segetis prouētus, quām qui à neglectis plantis producitur; nempe, sentes & spinæ, neq; nō ramorum inutilium superflua materia, tantummodò alendo foco accōmoda, hoc est, in omne vitiorum genus præceps temeritas atq; audacia. Sed ista ab alijs iam persæpè grauissimè simul ac luculentissimè disputata sunt: neque minus intelligit diligens lector, quantum detrimenti adferre soleat reb. humanis iuuentus data neglectui. Tantum hoc dico, dignissimā hāc curam esse principibus, vt suis in ditionibus iuuentutis optimis studijs instituendæ rationem habeant. Est enim puerilis illa turba, ex qua olim emersuri sunt Iudices, Cōsules, Principes, Reges, Episcopi, Parochi, Concionatores: qui si nō statim a teneris (vt aiūt) vnguiculis liberalib. disciplinis imbuti, quæ optima fuerint, didicerint, nihil tale ad Reip. functionē & administrationem quondam accedētes præstabunt, quod illorū exiget officiū.

Qui

Qui enim æquitatem aut iustitiam in foro præstabit, ille pronunciandis sententijs, & litibus dirimendis, qui nunquam, quæ æquitatis aut iustitiæ sint partes didicit? Qui bonum aut pacatum in Republ. ciuem fore sperabimus, qui boni ciuis officia ignorauerit? Cic. de Offic. lib. 1. Oppian. de Venat. lib. 1. Xenoph. de Venat. Quintilianus lib. 2. Plato in Timæo de Legib. 6. de Republ. 5. Aristot. Polit. 8. & Medici περὶ τῆ γυμναστικῆς, in primis Fuchsius in Compendio medicinæ. item Plutarchus de Educandis liberis. Sed finem faciam, cùm de his multò etiam prolixiùs & rectiùs Lucianus loquatur.

a Ὁ Σολων.] *Exordium ab occasione, ipsius rei præsentis actione.* *b* Cæterùm illi stantes.] *Tria erant apud Græcos certamina: Pancratium, palæstra & cursus. De pancratio ludorumque generibus, quibus Græci antiqui & Romani vsi sunt, lege Budæi Annotat. ad L. Athletas, De his qui notantur infamia, & ad L. qua auctione, ad L. Aquiliã. Gellius lib. 13. cap. 26. Propertius lib. 3. ad Sparten de ludis Laconicis.*

c Exercitiorum.] *Certaminum species & nomina,* *d* Sydus feruentissimum.] *Canis sydus, quæ & Canicula, ardentissimo æstatis tempore exoritur, Sole primam partem Leonis ingrediente, qui dies xv. ante Augusti Cal. est. Plinius lib. 2. cap. 47. & lib 18. cap. 28. omnia vaporat, & aquas siccat.* *e* Ob suain Rempubl. merita.] ἐπώνυμοι *prisci heroës fuerunt, à quibus Atticæ tribus sua cognomina acceperunt. His magni honores ab Athenienſibus collati, ſtatuæq; in arce eius vrbis collocatæ. Horum nomina si quis desideret, Pausaniam in Atticis, aut Demosthenem de ἐπιτάφιῳ consulat.* *f* Tu quemadmodum.] *Repetit propositionem seu petitionem.* *g* Tu quidem.] *Redit ad modum & legem disputationis, & ea à simili & more publico commendat.* *h* Areopagus.] *Augustinus de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 10, Areopagus putatur nomen accepisse, quòd Mars, qui Græcis Ares dicitur, quum homicidij causam diceret, iudicantibus duodecim Dijs in illo pago, sententijs sex Deorum absolutus est, & sex damnatus: verùm in paribus suffragijs, absolutio damnationi prælata est.* *i* Cæterùm si quis meditato.] *Apud Areopagitas oratoribus haud licuisse*

affectus mouere, vt quibus iudicum animi à veritatis luce in falsitatis caliginem sæpè abducuntur, autor est etiam Quintil. lib. 2. cap. 17: Eloquentiam ait Lacedæmoniorum ciuitate expulsam, Athenis verò vetuti recisam orandi potestatem, vbi orator mouere affectus vetabatur. Et capite 18. eiusdem libri. Affectus, si aliter ad æquitatem perduci iudex non potuit, necessariò mouebit orator. Igitur Athenis interdicebat præco dictuvis in concione, ne vel præfatione, vel affectibus vterentur, rem modò exponerent ἄνευ προοιμίων, καὶ παθῶν: id est, absque proœmijs & affectibus. Idem in Prologo l. 5. lib. 6. capite 1. vbi de epilogis loquitur: Athenis, inquit, affectus mouere, per præconem prohibebatur orator. Philosophos minùs miror, apud quos vitij est loco, affici: nec boni mores videntur, sic à vero iudicem auerti, nec conuenire bono viro vitijs vti, necessarios tamen affectus fatebantur, si aliter obtineri vera & iusta, & in commune profutura non possint. Idem libro 10. de Demosthenis Ciceronisque comparatione loquens: Salibus certè, inquit, & commiseratione, qui duo plurimùm affectus valent, vincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit: lex, inquit, aut institutum Athenienſium Demosthenis orationibus commiserationem & amplificationem abstulit, duo acerrima oratoriæ artis tela. Erasmus noster libro Eccles. secundo. Porrò Stoicorum dogma nullos probantium affectus, non à Christianis modò, verùm etiam ab ipsis Stoicis paulò æquioribus, reiectum atque explosum est. Nam quod Athenienses ab actionibus causarum secluserunt affectus, potest aliquo colore defendi. Tum ad clepsydras dicebatur. nolebant aquam non necessarijs absumi, nec iudicem nimiùm diu detineri cognitione. præterea quoniam à iudice religione astricto requirebatur incorrupta pronunciatio, maluerunt abstineri à mouendis affectibus, quòd ij sæpe nubilum offendunt iudicio: interdum eò rapiunt cognitorem, vt non ex iure, sed ex animo commotione ferat sententiam. k Verbis causæ inuoluendæ.] Συνείλειν enim velare, inuoluere, contegere, occulere significat. l In Areopago fieri.] De Areopago Plutarchus in Solone dicta sunt satis multa, quibus addi possunt quæ sunt apud Isocratem in Oratione de eo consilio scripta, & alios. m Pro-

inde

Inde paucis.] *Accedit ad rem. ac primò quæ sit vera ciuitas, & quantum in ciuibus ponant, exponit.* n Cumprimis.] *Diuisio ac ὕλη totius institutionis.* o Primam itaque.] *Educatio liberorum: & primò, quibus animos & mentes eorum informent. Hæc autem ipse ponit Aristoteles libro 8. Politicorum, additque præterea pingendi artem. Eius verba sunt:* ἔτι δὲ τέτταρα σχεδόν, ἃ παιδεύειν ἐώδασι, γράμματα, ἐγυμναστικὴν, καὶ μουσικὴν καὶ τέταρτον οἱόν γραφικήν. *Terent. in Eunuch.*—fac periculum in literis:

Fac in palæstra, in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, &c.

p Huius rei exemplum.] *Ab exemplo commendat institutum.* q Mentem iuuenum primùm Musica.] *Inter reliquas Cyclicas disciplinas primo loco Musicam discebant, quam & Epaminondas, & alij nobiles viri summa cum industria consectati sunt, vt interpres Aristophanis in Equitib. admonet, & Athen. lib. 14. Dipnosoph. indicat. Vnde etiam ille mos institutus est, vt in conuiuij post cœnam circumferretur lyra: cuius cùm se imperitum Themistocles confessus esset, habius est indoctior, vt Cicero in 1. Tusculanarum quæstionum, & Quintiltanus in primo tectantur Xenocrates ad eum qui ludum iuum frequentare cupiebat, nec Geometriæ nec Musicæ instructus esset: Abi (dicebat) nam ansas philosophiæ nondum attigisti. Quare vehementer eorum institutum probamus, qui adolescentes, præcipuè eos, qui alioqui ingenio suns ad hanc artem procliui, ad modulationem canticorum vel instituunt ipsi, vel cantica ad hoc genus disciplinæ accommoda componunt. Etenim huiusmodi exercitijs, si sint moderata, ac suis temporibus vsurpentur, pulchrè excoluntur puerorum animi, vt mitiores (vt Plato ait) modestioresque ac concinniores effecti, vtiles sint ad actiones siue priuatas, siue publicas sustinendas, & ad dicendum quoque. Quantum verò ea in re præstare possit Musica, illustre habemus exemplum apud Homerum de Musico ab Agamemnone domi relicto, vt Clytemnestram illius coniugem per Heroidum laudes cantu ad pudicitiam hortaretur. Ea verò non prius adulterium commisit, quàm is è medio sublatus esset. Tanta enim est vis Musicæ, vt nihil sit (vt Cicero*

lib. 3.

lib.3.de Orat.author est) tam cognatum mentibus nostris, quæ numeri atq; voces, quibus & excitamur & incendimur, & lenimur & languescimus, & ad hilaritatem & tristitiam sæpè deducimur. Itaque Pythagorici & Socrates, & Plato omnes adolescentes in Musicis erudiendos esse voluerunt. Plutarchus in Musicis refert ipsum Herculem Musica vsum fuisse: item Achillem, de quo Homerus Iliad. 9. plurimosque alios, quorum eruditor sapientissimus ille Chiron. r Deinde ætatis progressu.] *Quæ discenda proponantur.* s Sed hæc.] *Reiectio, qua veniam ei rei parat, quòd aliena à primo proposito dicere cœperit.* t Sophistæ atque philosophi.] *Quum tam crebrò fiat sophistarum philosophorumque mentio, non inutile fuerit dicrimen eorum explicare: idque ex Platone potissimùm, qui Sophistam his ferè coloribus depingit, vt sit auarus, ambitiosus, vanus, & virtutis expers, in nugis occupatus: ac propterea tum fugiendus, tum contemnendus. Contrà philosophus, summum ac propè vnicum virtutis & veritatis studium habet: cætera omnia vel leuiora ducit, vel contemnit, probitatis & sapientiæ magister & exemplum. Ex his descriptionibus appareret, quanta sit multitudo sophistarum, philosophorum paucitas. Vtrique tamen à fine sunt iudicandi, præcipuoque totius vitæ studio.* u Vsum tibiarum.] *Tibiarum artem non paruo in precio apud antiquos habitam fuisse scribit Athenæus libro 4.cap.25.* x Pancratio decertare.] *Pancratium Suidas, Iul. Pollux, Hermolaus in castigationibus Plinianis libro 34.cap.8. interpretantur quoque certaminis essegenus ex eo dictum, quòd aduocatis omnibus corporis viribus, omniumque neruorum contentione transigitur: calcibus enim etiam & cubitis, non modò pugnis pancratiastæ vtebantur, omnique impetendi prehendique modo. Pancratiastæ hominis habes pulcherrimam hypothesin ex Panetij lib.2. de Offic. apud Gell.lib.13. cap.26.* y Vt prospera vtantur valetudine.] *Nam per exercitationem continuo motu calor naturalis augetur, melior in ventriculo ciborũ fit cõcoctio, & apertis poris humores vitiosi foràs egeruntur, ac nutrimentũ cõmodiùs per venas digeritur. Vnde cũ sanguis ac spiritus purus nascatur, hi per omnia membra æqualiter distributi, in cute venustatem, in neruis robur efficiunt.*

efficiunt. De exercitijs Plutarchus de Educandis liberis. Plautus in Bacchidibus, Valere pancratice dicit, pro eo, quod est firma esse valetudine. ℣ Mulieres.] Amazones intelligit, quæ bellum, duce Hippolyta, gesserunt contra Athenienses, temporibus Thesei, propter Antiopem, vbi illam aiunt mœrore expirasse ob res malè gestas. Vide Pausaniam in Atticis. A Gallos gallinaceos.] Plinius scribit, Pergamis omnibus annis spectaculum gallorum gallinaceorum certantium solenniter ac publicitùs edi solitum, ceu gladiatorum. Id & Athenis factitari cœptum est, Aeliano referente, à Themistocle superatis Persis. Adjicit & hic Lucianus, coturnicum magno studio, non gallorum modò certamina ibidem spectari consueuisse. Seueri quoque filios Herodianus scribit, disidere solitos, puerili primùm certamine edendis coturnicum pugnis, gallinaceorumq; conflictibus. Proditur item memoriæ, Socratem Iphicrati duci animos adiecisse, quum ei permonstrasset gallinaceos coram gallina pennis ac rostro dimicantes. Quam vilitatem agnouit & Chrysippus in libro de Iustitia, dum gallorum æmulatione inijci nobis ad fortitudinem stimulos, & subijci calcaria prodidit. Iucundum verò est, quod obseruatum hac parte non reticebimus. Gallinaceis mox compagnaturis, allium in cibis obijci solitum, quò acriùs decertarent. Ex quo facetissimè in veteri comœdia ἐσκοροδισμένος, id est, allio pastus, quod Scorodon votant, pro vehementi ac nimis in pugnam accliui dicitur quandoque. Is præterea huic animanti mos est, vt ad pugnam assiliat, quò magis lædat calcaribus suis, in hunc vsum à natura affixis. Cæterum quanquam naturâ pugnax est gallus: tamen vbi se sentit imparem conflictu, mirè dejectus ac supplex profugit, risum præbens spectatoribus. B Pueros ita verberari.] Ad Dianæ Orthiæ aram flagris concidi pueros instituto Lycurgi consueuisse, locuples testis est in Laconicis Pausanias simúlque causam eius instituti aliam, quam vel Lucian. hic, vel Cic. lib. 2. Tusc. q. vel Plutarch. in Lycurgo indicet, refert, quam brevitati studens omitto: aliam etiam in Aristidis vita Plutarch. Tertull. in Apolog. & in lib. ad Marty. Hodie, inquit, apud Lacedæmonios solemnitas maxima est diamastigosis: i. flagellatio, in quo sacro ante aram nobiles quoque adolescentes flagellis af-

lis assiguntur, astantibus parentibus & propinquis, & vti persequerent adhortantibus. C Minos Iouis filius legũ scriptor.] Minos quondam Cretæ præfuit. Hunc post mortẽ ob iustitiam suam Poëtæ apud inferos ius dicere finxerunt. At Cretenses, vt quos ciuilitate & moribus erudiẽt, ad Iouem tanquã præceptorem itasse memorant, in Ida monte speluncam ostendentes, atque illi in notium annum consuẽsse, nec non didicisse quæ ad Rempubl. instituendam vtilia forent. Meminit huius Homerus Odyss. 11. & Maximus Tyrius.

ΠΕΡΙ ΠΕΝΘΟΥΣ. DE LVCTV. Erasmo Roterodamo interprete.

Δεῖν γε παρὰ τῶν ἀποθανόντων ἐν οἷς τοῖς γιγνόμενα καὶ λεγόμενα, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν παραμυθουμένων λεγόμενα. καὶ ὡς ἀφόρητα ἡγοῦνται τὰ συμβαίνοντα σφίσι τε αὐτοῖς οἱ ὀδυρόμενοι καὶ ἐκείνοις, ὃς ὁ λύρηντα. ἢ μᾶλλον Πλούτωνα καὶ Περσεφόνην, ἐπ' ἐλπίδι ἐπισάμενοι ἀφθῶς, ὅτ' ἐ πονηρὰ ταῦτα, καὶ λύπης ἄξια, ὅτι ἐ τἐναντίον ἡδίω καὶ βελτίω οἷς παθοῦσι, νόμῳ καὶ σωφροσύνῃ τῷ λύπῃ ἐπιτρίποντες. ἐπειδὰν τοίνυν ἀποθάνῃ τις, ὅτω ποιῶσι, μᾶλλον δὲ πρότερον ἐπεῖν βούλομαι, ἅς τινας περὶ αὐτοῦ θανάτου

Peræprecium a Janè fuerit obseruare ea quæ in luctu vulgo tum dicãtur, tũ fiant: item quæ dicantur ab ijs, qui eos consolantur scilicet: quamq; non ferenda putent lugentes ea quæ acciderunt, & subijpsis, & ijs quos flent, cũm haudquaquam pernouerint, malãne sint ista, ac dolenda, an contrà iucundiora melioraq; ijs, quibus acciderunt: sed ex more & consuetudine dolorem accersunt. Itaq; cũm mortuus fuerit aliquis, faciunt ad hũc modũ. Quin priùs volo tibi narrare quas habeant de morte i-

τάτου δόξας ἔχουσιν. οὕτω γὰρ ἔσται φανερὸν, οὗ τινος ἕνεκα τὰ περιττὰ ἐπεῖνα ἐπιτηδεύουσιν. ὁ μὲν δὴ πολὺς ὅμιλος, οὓς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσιν, Ὁμύρῳ τε καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις μυθοποιοῖς περὶ τούτων πειθόμενοι καὶ νόμον θέμενοι τὴν ποίησιν αὐτῶν, τόπον τινὰ ὑπὸ τῇ γῇ βαθεῖ λέγειν ἐπειλήφασι, μέγαν δὲ καὶ πολύχωρον τοῦτον εἶναι, καὶ ζοφρὸν καὶ ἀνήλιον, οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτοῖς φωτίζεσθαι δοκοῦντα πρὸς τὸ καὶ καθορᾶν τοῦ ἐνόντων ἕκαστον. βασιλεύειν δὲ τοῦ χάσματος ἀδελφὸν τοῦ Διὸς, Πλούτωνα κεκλημένον (ὥς μοι τοῦ τὰ τοιαῦτα δεινῶν τις ἔλεγε) διὰ τὸ πλουτεῖν τοῖς νεκροῖς, τῇ προσηγορίᾳ τετιμημένον. τοῦτον δὲ τὸν Πλούτωνα, τὴν παρ' αὐτῷ πολιτείαν, καὶ τὴν κάτω βίον κατασήσασθαι τὸν τοιοῦτον. κεκληρῶσθαι δὲ γὰρ αὐτὸν ἄρχειν τοῦ ἀφθανόντων καταδεξάμενον ἢ αὐτοὺς, καὶ παραλαβόντα κατέχειν δεσμοῖς ἀφύκτοις, οὐδενὶ τὸ παράπαν τοῦς ἀνόδου ὑφιέμενον,

te ipsa opiniones. Sic enim palàm fiet quâ gratiâ superuacanea ista moliantur. Vulgi quidem hominũ multitudo,[b] quos sapientes isti vocãt idiotas,[c] Homero, Hesiodo, reliquisq; fabularum auctoribus super his fidem habentes, & illorũ poësim pro lege ducẽtes, locũ quendam subter terrã profundum esse putant, quem[d] Tartarum vocant. Eum existimant magnum & spaciosum esse, caliginosum atq; opacum, qui tamẽ istis haud scio quo pacto illustrari videtur, quò singula quæ illic sunt introspiciãt.[e] Tum regnare in hoc specu Iouis fratrẽ, cui nomen Plutoni, vt mihi retulit quidam harum rerũ mirè peritus: ob ideo vocabulo honestatum, quòd mortuorũ copia diues esset.[f] Porrò Plutonẽ hunc inferorũ remp. & maniũ vitam constituisse in hanc formã. Nam sorte obtigisse huic vt vita defunctis imperaret. Quos vbi demissos receperit, arreptos vinculis ineffugibilibus coërcet,[g] nulli prorsus permittens vt ad superos redeat,

præter

πλὴν ἐξ ἅπαντος τοῦ αἰῶνος πάνυ ὀλίγων, ἐπὶ μεγίσταις αἰτίαις· περιῤῥεῖσθαι δὲ τὴν χώραν αὐτοῦ ποταμοῖς μεγάλοις τε καὶ φοβεροῖς, καὶ ἐκ μόνων τῶν ὀνομάτων· Κωκυτοὶ γὰρ, καὶ Πυριφλεγέθοντες, καὶ τὰ τοιαῦτα κέκληνται. τὸ δὲ μέγιστον ἡ Ἀχερουσία λίμνη πρόκειται, πρώτη δεχομένη τοὺς ἁπαντῶντας, ἣν οὐκ ἔνι διαπλεῦσαι ἢ παρελθεῖν ἄνευ τοῦ πορθμέως· βαθεῖά τε γὰρ περάσαι τοῖς ποσὶ καὶ διανήξασθαι πολλὴ, καὶ ὅλως, οὐκ ἂν αὐτὴν διαπταίη οὐδὲ τὰ νεκρὰ τῶν ὀρνέων. πρὸς δὲ αὐτῇ τῇ καθόδῳ, καὶ πύλῃ οὔσῃ ἀδαμαντίνῃ, ἀδελφιδοῦς τοῦ βασιλέως Αἰακός ἐστι, τὴν φρουρὰν ἐπιτετραμμένος. καὶ παρ' αὐτῷ κύων τρικέφαλος, μάλα κάρχαρος, τοὺς μὲν ἀφικνουμένους φίλιόν τι καὶ εἰρηνικὸν προσβλέπων, τοὺς δὲ πειρῶντας ἀπιδιδράσκειν ὑλακτῶν, καὶ τῷ χάσματι δεδιττόμενος. περαιωθέντας δὲ τὴν λίμνην ἐς τὸ εἴσω, λειμὼν ὑποδέχεται μέγας, τοῦ ἀσφοδέλου κατάφυ-

præterquàm ad modũ paucis ex vniuerso æuo, idq́ grauissimis de causis. Interluitur autem regio illius fluuijs & magnis, & horrendis, vel solo nomine.[h] Siquidem Cocyti,[i] Phlegethõtes atq́ huiusmodi vocabulis appellantur. Quódque est grauissimum, præiacet[k] Acherontica palus; quæ prima excipit obuios, quã nõ possis neq́ transmittere neq́ transire sine vectore: nam & profundior est quàm vt pedibus trãsiri possit, & spaciosior quàm vt tranari queat. In summa, huiusmodi est, vt nec auium manes possint eam transuolare. In ipso verò descensu portáque, quæ quidem est adamantina,[l] Aeacus est regis patruelis, cui mãdata est custodia: iuxtaq́ hunc[m] canis triceps, sæuus admodum. Is aduenientes satis amicè pacateq́ intuetur: cæterùm si quis conetur aufugere, latrat, territósque in specum redigit. Iam qui transmissa palude ingressi sunt, eos excipit pratum ingens,[n] asphodelo consitum,

τος, καὶ ποτὸν μνήμης πολέμιον, λήθης γοῦν δὲ τοῦτο ὠνόμασται. ταῦτα γὰρ ἀμέλει δικηγήσαντο τοῖς πάλαι ἐκεῖθεν ἀφιγμένοι, Αλκηστίς τε καὶ Πρωτεσίλαος, οἱ Θετταλοὶ, καὶ Θησεὺς ὁ τοῦ Αἰγέως, καὶ ὁ τοῦ Ομήρου Οδυσσεὺς, μάλα σεμνοὶ, καὶ ἀξιόπιστοι μάρτυρες, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐ πιόντες τῆς πυγῆς· οὐ γὰρ ἂν ἐμέμνηντο αὐτῶν. ὁ μὲν οὖν Πλούτων, ὡς ἐκεῖνοι ἔφασαν, καὶ ἡ Περσεφόνη δυνασεύουσι, καὶ τὴν τῶν ὅλων δεσποτείαν ἔχουσιν ἐπορεύουσι δ' αὐτοῖς, καὶ τὴν ἀρχὴν συνδιαπράττουσιν, ὄχλος πολὺς, Ερινύες τε καὶ ποιναὶ, καὶ φόβοι, καὶ ὁ Ερμῆς. οὗτος μέν γε οὐκ αἰεὶ συμπαρών. ὕπαρχοι δὲ, καὶ σατράπαι καὶ δικασταὶ κάθηνται δύο, Μίνως τε καὶ Ραδάμανθυς, Κρῆτες ὄντες, καὶ ἡ οἱ τοῦ Διός. οὗτοι δὲ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, καὶ δικαίους, καὶ κατ' ἀρετὴν βεβιωκότας, ἐπειδὰν συμπλισθῶσι πολ-

situm, ac fluuius memoriæ hostis: eóq; [o] Lethe nomē est inditum. Nam hæc videlicet priscis illis mortalibus narrârunt, [p] qui illinc redierant, nempe Alcestis & [q] Protesilaus, Thessalus vterque, neque non [r] Theseus Aegeo prognatus, & [s] Homericus Vlysses, testes admodum graues, digniq; quibus habeatur fides, qui mihi non videntur è fonte illo bibisse, alioqui non meminissent horum. Itaque Pluto & Proserpina, vt aiebant illi, Rempublicam administrant, rerumq; omnium dominatum obtinent. Sed inseruiunt his & in administrando principatu adiuuāt, ingens turba, furiæ, pœnæ, terrores, ac Mercurius: quanquam is sanè non adest perpetuó. Præfecti autem & satrapæ & iudices sedent duo, Minos & Rhadamanthus, vterque Cretensis, vterque Iouis filius. Atque hi quidem bonos ac iustos viros, qui cū virtute vitam peregissent, vbi iam mul-

λοὶ, καθάπερ εἰς ἀπρικίαν τινὰ, πέμπουσιν ἐς τὸ Ηλύσιον πεδίον, τῶν ἀρίστω βίῳ συνεσομένους. ἂν δέ τινας τῶν πονηρῶν λαβῶσι, ταῖς Ερινύσι παραδόντες, ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον ἐκπέμπουσι, κατὰ λόγον τῆς ἀδικίας κολασθησομένους. ἔνθα δὴ τί τῶν κακῶν οὐ πάσχουσι, στρεβλούμενοί τε καὶ καιόμενοι, καὶ ὑπὸ γυπῶν ἐσθιόμενοι, καὶ τροχῷ συμφερόμενοι, καὶ λίθους ἀνακυλίοντες; ὁ μὲν γὰρ τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸς ἕστηκε, κινδυνεύων ὑπὸ τῦ δίψους ὁ κακοδαίμων ἀπθανεῖν. οἱ δὲ τοῦ μεσου βίου, πολλοὶ ὄντες οὗτοι ἐν τῷ λειμῶνι πλανῶνται, ἄνευ τῶν σωμάτων, σκιαὶ γενόμενοι, καὶ ὑπὸ τῇ ἁφῇ, καθάπερ καπνὸς, ἀφανιζόμενοι. τρέφονται δὲ ἄρα ταῖς παρ' ἡμῖν χοαῖς, καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ἐπὶ τῶν τάφων, ὡς εἰ τῶν μὴ εἴη καταλελειμένος ὑπὲρ γῆς φίλος ἢ συγγενὴς, ἄσιτος οὗτος νεκρὸς, καὶ

ti collecti fuerint velut in coloniam quandam, emittunt [t] in campum Elysium, vitam optimam inibi victuros. Quòd si malos aliquos ceperint, hos Furijs traditos, in impiorum locum eijciunt, pro ratione malefactorum puniendos. Quo quidem in loco quid tandem mali non patiuntur? torti, exusti, à vulturibus arrosi, rota circumacti, saxa sursum voluentes. Nam Tantalus ipse ad paludem stat, in periculum adductus ne siti moriatur infelix. Rursum alij mediocris vitæ (sunt autem hi complures) vagantur in prato sine corporibus iam vmbræ facti, & ad tactum ceu fumus euanescentes. Aluntur autem videlicet nostris libationibus, inferijsque, quæ sepulchris inferuntur: adeò vt si cui nullus sit in terra reliquus amicus aut cognatus, hic mortuus, ieiunus

καὶ λιμώττων, ἐν αὐτοῖς πολιτεύεται. ταῦτα οὕτως ἰσχυρῶς πεπλήλυθε τοὺς πολλοὺς, ὥστε ἐπειδάν τις ἀπεθάνῃ τῶν οἰκείων, πρῶτα μὲν φέροντες ὀβολὸν, ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῶ, μισθὸν τῶ πορθμεῖ τῆς ναυτιλίας γενησόμενον. οὐ πρότερον ἐξετάσαντες, ὁποῖον τὸ νόμισμα νομίζεται, καὶ εἰ διαχωρεῖ παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δύναται παρ' ἐκείνοις, Ἀττικὸς, ἢ Μακεδονικὸς, ἢ Αἰγιναῖος ὀβολός. οὐδ' ὅτι πολὺ κάλλιον ἦν, μὴ ἔχειν τὰ πορθμεῖα, καταβαλεῖν· οὕτω γὰρ ἂν, οὐ παραδεξαμένου τοῦ πορθμέως, ἀναπόμπιμοι πάλιν ἐς τὸν βίον ἀφικνοῦντο. μετὰ ταῦτα δὲ, λούσαντες αὐτοὺς, ὡς οὐχ ἱκανῆς τῆς κάτω λίμνης λουτρὸν εἶναι τοῖς ἐκεῖ, καὶ μύρῳ τῶ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα, πρὸς δυσωδίαν ἤδη βιαζόμενον, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι, προτίθενται, λαμπρῶς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῷεν δηλονότι παρὰ τὴν ὁδὸν,

ac famelicus inter illos versatur. Hæc vsqueadeò validè vulgi animos peruaserunt, vt simulatque familiaris quispiam mortuus fuerit, primùm obolum illi in os imponant, traiectionis mercedem, quam u *vectori daturus sit: nec illud priùs expendunt, cuiusmodi nomisma legitimum sit ambulétque apud inferos, & apud illos valeat, Atticus, an Macedonicus, an Aeginensis obolus. At ne id quidem cogitant, multò satius esse non posse naulum reddere: sic enim fiat, vt non recipiente portitore, postliminio redeant in vitam.* x *Post hæc lotos eos, perinde quasi tartarea palus non satis sit idonea lauandis his qui illic degunt, & vnguentis optimis* y *vncto corpore, iámque victa graueolentia, tum coronatos pulcherrimis floribus proponunt splendidè vestitos, ne videlicet algeant per viam,*

μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο ὑπὸ Κερβέρου. οἰμωγαὶ δὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ γυναικὸς γυναικῶν, καὶ παρὰ πάντων δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα, καὶ σπαραττομένη κόμη, τῷ φοινικίδι παρεικά. καὶ που καὶ ἐσθὴς διαρρήγνυται, καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσεται· καὶ οἱ ζῶντες οἰκτρότεροι τοῦ νεκροῦ· οἱ μὲν γὰρ χαμαὶ κυλινδοῦνται πολλάκις, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀράττουσι πρὸς τὸ ἔδαφος· ὁ δὲ εὐσχήμων καὶ καλὸς, καὶ διαπρεπὴς ἐστρωμένος, ὑψηλὸς πρόκειται, καὶ μετέωρος, ὥσπερ ἐς πομπὴν κεκοσμημένος. ἔπειτα ἡ μήτηρ, καὶ νὴ Δία ὁ πατὴρ ἐκ μέσων τῶν συγγενῶν προελθὼν, καὶ περιχυθεὶς αὐτῷ (πρεπέτω γάρ τις νέῳ, καὶ καλὸς, ἵνα καὶ ἁρμόττῃ ἐπ' αὐτῷ τὸ δρᾶμα) φωνὰς ἀπορρήτους καὶ ματαίας ἀφίησι, πρὸς ἃς ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀπεκείναιτ' ἂν, εἰ λάβοι φωνήν. φήσει γὰρ ὁ πατὴρ,

nêve nudi conſpiciantur à Cerbero. [z] Accedunt ad hæc mulierum eiulatus, omnium certè lachrymæ, pectorum planctus, comæ dilaniatio, genarum cruentatio. Alys autem & veſtis diſcerpitur & puluis capiti inſpergitur, adeò vt viuentes miſerabiliores ſint mortuo. Nam illi humi volutantur ſæpenumerò, & capita ſolo allidunt: hic verò decorus ac formoſus ac diligentiſsimè coronatus ſublimis propoſitus eſt, & excelſus, velut ad pompam adornatus. Deinde mater, atque adeò pater quoque ex mediis cognatis progreſſus, ac mortuo circumfuſus, (nam finge iuuenem aliquem ac formoſum propoſitum eſſe, quo magis in hunc competat actio fabulæ) abſurdas ac ſtultas voces emittit, ad quas mortuus ipſe reſponſurus ſit, ſi contingat vocem recipere. Ait enim pater, flebi-

πᾶρ, γοερόν τι φθεγγόμενον, καὶ
κρατύνων ἕκαστον τ ὄνομά-
των τύπον ἄδιστον, οἴχῃ μοι,
καὶ τέθνηκας, καὶ πρὸ ὥρας ἀνηρ-
πάσθης, μόνον ἐνὲ, ἔτι τὸν
ἄθλιον καταλιπὼν, ὃ γαμή-
σας, ὃ παιδοποιησάμενον, ὃ
στρατωσάμενον, ὃ γεωργήσας,
ἐπ᾽ ἐσχάτῃ γήρᾳ ἐλθὼν, ὃ ἱκανιά-
σαι μάλιστα, ὀλίγ᾽ ἐραθήσῃ τέκ-
νων, ὀλίγ᾽ ἐν συμποσίῳ μετὰ
τῶν ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ.
ταῦτα δὲ, καὶ τὰ τοιαῦτα φύ-
σει, οἰόμενον τὸν υἱὸν δεῖ-
σθαι μὲν ἔτι τούτων, καὶ ἐπιθυ-
μεῖν καὶ μετὰ τὼν τετελευτηκότων,
ὃ λαβεῖν ἢ μετέχειν αὐτῶν.
καίτοι τί ταῦτα φημί; πόθοι
γὰρ καὶ ἵππους, καὶ παλαιστὰς
δᾶς, οἱ δὲ καὶ διώκοντας ἐπι-
κατέσφαξαν, καὶ ἐσθῆτα, καὶ
τὸ ἄπαν κόσμον συγκα-
τέφλεξαν, ἢ συγκατώρυ-
ξαν, ὡς χθονίοις ἐκεῖ, καὶ ἀ-
πολαύσουσιν αὐτῶν κἀτως
ὁ δ᾽ οὖν προθύτης ὁ πυ-
θῶν οὕτως πάντα ταῦ-
τα, ὁπόσα εἴρηκε, καὶ ἔτι τού-
των πλείονα, οὔτι τοῦ παι-
δὸς ἕνεκα τραγῳδεῖν ἔοικεν

ter, flebili quadam voce verbum vnumquodq; producens in longum: Fili iucundissime, periisti mihi, mortuus es, ante diem præreptus es, me super hæc misero solo relicto. Non duxisti vxorem, non parâsti liberos, non militâsti, non coluisti agros, non ad senectam perueneristi. Non comessaberis posthac, non amabis, fili, neque cum æqualibus in compotatione inebriaberis. Porrò hæc atque id genus alia dicet, quasi putet filium adhuc rebus bis egere post obitum, ac desiderare quidem, verùm potiri non posse. Sed quid hæc loquor? Quod enim sunt qui equos ac concubinas, rursum alij qui pincernas etiam in funere macta-runt, qui vestem, B reliquum q; mundum pariter in rogum iniectum exusserunt, aut vnà cum cadauere sepeliêrunt: perinde quasi illic sit vsurus, & apud inferos fruiturus? At senex iste luctum agens, C hæc omnia, atq; his etiam plura quæ dicit,

(οἶδε γὰρ οὐκ ἀκουσόμενον) οὐδ' ἂν μεῖζον ἐμβοήσῃ τοῦ Στέντορος, οὔτε μὴν αὐτοῦ φρονεῖν γὰρ οὕτω, καὶ γινώσκειν, ἱκανὸν ἦν, καὶ ἄνευ τῆς βοῆς. οὐδεὶς γὰρ ἐκ πρὸς ἑαυτὸν δεῖται βοᾶν λοιπὸν οὖν ἔστιν, αὐτῶν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα ληρεῖν, οὔθ' ὅτι πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα, οὔθ' ὅποι κεχώρηκε, μᾶλλον δ' οὔτε τὸν βίον αὐτοῦ ἐξετάσαντα, ὁποῖός ἐστιν· οὐ γὰρ ἂν τὴν ἐξ αὐτοῦ μετάστασιν, ὥς τι τῶν δεινῶν ἐδυσχέραινεν. εἴποι δ' ἂν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς, παραιτησάμενος τὸν Αἰακὸν καὶ τὸν Αἰδωνέα, πρὸς ὀλίγον τοῦ σομίου ὑπερκύψαι, καὶ τὸν πατέρα παῦσαι ματαιάζοντα, ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κέκραγας; τί δέ μοι παρέχεις πράγματα; παῦσαι τιλλόμενος τὴν κόμην, καὶ τὸ πρόσωπον ἐξεπιπολῆς ἀμύσσων. τί μοι λοιδορῇ, καὶ ἄθλιον ἀρκαλεῖς καὶ δύσμορον, πολύ τοῦ βελτίω, καὶ μακαριώτερον γεγενημένον;

neq; filij causa iactare videtur, vt quem sciat non auditurum, etiamsi Stentorē clamore vincat: neq; rursum sua ipsius gratia. Satis enim erat illi, cogitare & cognoscere vel sine voce. Nihil enim opus est vt quis apud sese clamat. Superest igitur vt ad hunc modum deliret ob eos qui adsunt, cū nesciat neque quid acciderit ipsi filio, neq; quò concesserit, imò cùm ne suam quidem ipsius vitā cuiusmodi sit, perpenderit. Neque enim alioqui ceu rem acerbam grauiter ferret, illum ex hac vita demigrasse. Filius igitur huic ita respōderit, exorato Aeaco atque Orco, quò liceat tantisper è specu proferre caput, dum patrem insanientem compescat: D Homo infelix, quid clamas? Quid mihi molestus es? Desine vellicare comam, ac vultus etiam cutem lacerare. Cur mihi conuicium facis, ac miserum appellas, & infortunam, qui iam sim te è multò tum melior, tum felicior?

Aut

ἢ τί τοι δεινὸν πάσχειν δοκῶ; ἢ διότι μὴ τοιουτοσὶ γέρων ἐγενόμην, οἷος εἰ σὺ, φαλακρὸς μὲν τὴν κεφαλὴν τὴν δ' ὄψιν ἐῤῥυτιδωμένος, κυφὸς, καὶ τὰ γόνατα νωθὴς καὶ ὅλος ὑπὸ τοῦ χρόνου ἀθρὸς, πολλὰς τριακάδας καὶ ὀλυμπιάδας ἀναπλήσας, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα παραπαίων, ἐπὶ τοιούτων μαρτύρων; ὦ μέταιε, τί τοι χρηστὸν εἶναι δοκεῖ περὶ τὸν βίον, οὗ μηκέτι μεθέξομεν, ἢ τοὺς πότους ἐρεῖν δηλονότι, καὶ τὰ δεῖπνα, καὶ ἐσθῆτα, καὶ Ἀφροδίσια; καὶ δέδιας, μὴ τούτων ἐνδεὴς γενόμενος ἀπόλωμαι; οὐκ ἐννοεῖς δ', ὅτι τὸ μὴ διψῆν πολὺ κάλλιον τοῦ πιεῖν, καὶ τὸ μὴ πεινῆν τοῦ φαγεῖν, καὶ τὸ μὴ ῥιγοῦν τοῦ ἀμπεχόνης εὐπορεῖν; φέρε τοίνυν, ἐπειδὴ ἔοικας ἀγνοεῖν, διδάξωμαί σε θρηνεῖν ἀληθέστερον. καὶ δὴ ἀναλαβὼν ἐξ ὑπαρχῆς, βόα, τέκνον ἄθλιον, οὐκέτι διψήσεις, οὐκέτι πεινήσεις, οὐδ' ῥιγώσεις. οἴχῃ μοι κακόδαι-

Aut quid acerbi mihi putas accidisse? An quia non sim factus senex talis, qualis es tu, capite caluo, facie rugosa, incuruus genibus, segnis: in summa, totus ætate putris, multis expletis triacadibus & Olympiadibus: E denique ad istum modum delirans apud testes tam multos? O demens, quid tibi videtur in vita boni, quo posthac nõ simus potituri? Nimirum πότους, compotationes, vsuras dicis, ac cœnas, véstemque, & concubitus: eóque metuis, ne rerum harum inopia peream? F Non cogitas autem longè bellius esse, non sitire, quàm bibere: non esurire, quàm edere: non algere, quàm vestibus abundare? Age igitur, quandoquidem ignarus vidêris, docebo te lugere veriùs: iámque denuò incepto luctu, clama, Fili miser, non ampliùs sities, non ampliùs esuries, non ampliùs algebis. Perîsti mihi infelix,

κακόδαιμον, ἐκφυγὸν τὰς νόσους, οὐ πυρετὸν ἔτι δεδιὼς, οὐ πολέμιον, οὐ τύραννον. οὐκ ἔρως σε ἀνιάσει, οὐδὲ συνουσία παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις ἐπὶ τούτῳ δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας. ὦ τῆς συμφορᾶς, οὐδὲ καταφρονηθήσῃ, γέρων γενόμενος. οὐδ' ὀχληρὸς ἔσῃ, τοῖς νέοις βλεπόμενος. ἂν ταῦτα λέγῃς, ὦ πάτερ, οὐκ οἴει πολὺ ἀληθέστερα καὶ γελοιότερα ἐκείνων ἐρεῖν; ἀλλὰ ὅρα, μὴ τόδε σὲ ἀνιᾷ, καὶ δανοῇ τὸν παρ' ἡμῖν ζόφον, καὶ τὸ πολὺ σκότος. κἄτα δέδιας, μή σοι ἀπρηνιγῶ, κατακλεισθεὶς ἐν τῷ μνήματι. χρὴ δὲ πρὸς ταῦτα λογίζεσθαι, ὅτι τῶν ὀφθαλμῶν δασαπρήτων, ἢ καὶ νὴ Δία, καρήτων μετ' ὀλίγον, εἴγε καῦσαί με διεγνώκατε, οὔτε σκότος, οὔτε φῶς ὁρᾷν δεησόμεθα. καὶ ταῦτα μὲν ἤσως μέτρια, τί δὲ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη στερνοτυπία, καὶ ἡ τῶν γυναι-

infelix, qui morbos effugeris, qui febrem iam non timeas, non hostem, non tyrannum. Non amor discruciabit te, non auocabit coitus, neque huius rei causa bis aut ter quotidie perdes impensam. Heu calamitatem: neque contemnêris factus senex, neque molestus eris iuuenibus, si quando cõspiciaris. Hæc si dixeris, pater, ânnon putas te multò veriora, magisque ridicula dicturum, quàm ista quæ modo? G At vide ne illud te malè habeat, dum noctem quæ apud nos est, magnãq; cogitas caliginẽ: proinde metuis ne tibi præfocer, conclusus in monumento. Verùm in his illud oportet perpendere, oculis putrefactis, atq; adeò exustis (siquidem paulò pòst exurere me decreuistis) nihil opus erit nec ad tenebras, nec ad lumen inspiciendum. Atque ista fortassis vtcunque ferenda: verùm H eiulatus iste vester quid mihi confert? aut quid ista pectorũ ad tibiæ modos percussio? aut quid mulierum im-

κῶν πρὶ τὸν θρῆνον ἀμετρία; τί δὲ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; τί ὑμῖν δύνα ται τὸν ἄκρατον ἐπιχεῖν; ἢ νομίζετε καταστάξειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τοῦ Ἅδου διΐξεσθαι; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καταγισμῶν καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν νοσιμώτατον τῶν παρεσκευασμένων, ὁ καπνὸς παραλαβὼν, ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν οἴχεται, μηδὲν τι ἡμᾶς ὀνήσας τοὺς κάτω. τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἀχρεῖον, ἐκτὸς εἰ μὴ τὴν σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι πεπιστεύκατε. οὐχ οὕτως ἄσπορος, οὐδὲ ἄκρωπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχὴ, οὐδ' ἐπιλέλοιπεν ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' ἡμῶν τὰ σιτία μεταστελλώμεθα. ὥστε μοι νὴ τὴν Τισιφόνην, πάλαι δὴ, ἐφ' οἷς ἐποιεῖτε καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθεν ἐπῄει ἀνακαγχάσαι· διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔεια, οἷς μου τὰ σιαγόνας ἀπεσφίγξατε·

Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψε.

rum immodica lamentatio? Quid autem saxū quod sepulchro imponitur, I coronis ornatum? Aut quid valet quòd K merum infunditis? Num putatis illud ad nos distillaturum, & ad Orcum vsq; permeaturum? Nam de parentalibus ipsi quoque, ni fallor, videtis, quod ex apparatu potissimùm ad nos redire debuerat, id fumo correptum, sursum in cœlum abire, neque quicquam iuuare nos, qui infernè agimus. Porrò quod superest, puluis est inutilis, nisi creditis nos cinere vesci. Non est vsqueadeò sterile neque infrugiferum Plutonis regnum: neque nos destituit. L Asphodelus, vt à vobis cibos huc deportemus. Itaque iuro per Tisiphonem, iampridem mihi libebat vehementer exclamare super his quæ & faciebatis, & dicebatis: sed vetabat linteū ac lanæ, quibus mihi fauces obligástis.

Atque ita profato, mors vltima lumina clausit.

πρὸς Διὸς δ' ἂν λέγοι ταῦτα ὁ νεκρὸς ἐπισραφεὶς, ἀναπαλίνας αὖ ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰόμεθα λικαιότατα ἂν αὐτὰ φθέγξασθαι; ἀλλ' ὅμως οἱ μαθηταὶ καὶ βοῶσι, καὶ μεταπέμπονται τινα θρηνῶν ἐπιτηδειότατον, πολλὰς συμφορὰς ἐν ὀλίγῳ συναγηγότα καὶ ταύτας συμφορὰς, ἵνα τούτῳ συναγωνιστῇ καὶ χορηγῷ τῆς ἀνοίας λαταχρῶνται, ὅποι ἂν ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαυλοῦντες. καὶ μέχρι μὲν θλίψεως ὁ αὐτὸς ἅπασιν νόμος τῆς ἀβελτηρίας. Τὸ δ' ἀπέπτως, ἀνομόμοι λαὶ τὰ ἔθνη τὰς ταφάς, ὁ μὲν Αἰθίοψ ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ περιχρίει, ὁ δὲ Σκύθης λαταθοίδ ταειχοῖ δὲ ὁ Αἰγύπτιος, οὗτος μέντοι, λέγω δὲ ἐδὼν ξηράνας τὸν νεκρὸν, σωθλαπνον καὶ συμποτὸν ἐποιήσατο. πολλοὶς δὲ καὶ δοκεῖ μόνῳ κεκμικότων, ἀνδρὶ Αἰγυπτίῳ ἔλυσι τῷ ἀρείαν, ἐνέχυρον, ἢ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ γνόμενον ἐν καιρῷ. χώματα

M Sed dicito per Iouem: Si conuersus ad eos mortuus ille, loquatur hæc cubito innitens, annon videbitur reclisumè dicturus? Attamen vecordes isti vociferantur, & accersito quopiam lamentorum artifice, qui multas antiquas calamitates in vnum congerat, certaminis adiutore & amentiæ chorago abutuntur, vbicunque cœperit ille, ipsi ad melos eiulatu respondentes. Verùm quantum ad lamentationes attinet, omnibus eadem est ineptiendi consuetudo. At deinceps N sepulturæ rationem in varios diuidunt modos. O Nam Græcus exurit, P Persa defodit, Q Indus adipe fuillo obtimit, R Scytha deuorat, S muria condit Aegyptius. Atque hic quidem (rem à me visam narro) desiccatum cadauer, conuiuam & compotorem adhibet. Fit autem frequenter, vt Aegyptum aliquem indigentem pecunia, leuet egestate pignus frater aut pater in tempore factus.

T Nam

χήματα μὴ δὲ, μὴ πυραμίδων καὶ στήλας, καὶ ἐπιγράμματα, πρὸς ὀλίγον σαρκὸς, ὡς ὁ πρίπλακα, καὶ παιδιᾶς πρόσωπα κόπτεσθαι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διδόασιν, καὶ λόγους ἐπιτάφιους ἅπαν ἐπὶ τῷ μνημάτων, ὥσπερ συναγορεύοντες ἢ μαρτυροῦντες πρὸ τοῖς ἐκεῖ δικασταῖς τῷ νεκρῷ. ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ πρόδειπνον, καὶ παρέδρους οἱ προσήκοντες, καὶ τὰς γονέας πραμυθοῦνται ἤ τι τελευτήκοτος, καὶ πείθουσι γεύεσθαι, ὡς οὐκ ἀγελῶς, μὰ Δί', οὐδ' αὐτὰς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη ἐκ πολλῶν τριῶν ἐξῆς ἡμερῶν ἀπηνυστηκότας. καὶ μέχρι μή τινος, ὦ ἄνδρες, ὀλυρόμεθα; ἔασον ἀναπαύεσθαι τὰς τῶν μακαρίτων δαίμονας. ἀλλὰ μὴ τὸ παράπαν ἀνάξιόν μ' ἐργάσησθε. αὐτό τι τοῦτο ἕνεκα καὶ μὴ ἀποσιωπηθῇ, ἵνα μὴ διηκόσιος πρὸς τὸ πένθος τὸ μέγεθος. τότε δὴ, τότε πρὸς ἅπαντων ῥαψῳδεῖται δὴ τὸ Ὁμήρου ἔπος.

Καὶ γάρ τ' ἐκόμησε Νιόβη ἰμυκάζετο πέτρη.

καὶ Γανύμη

T Nam libationes, pyramides, columnæ, V tituli, ad breue tempus duratura, annon superuacanea & ludicris similima? X Sunt verò qui ludos quoq; constituant ad sepulchrum, Y ac funebres orationes habeant, perinde quasi patrocinentur ac testimonium perhibeant defuncto apud inferos iudices. Post hæc omnia supereſt Z exequialis cœna. Iamq; adsunt a necessarij, vt defuncti parentes consolentur, suadéntque vti cibum capiant: quanquam illi per Ioue non illibentes ad id compelluntur, quippe perpetuum iam triduũ enecti fame. Et quousque quæso flebimus? β Sine quiescant Plutonis manes. Quòd si tibi deliberatum est omnino flere, vel ob hoc ipsum cibus est capiendus, quò tanto luctui par esse possis. Tum denique, tum ex omnibus contexuntur duo versus Homerici:

Nam cœpit meminisse ci-

bi Niobe auricapilla. Tum illud,

Γαστέρι δ' οὔ πως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς.

οἱ δὲ ἅπτονται καὶ αἰσχυνόμενοι τὰ πρῶτα, καὶ δεδιότες, εἰ φανοῦνται, μετὰ τὴν τελευτὴν τῶν φιλτάτων, τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμένοντες ταῦτα, καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα εὕροι τις ἄν, ἐπιτηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

Vita defunctos flere haud sinit aluus Achiuos.

At capiunt quidem illi, sed initiò pudibundi, verentesq; ne post charissimorum obitum videantur adhuc affectibus humanis commoueri. Hæc atque his longè magis ridicula reperiet, quisquis obseruârit ea quæ fiunt in luctu, propterea quòd vulgò existiment mortem summum esse malum.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

VT suprà sacrificiorum ritus, ita hîc lugentium stultitiam, & inutilem curiositatē irridet, vt qui causa friuola & adhuc parum comprobata, sed solùm poëtarum fabulis tradita, adducti, manes post hanc vitam vel malè ac variè torqueri, vel in Elysio bene atque beatè agere credant: eoq; mortuorum vicem, cum eiulatu, & multis rebus dolorem testantibus prosequantur. Vtitur autem prosopopœia quadam patris amissum filium lugentis, & filij respondentis ad illius querelas: & vanitatem cùm eorum quæ ab illo fiant, tum etiam opinionis quam de inferis habeat, coarguentis, ostendētisque inutilia planè esse, quæ pro defunctorum solatio atque leuamine instituantur: cùm nihil eorum, ad illorum sensus pertingat. Quam confutationem Lucianus postea ex sua quoq; persona amplificat, enumerando ea quæ ex lu-

ex luctu stulti ac malè curiosi homines, passim circa funera ac lamentationes, circa sepulturas, inferias, ludos funebres, & cœnas exequiales facere consueuerunt. Videtur autem voluisse hoc scripto illud ostendere, videlicet mortem haudquaquam metuendam, aut pro malo putandam esse. Funerum quoque superstitionem, & lugentium stultitiam, vti rem superuacaneam & inutilem ridet in Nigrino, & Charonte, Contemplantium. Iidem Plutarch. in Orat. consolatoria ad Apollonium. & Cic. 3. quæst. Tusc. In narratione autem, secundum poëtarum fabulas, describit inferorum locum & pœnas, tanquam causam existentem omnium eorum quæ in luctu fiunt. Lycurgus apud Lacedæmonios sustulit huiusce modi luctus, & funebres nænias, quas reliquorum hominum vulgus incredibili sumptu & apparatu, etiam per conductos ploratores celebrare consuevit, magna specie dementiæ, quasi manium sit vllus sensus: aut si quid sentiunt, ijsdem rebus delectentur, quas in vita non iudicio, sed animi vitio dilexerunt. Quin & sepulchrorum vniuersam superstitionem submouit, permittens vt non solùm intra ciuitatem humarentur cadauera, verumetiam vt monumenta templis vicina haberentur. Sustulit & funebres expiationes, nec concessit vt quicquam vnà cum cadauere sepeliretur. Nam alienationes, si quid fuisset viuo charissimum, id mortuo addebant in sepulchro, damnosa simul ac ridicula superstitione, quasi mortui sentiant aliquid: sed in puniceo amictu, & oleæ foliis ex æquo positos omnes sepeliri iussit. Vetuit etiam titulos & inscriptiones addi monumentis, præterquam eorum qui in bello cecidissent.

Quæ autem in hoc libro de inferis, & campis Elysijs Lucianus scribit, ex Homero plena descriptione transtulit: apud quem Odyss. xj. Vlysses Tyresiæ vatis ductu ad inferos proficiscitur. Quem imitatus etiam Virg. in 6. Aeneid. scribit Aeneam quoque Sibyllæ ductu iter fecisse illuc: vterque Charontem portitorem vmbras traijcientem viderunt, à quo & ipsi in vlteriorem ripam transpor-

transportantur. Postea ad diuersa distinctaque damnatorum loca circumducuntur, in quibus pro scelerum & ratione & magnitudine, suppliciorum varia genera admirantur.

a OPERAE PRECIVM.] *Propositio.* b Quos sapientes isti vocant idiotas.] Ἰδιώτης, ὁ ἀπολίτευτος, ἢ ὁ ἀμαθής, ἢ ἀγράμματος: id est, *is qui nullo publico munere fungitur, rudis, ignarus literarum. Lucil. Quid ni, & tu idem illiteratum me, atque idiotam diceres.* Cicero 7. *Verrina: Quæ non modò istum, hominem ingeniosum atque intelligentem, verumetiam quemuis nostrûm, quos iste idiotas appellat, delectare possent.* c Homero.] *De Homero fabularum patre, vide Menippi & Aeaci dialogum, inter Mortuorum dialogos, & Philopseudis, de eius authoritate in Piscatore, & cur illi à nonnullis fides habeatur: in libro, Quomodo historia scribenda sit.* d Tartarum vocant.] *Tartarus Hesiodo is locus est, in quo Saturnus, & eius comites continentur. Sæpe tamen pro loco inferorum capitur. Sed eum esse aërem sub vtroque cardine crassum, perpetuò frigidum, Crates scribit. De inferis & campis Elysiis scripsit accuratè Virgilius ex Gobria Mago, apud Academicum Xenocratem, in 6. Aeneid. Lucian. libr. 2. verarum hist. vbi nos plura. Portas & columnas inferorum ex adamante fabricatus est. Sed an inferi sint, & de inferorum pœnis, Cælius libro 6. cap. 9. & sequentibus, lectionum Antiquarum. Dicitur autem Tartarus à ταράττω, id est, conturbo: quòd illic omnia plena sint perturbationis. vel ἀπὸ τοῦ τέρειν, id est, frigoris tremore. Sole enim caret, inquit Seruius in Virg. 6. Aen.* e Tunc regnare in hoc specu.] *Pluto Deus inferni & diuitiarum, cuius nomen opulentiam sonet, à πλουτέω ditor, diues euado: Iouis & Neptuni frater fuit, cui in diuisione mundi contigit Occidentis portio, secus inferum mare: ob id fabulæ locus datus est, vt creditus sit inferorum Deus.* f Porrò Plutonem.] *Pluto tertius Saturni filius, ex Ope, id est, Rhea fuit, cui inferorum regna obuenere.* g Nulli prorsus permittens.] *Apud Virgilium 6. Aen. Sybylla respondet, ad inferos facilem descensum dari: at non quibuslibet inde, nisi paucis, quos Iupiter diis genitos pro-*

pter

pter virtutem adamârit, reditum contingere. Seneca in ludo de morte Claudij Cæsaris : Nec mora Cyllenius illum collo obtorto trâhit ad inferos è cœlo, vnde negant redire quenquam. Versus est Catulli, de passere mortuo Lesbiæ. Idem Seneca ibid. alludēs ad Virg. — facilis descensus Auerni : omnia procliuia sunt, facilè descenditur. h Siquidem Cocyti.] κωκυτὸς à luctu & eiulatu nominatur. Lacus autem est inferorum, qui (ni fallor) ex sententia Homeri Odyss. κ. ex Styge manat. De quo Seneca in Hercule furente sic ait :

— Palus inertis fœda Cocyti iacet.

Virgilius :

Cocytusq; sinu labens circumfluit atro.

Charonti tribuitur animarum transuectio, & purgatio, portia inferni flumina, Cocytum Stygem & Acherontem. i Phlegethon.] *Phlegethon & Lethe fluuij sunt infernales apud poetas. Phlegethon, quòd igne ardeat & flammis æstuantibus sit rapidus, appellatus est, à φλέγω, ardeo, vro. Virg. in Culice:*

Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus vndis,

k Acherontica palus.] *Inferorum fluu. à nomine Acheron, carminibus poëtarum celebris Acheron, quasi sine gaudio interpretatur. Virg in 6:*

Dicitur & tenebrosa palus Acheronte refuso.

Idem lib. 2. Georg. Acherontem auarum vocat, quòd sit insatiabilis vt ex 6. Aeneidos satis dilucidè patet. l Aeacus est.] *Poëtæ fabulantur, hunc apud inferos vnà cum Minoen & Rhadamantho iudicem delectum esse, & sontium crimina discutere, & vnicuique pro merito pœnam constituere. Cui fabulæ occasionem dedit insignis eorum iustitia, qua mortalibus omnibus creduntur præstitisse. De his Virg. 6. Aen. Ouid. in Ibin. Iouis filij fuêre, Aeacus ex Aegina Asopi filia, Minos & Rhadamanthus ex Europa, vterque Cretensis: hic Lyciæ rex, ille Cretæ. m* Canis triceps.] *Cerberus à poëtis fingitur esse canis triceps, inferorum custos. n* Asphodelo.] *Asphodeli mentionem & Homerus fecit, tradiditque manes ea vesci : decantatumque illud Hesiodi libro 1. Operis, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι:*

Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. id est,

& quàm

— & quàm
Magna sit vtilitas maluæ. asphodeliq; virentis.

Vide ea quæ annotauimus in Necromanthiam de Asphodelo. o Lethe.] *Lethei amnis Ptolemæo & aliis sit mentio. Poëtæ scribunt esse inferorum flumen : cuius aquam qui gustat, omnium rerum obliuiscatur. idcirco* ἀπὸ τῆς λήθης, *hoc est, ab obliuione nomen creditur accepisse.* p Qui illinc redierant.] *Ex inferis perpauci ad superos reuersi. Alcestis fuit Pelitai filia, Admeti Pheræorum regis coniunx; pro quo perire non recusauit. Vide Euripidem in Alceste.* q Protesilaus.] *Filius fuit Iphicli, & vnus ex Græciæ principibus ad bellum Troianum profectis, in quo primus Græcorum omnium ab Hectore est interfectus : de quo Lucianus noster in Mortuorum Dialogis, vbi ex morte in vitam reuersus est. Extat præterea Laodamiæ epistola ad Protesilaum, inter Ouidianas. Ex inferis porrò duo Thessali reuersi sunt.* r Theseus.] *Cum Pyrithoo descendit ad inferos, ad rapiendam Proserpinam : sed occiso Pyrithoo, ipse detentus fuit, donec ab Hercule liberaretur.* s Homericus Vlysses.] *Ad inferos viuus descendit, ibique ex Anticlea matre, Elpenore & Tiresia vate multis de rebus certior factus, reuersus est ex inferis. Homerus Odyss.* λ. t In campum Elysium.] *Quæ autem, & vbi insulæ sint beatorum, cùm alij, tum maximè Plutarchus docet in Sertorio, quas vbi copiosè descripsit, eam etiam barbarorum opinionem mentes imbuisse ait, ibi esse campos Elysios, & fortunatorum sedes, de quib. Hom. cecinit. & August. l. 4. de Trin. ex Hortens. hæc Ciceronis verba citat: De omnibus, inquit, virtutibus quatuor magnus author eloquentiæ Tullius in Hortensio dialogo disputans : Si nobis, inquit, cùm ex hac vita migrauerimus, in beatorum insulis, immortale æuum, vt fabulæ ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquentia?* u Vectori daturus.] *Portitorem Virgilius vocat, quem Charonta faciunt. Attici in ore mortuorum binos obolos ingerebant, vt naulum soluerent apud inferos : quemadmodum in Ranis Aristophanis eius fit mentio.* x Post hos lotos.] *Lauabant autem Ethnici olim sepulturæ danda corpora. Euripides in Hecuba:* ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις λάσω, *Etenim:*

Tarqui-

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.

Mortui, inquiunt Grammatici, calida aqua abluuntur, & per interualla conclamantur, quod solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari & homines fallere, nec non Christiani. Tertullianus, rigere & pallere post lauacrum mortuus possum. Vide ea quæ annotauimus in Charonte. y Vncto corpore.] *Moris erat apud priscos, maximè Aegyptios, defunctorum cadauera, ne putrescerent, vnguentis perungere. Qui mos & his temporibus apud principes, sicut alia pleraque gentilium, magno stultitiæ argumento durat.* z Accedunt ad hæc.] *Hypotyposis eorum quæ à parentibus fiunt.* A Ait enim pater.] *Querela parentum.* B Reliquumque mundum.] *Inferia mortuorum.* C Hæc omnia.] *Amplificatio è causa.* D Homo infelix, quid clamas?] *Responsio filij, qua stultitiam lugentium, vti rem superuacaneam & inutilem coarguit.* E Denique ad istum modum.] *A consequentibus.* F Non cogitas.] *A contemptu eorum, quæ in terris pro bonis habentur.* G Vide ne illud.] *A falsa opinione.* H Eiulatus vester.] *Ab inutili.* I Coronis ornatum.] *Olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Hinc τοῦ σελίνου δεῖται prouerbio dictum ab antiquis, quoties morbum capitalem innuebant aut vitæ periculum imminere.* K Merum infunditis.] *Vinum in rogum fudisse veteres, sunt testes, Homerus Iliad. ψ. & ω. Virg. 6. Aen. Calaber. libr. 3. Catull. Ausonius:* Spargè mero cineres —. *Plin. libr. 14. cap. 12.* L Asphodelus.] *Ex hoc ac multis alijs Luciani locis colligere licet, asphodelum herbam esse plebeiam ac vilem, atque hac victitare manes, apud quos nullus luxus, nulla sit ambitio. Quinetiam apud Theocritum Idyllio septimo, asphodelus inter rusticanas herbas commemoratur:* Κνύσᾳ τ' ἀσφοδέλῳ τε, πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ. *Vide Dioscoridem libr. 2. cap. 64. Galenum lib. 6. simpl. medicam. Hastula regia vocatur. eius radix olim esui fuit, teste Hesiodo: quæ & magnificè laudibus effertur à Nicandro in Theriacis.* M Sed dicito.] *Hactenus per prosopopœiam. iam ex sua persona stultitiam lugentium ridet, ex consequentibus & effectu.* N Sepulturæ rationem in varios diuidunt modos.] *Sepulchrorum varias species, va-*

rios quoque sepeliendi mores, tibi licebit perspicere in libello Lilij Gyraldi, quem de vario gentium sepeliendi ritu, multiplicique instituto inscripsit. O Nam Græcus exurit.] *Græcorum sepeliendi morē, & illos cadauera combussisse, manifestius ex poëtis colligimus, atq; in primis Homero, qui in Patrocli funere rem clarissimè executus est: in cæteris ea ferè quæ nostri. Cæterùm qui pro patria occubuissent; longè honestiore exequiarū honore afficiebantur: quā rem lucidentissimè describit Thucydides.* P Persa defodit.] *Persas cæra circumlitos mortuos condire solitos, scribit M. Cicero, vt quammaximè corpora diuturna permanerent. Hoc & Assyrijs attribuitur. Strabo etiam: Sola, inquit, sepeliūt corpora Persæ cæra oblinentes: Magi verò in epultos canib. edendos dimittunt. D. Hieron. Persas, ait, non priùs cadauera humare, quàm aut ab alite, aut à cane traherentur. Idem & Procopius. Idem & Agathias in secundo historiarum, cùm de sepultura ageret Mermeroës Persarum regis, viri strenuissimi: Tunc, inquit, in destinatum locum, solum nudumque cadauer regis mortui reliquerunt, canibus simul & auibus eusmodique cæteris carnisoris obscœnisque animantibus vorandum: quandoquidem (inquit) hunc Persæ seruant sepeliendi ritum, vt nudata à canibus & feris ossa, per campos dispersa maneant: neq; enim aut vrna condere, aut terra obruere defunctorum corpora fas est Persis.* Q Indus adipe suillo.] *Inungebant cadauera pollinctores & libitinarij, quæ in pyra mox cremarent. Declarat id post Homerum Iliad. sexto, Virgilius:*

—corpusq; lauant frigentis, & vngunt.

In vulgatis Luciani codicibus malè, vt puto, ὐάλῳ pro μυέλῳ legitur, hoc est, medulla. Alij Indis, qui Macrobij cognominati sunt, hoc ipsum attribuunt. Diuersa ab his Sextus Pirrhonius: Indorum enim, ait, aliqui vulturibus cadauera lanciranda exponunt. Indorum certè multiplex variaque sepeliendi consuetudo fuit. R Scytha deuorat.] *Quoniam amplissima latissimaque est Scytharum regio, Scythis varia quoque sepeliendi consuetudo fuit. Nam Tertullianus quoque scribit, altos esse Scythas qui inter epulas defunctorum corpora deuorant. Sunt ex ijs aliqui, quibus ferè perpetuæ sunt nives, qui parentum cadauera inter nives ipsas & glaciem truncis af-*

tis affixa arborum suspendunt: arbitrati, flagitium & scelus esse ea terræ mandare. Alij defunctorum corpora condiunt, eaque plastris imposita proximi ad amicos circumferunt, qui cadauer suscipientes, epulum ijs qui illud sequuntur exhibens: & in hunc modum quadraginta diebus priuatorum hominum comitatus circumagitur: posthac humatur, si prius tamen cadauer expurgauerint. S Muria condit Aegyptus.] Sex. Empiricus tradit, Aegyptios mortuorum intestina educere, dein corpora salire: Chrysippus & Cicero, condire & domi seruare: Plutarchus in Symposio, cadauera aperire, apricoque aliquo loco Soli exponere, intestina in flumen iacere, reliquum purgatum corpus asseruare: Strabo verò, ab alijs quidem cadauera in flumen præcipitari, ab alijs verò nitro circundata domi seruari, ab alijs in vasis fictilibus, alueoliúq; quibusdam circum templa defodi & condi. Herodotus, & Herodotum secuti, scribunt in hunc propè modum: Vbi vita functus homo est, ferro incuruo inflexoq;, ad hoc parato, cerebrum per nares mortuo educi, locum medicamentis expleri, intestinisq; purgari, & lapide, vt diximus, Aethiopico illa discindi, odoramentis compleri, mox consuto ilij vulnere, nitro saliri, septuaginta dies, quod vltra non liceret, lugeri (quare Moses cùm de Iacobo ait, qui in Aegypto decessit, illum, ait, Iosephi filij iussu ibi tum præpotentis, more Aegyptio quadraginta diebus conditum, defletumque septuaginta fuisse) inde cadauer linteamine inuolutum, gummique illitum, in ligneam hominis effigiem ad hoc paratam componi. Alterum dehinc subditiaem Herodotus mediocrium sepulturæ genus, tum & tertium: sed quæ nihil ferè differant, nisi sumptu. Fuit & illa apud Aegyptios consuetudo, vt creditoribus in pignus darent parentum corpora: quæ qui non redemisset, perpetua infamiæ nota inurebatur. T Nam libationes.] Sepulchri formam alij non maiorem apud antiquos, quàm vt corpus caperet, faciebant: quod à plerisque hoc quoque tempore seruari videmus. Fuerunt & qui columnas ingentes, aut pyramides, procerisve colossos erigerent. Aegyptiorum in primis, in construendis monumentis ingens fuit ambitio. Sunt & hodie plerique, qui nullis sumptibus, nullis quantumuis immodicis expensis

parcunt, vt illustria monumenta construant : non illa quidem perpetuò duratura, vt quæ omni tum fortunæ tum temporis iniuriæ sint exposita : qui tamen haud immeritò nonnullam aliquius saltem temporis gloriam consequuntur : ex ijs enim eorum quædam animi magnitudo conspicitur. Sed qui didicerunt, nulla esse monumenta perenniora ijs quæ animo & ingenio parantur, omni ope & studio nituntur, vt sibi tale comparent monumentum, quod duret æternùm. V Tituli.] ἐπιγράμματα, tituli, qui & epitaphia dicuntur, à Græcis versibus, à Latinis prosa oratione frequentius conscripta sunt. Sed Plato sepulchrorum titulos non vult quatuor versiculorum numerum excedere: quos &, quod Elego plerunq; carmine fierẽt, ἐλεγεῖα à Græcis sæpe vocatos reperies. X Sunt verò qui ludos.] Ludos funebres & Græci & Romani instituerunt, quos inceptari tuba, vel ex hoc Virgilij carmine cognoscimus :

Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Qui verò ludis præerant, Designatores vocabantur : quo nomine & qui funera curant, nonnunquam dicti sunt. Funebrium autem ludorum principium à Græcis incœpisse, manifestè ostendit Homerus : à quo suos funebres ludos Virg. & Statius desumpsêre. Ea verò funera, quibus ludi adhibebantur, simpludearia dicta sunt : vt ex Ticinio antiquissimo poeta colligitur. Indictiua autem ea dicebantur, quibus non modò ludi adhibebantur, sed & designatores : atq; ideo amplissima putabantur. Dicta verò eo nomine, quòd per præcones indicerentur, vt Festus subinnuit : tametsi eo loci perperam quidam inductiua supposuit. Ludi tamen qui mortuorum causa celebrabantur, nouendiales appellati sunt : nec fas erat, eodem die & parentare, & eos exhibere, qui vt esset conueniendi spacium indicebantur.

Y Ac funebres orationes.] καὶ λόγους ἐπιταφίους. Mos erat apud Athenienses, vt qui in prælio cecidissent, publicitùs oratione laudarentur, quam illi vocant epitaphium. in hac magno artificio amplificabantur & ciuitas Athenienſis, & populus, postremò peculiariter hi qui fortiter in bello mortẽ oppetiſsent.

Z Exequialis cœna.] Afferebantur & interdum epulæ dapesq; ad sepulturam, vbi quoq; antiqui epulabantur. Vnde sunt apud autores ferales cœnæ, silicernia, & funerum fercula:

quem

quem morem vix dum Christiana lex compescuit. Extant certè diui Ambrosij, & aliorum post eum contra hanc consuetudinem orationes & decreta: in cuius quidem vicem (adeò difficillimè potuit aboleri) in quibusdam adhuc regionibus, in parentationibus perseuerat, vt domi amici & cognati conuocentur: peractisque ad sepulchrum iustis & funeralibus, domi comiuia, & quidem lautissima agitant, in quibus & demortui laudes & viuentium solatia à sacerdote, vel pro eo ab alio, post epulas funebri oratione referuntur. α Necessarij.] οἰκεῖοι dicuntur cognati, vel affines, vel amici, & hi quibus vti familiariter solemus: quòd necessaria inter eos officia conferantur. Cic. Planco, lib. 13. Epistol. Nec dubito quin scias in ijs necessarijs qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse vel coniunctissimum, vide l. quamuis. 2. C. de adulterijs. β Sine quiescant Plutonis manes.] *Sunt qui putant, hoc nomine fuisse appellatas animas separatas à corpore: vnde videmus vetusta sepulchrorum monumenta Dijs manibus esse inscripta. Et qui sepulchra demoliebantur, Deos manes violare putabantur. In corpore, Genij dicuntur: à corpore separatæ, Lemures: quum incursionibus domos infestant, Laruæ appellantur: contrà, si bonæ fuerint, Lares familiares.* γ Nam cœpit meminisse ei. bi Niobe.] *Homerus Nioben, infelicem illam matrem, post xot filiorum necem de cibo cogitasse inducit. Sunt alij qui eam nimio lachrimarum fletu in saxum diriguisse cecinerunt, perpetuis quasi lachrymarum guttis manans.*

ΠΡΟΣΛΑΛΙΑ, Η Ηρακλῆς.

PRAEFATIO, SEV Hercules Gallicus.

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

PRæfatio est eiusdem rationis, cuius & superior, nisi quòd quantum ad argumentum attinet, rationem & causam hîc reddit, cur natu iam grandior adhuc in eloquentiæ exercitatione versetur: studium atq; ætatem suam exemplo eo defendens, &, vt ipse ait, etiam consolans, quo apud Gallos ipsa eloquentia depingitur, nimirũ Herculis, eiusdemq; iam senioris imagine. Fingit autem imaginem seu typum eum à sacerdote quodam Gallorum, quales ea ætate Druidæ fuisse perhibentur, explicatam, & singulorum picturæ eius membrorũ rationem sibi traditam esse etiam Homeri atq; aliorum poëtarum locis, vtpote à perito Græcarum literarum additis. De quibus in ipso orationis contextu ac serie videri satius est, quàm hîc pluribus immorari.

ΤΟν Ηρακλέα οἱ Κελτοὶ Ογμίον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ, τὸ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ, πάνυ ἀλλόκοτον γράφουσι. γέρων δεῖν αὐτοῖς ἐς τὸ ἔσχατον, ἀναφαλαντίας, πολιὸς ἀκριβῶς, ὅσαι λοιπαὶ τῶν τριχῶν, ῥυσὸς τὸ δέρμα, καὶ δακεκαυμένος ἐς τὸ μελάντατον, οἷοί εἰσιν οἱ ταλαιπουργοὶ γέροντες. μᾶλλον δὲ Χάρωνα, ἢ Ἰαπετόν τινα τῶν ἑποτρ=

τρίων,

HErculẽ.[a] *Galli lingua gentis vernacula Ogmium vocant. Porrò deũ ipsum noua quadam atque inusitata figura depingunt. Decrepitus est apud illos, recaluaster; reliquis capillis, si qui reliq; sunt, planè canis: cute rugosa, & in aterrimũ exusta colorem, cuiusmodi sunt nautæ isti senes. Charontem potius aut Iapetum quempiam ex his*

τρίον καὶ παντα μᾶλλον, ἢ Ἡρακλέα εἶναι ἂν εἰκάσειας. ἀλλὰ καὶ ζωῦδός ὢν, ἔχει ὅμως τὸ σκυλῖον τῆ Ἡρακλέους καὶ γὰρ τὸ διφθέραν ἐνῦσθαι τὸ τῆ λεοντος, καὶ τὸ ῥόπαλον ἐχειν τῆ δεξιᾶ, καὶ τὴ φαρετρᾶ πρόχειρη ἔχειν, καὶ τὸ τόξον ἐντεταμένον ἀεὶ σπᾶσθαι ἐπιδεικνυσι, καὶ ὅλως, Ἡρακλῆς δῆτα ταῦτα γε ὥμιλωσεν ἐφ' ὕβρει τῶν Ἑλλήνων θεῶν ζωγραφῶν πρανομεῖν τὸς Κελτὸς, εἰς τὸ μορφὴν τὸ τῆ Ἡρακλέους, ἀμωμοσμένους αὐτῆ τῆ ζωγραφῆ ὅτι τὸ χώραν ποτὲ αὐτῶν ἐπῆλθε, λείαν ἐλαύνων, ὁ πότε τὰς Γηρυόνου ἀγέλας βιασάμενος τὰ σώματα τῶν ἐσπερίων γηῶν. διὰ ζωγραφίαν τὸ παραδοξότατον ἀδίκημα ἔφυγε τὸ ἀκόνος· ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ἐκεῖνος ἀνθρώπων παμπόλυτι πλήθος ἕλκει, ἐκ τῶν ἄκρων ἁπάντας ἀγόμενος. ἀσμενὶ δὲ ἰδεῖν, οἱ σαρὰ λιπλὰ, χρυσῶ καὶ ἠλέκτρου ἠγασμένα, ὅρμοις

his qui apud inferos versantur, diceres. In summa, quidvis potius quàm Herculem esse conijceres ex imagine. Atque tali specie quum sit, tamen Herculis ornatum gerit, vt qui tum leonis exuuium indutus sit, tum clauam dexterâ teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum tensum læua prætendat: denique modis omnibus Herculem esse. Hæc equidem arbitrabar in Græcanicorum deorum contumeliam perperam facere Gallos, quum eum eiusmodi fingerent effigie: quo nimirum illum talibus picturis vlciscerentur: quòd olim in regionem ipsorum incursasset prædas agens, id temporis, quum Geryonis armenta vestigans, Occidentalium gentium pleraque regiones peruastaret. At nondum etiam dixi.

id quod erat in imagine maximè nouum atque mirandum. siquidem Hercules ille senex, ingentem admodum hominum multitudinem trahit, omnibus ab aure reuinctis: porrò vincula sunt [b] catenulæ tenues, auro electróve confectæ,

ὅρμοις ἐοικυῖαι δεῖς λαμπίσεις, καὶ ὅμως ἀφ' ὕπνος ἀεθλιωτῶν ἀγόμφροι, οὔτε δρασμὸν βουλεύουσι, μιμάμφροι ἂν ὑμαρῶς, οὔτε ὄλος ἀντιβάντουσιν, ἢ δεῖς ποσὶν ἀντιβάσουσι, πρὸς τὸ ἐναντίον τῆς ἀγωγῆς ἐξυπλίζοντες, ἀλλὰ φαιδροὶ ἕπονται, καὶ χαμηδότων, καὶ τὸν ἄγοντα ἐπαινοῦντες, ἐπιγόμενοι ἅπαντες, καὶ ὑφωνεῖν ἐθέλοντι τὸ ἱστορικὸν ἐπιχαλῶντες, ἐοικότες ἀχθομηδομένοις, εἰ νυθίζοιντο· ὃ δὴ πάντων ἀποπώτατον ἔμοιγε ἔδοξεν, μὴ ὀκνήσω καὶ τοῦτο εἰπεῖν· ὁ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος, ὅθεν ἐξάψει τῆς σφαῖρας τὰς τῶν ἱστορικῶν ἀρχάς, ἅτε δὴ λιχνίας μὴ ἔχων τὸ ῥόπαλον, τὰ λαιᾶς δὲ τὸ τόξον ἐχούσης, τυπάνῳ τε θεοῦ πλὴν γλῶτταν ἄκραν, ἐξ ἑκάστης ἑλκομένους αὐτὰς ἐποίησε, μὴ ἐπισπασθαί γε εἰς τὸς ἀγομένους μᾶλλον. ταῦτ' ἐγὼ μὲν ἐπὶ πολὺ εἰστήκειν ὁρῶν καὶ θαυμάζων, καὶ ἀχθόμενος καὶ ἀγανακτῶν. Κιναίδος δέ τις παρεστὼς, οὐκ ἀπαύδων

pulcherrimis iſtis monilibus adſimiles. Atqui quum vinculis vſque adeò fragilib. ducantur, tamen neq; de fugiendo cogitant, quum alioqui commodè poſſint, neq; prorſus obmutiunt, aut pedibus aduerſus trahentem obtendunt, ſeſe reſupinãtes: verùm alacres ac læti ſequũtur, ducentem admirantes, vltrò feſtinantes omnes, & laxatis funiculis etiam anteuertere ſtudentes, perinde quaſi grauiter laturi ſi ſoluerentur vinculis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium abſurdiſſimum. etenim quum non inueniret pictor vnde catenularum ſummas anſas necteret, videlicet dextera iam clauam, læua arcum tenente, ſummam Dei linguam perterebrauit, atque ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipſe nimirum ad eos qui ducebantur, vultum & oculos conuertebat arridens. Hæc ego quum diutiùs eſiſtens eſſem contẽplatus, admirans, hæſitans, indignans: Gallus quiſpiam, qui propiùs

παίδευτος τὰ ἡμέτερα, ὡς ἔδειξεν, ἀκριβῶς Ἑλλάδα φωνὴν ἀφιεὶς, φιλόσοφος, οἶμαι, τὰ ἐπιχώρια· ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ ξένε, λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα· πάνυ γὰρ ταραττομένῳ ἔοικας πρὸς αὐτήν. τὸν γόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ, οὐχ, ὥσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες, Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλεῖ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι παραπολὺ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος οὗτος. εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ ῥαυμάσῃς· μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φιλεῖ ἐυτελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμὴν, εἴ γε ἀληθῆ ὑμῶν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν, ὅτι αἱ μὲν τῶν ὁπλοτέρων φρένες ἠερέθονται, τὸ δὲ γῆρας ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. οὕτω γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος ὑμῖν ἀποῤῥεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν

propiùs adstabat, nostratium literarum non indoctus (id quod declarauit, quum Græcanicam linguam absolutè sonaret, [c] philosophus opinor, ex eo genere Philosophorum quod apud illos esse fertur) Ego tibi, hospes, inquit, picturæ istius ænigma explicabo: nam vidêre vehementer ad eam attonitus, ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Græci: verùm Herculi illam tribuimus, propterea quòd hic Mercurio longè robustior extiterit. nam quòd senex fingitur, nihil est quòd mirêre, Siquidem vna facundia cõsueuit in senecta demum absolutum vigorem ostendere. si modò verum vestri dicunt poëtæ,

Obduci iuuenum densa caligine pectus:

Contrà senectam posse quiddam dicere, Rudi iuuenta melius ac præclarius. Hinc videlicet apud vos & [d] Nestoris lingua mellè profluit, & Troianorum concionatores

πλὴν ὅπα πλὴν λελεύσθαν ἀφιᾶσιν, ἰὰν δῆ τινα λέξια ἦρ λαλῆται, ἃ γε μέμνημαι, τὰ ἄνθη. ὥστε ἀ ἔτ ὦτων ἐνδεδεμένος τὸς ἀνθρώπους πρὸς πλὴν γλῶτταν ὁ γέρων οὗτος Ηρακλῆς, ὁ λόγος ἔλκει, μηδὲ ἔτ θαυμάσῃς, ἀδὸς πλὴν ἔτ ὦτων καὶ γλώττης συγγένειαν, ὃν ἴσθι εἰς αὐτὴ, ἃ ταύτη τετύπτησαι. μέμνημαι γάρ, ἔφη, καὶ ἐμβείων, παρ' ἡμῖν μαθών. τοῖς γὰρ κάλοις ἐξ ἄκρας γλῶττα πᾶσιν ὀπὴ τετρυπημένη. τὸ δ' ὅλον, καὶ αὐτὸ ἡμᾶς ἔτ Ηρακλέα λόγῳ τὰ πάντα κινήσαι ἐξεργάσασθαι, σοφὸν γενόμενον, καὶ πεισθῆναι πλῆσαι βιάσασθαι. καὶ τὰ γε βέλη αὐτὸ, οἱ λόγοι εἰσὶν, οἷμαι, ὀξεῖς καὶ ἄυσηροι καὶ ταχεῖς, καὶ τὰς ψυχὰς τι πρώσκοντες πλρόμπτα γὰρ τὰ ἔπη καὶ ὑμᾶς φασι εἶναι. Τοσαῦτα μὲν ὁ Κελτὸς, ἐμοὶ δὲ, ἴσως περὶ τῆς λεύρου παρόδου ταύτης ἐσκοπέμλω πρὸς ἐμαυτὸν, ἃ

lirioëssam edunt, videlicet floridam quandam vocem: nam liria, si satis commemini, flores appellantur. Proinde quòd ab auribus vinctos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non aliud quàm ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguæ cum auribus esse cognationem. Neque verò ad contumeliam illius illud pertinet, quòd ea percussa est. nam memini, inquit, & Iambicos quosdam versiculos è comœdijs apud vos discere:

Siquidē viris loquacibus
Extrema lingua perforata est omnibus.

Quin de eodem hāc in summa habemus opinionem, vt quicquid egit, id oratione facundiaq; confeciſſe putemus: vtpote virum sapiētem, ac persuadendo p'eraque si-

bi subegisse. Iam tela illius nimirum rationes sunt acutæ, missiles, citæ, atque animam sauciantes: vnde pennigera dicta vos quoq; nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem quū huc me conferens mecum inter eundum perpenderem, num decorum

μοι καλῶς ἔχοι, τηλικῷδε ὄντι, καὶ πάλαι τ̄ ἐπιδείξεων πεπαυμένῳ; αὖθις ὑπὲρ ἐμαυτ̄ ψῆφον διδόναι τοσούτοις δικασταῖς κατὰ καιρὸν ἐπῆλθεν ἀναμνησθῆναι τῆς εἰκόνος. τέως μὲν γὰρ ἐδεδίειν, μή τινι ὑμῶν δόξαιμι κομιδῇ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι, κἀτά τις Ομηρικὸς νεανίσκος ἐπιπλήξειμοι εἰπὼν τό· Σὴ δὲ βίη λέλυται. καὶ Χαλεπὸν γῆρας κατείληφέ σε; Ηπεδανὸς δέ νυ τοι θεράπων, βραδέσι δέ τοι ἵπποι· ἐς τοὺς πόδας τοῦτο ἀποσκώπτων. ἀλλ' ὅταν ἀναμνησθῶ τοῦ γέροντος ἐκεῖνου Ηρακλέους, πάντα ποιεῖν προάγομαι· καὶ οὐκ αἰδοῦμαι, τοι αὐτὰ τολμῶν, ὑλικιώτης ὢν τ' εἰκόνος, ὥστε ἰσχὺς μὲν καὶ τάχος καὶ κάλλος, καὶ ὅσα σώματος ἀγαθὰ, χαιρέτω, καὶ ὁ ἔρως ὁ σὸς, ὦ Τήϊε ποιητὰ, εἰσιδών με, ἱπποπόλιον γενέσιον, χρυσοφαγένων, εἰ βούλεται, πτερύγων, ἢ ἀεταῖς παραπετέσθω,

decorum iam esset, vt iam grandis natu, quiq; iam pridē ab his doctrinæ certaminib9 memet abdicassem, rursum me tam multorū iudicū calculis exponerem iudicandū, in tempore subijt animum meum eius picturæ recordatio. nam antehac verebar ne cui vestrûm viderer hæc admodū pueriliter agere, quasiqúe præter ætatem iuuenari. Proinde ne quis Homericus adolescentulus illud mihi impingeret dicens:

Aetas iam perijt tua.

tum illud:

Ac te corripuit cariosa senecta, minister
Inualidusq; tibi, es segnes tardiq; caballi:

videlicet eo scommate pedes meos notans. Verùm quoties senex ille Hercules recurrit animo, ad quiduis adducor vt faciam: neq; me pudet hæc audere, quum sim ipsi æqualis imagini. Itaq; robur, celeritas, forma, & si qua sunt alia corporis bona, valeant, cumq; his tuus, ô Teie vates, Cupido, vbi memento subcano videris, auro rutilantibus alis, si videbitur, vel aquilas præteruoles,

neq;

καὶ ὁ Ἱπποκλείδης ἐφρουτίδ-
ωλόφ, νῦν ἂν μάλιστα ἀ-
νηθῆν καὶ ἀνθεῖν, καὶ ἀκμά-
ζειν λαθ' ὥραν ἔτι, καὶ ἕλκειν
τῶν ὤτων, ὅσοις ἂν πλέεσθαι
δύνηται, καὶ τοξεύειν πολ-
λάκις, ὡς οὐδέν γε δεῖ, μὴ
ἐγνωσθεὶς λάθοι ὁ γεροντὸς αὖ
θις. ὁρᾷς ὅπως παραμυθοῦ-
μαι τὴν ἡλικίαν, καὶ τὸ γῆ-
ρας τὸ ἐμαυτοῦ. καὶ δὴ καὶ τὴν
ἐτόλμησα, πάλαι ὑγιῶς
κημένην τὸ ἀκάτιον καταπ-
πάσας, καὶ ἐκ τῶν ἐνόντων
ἐπισκευάσας, αὖθις ἀφῆνα
ἐς μέσον τὸ πέλαγος. εἴη δ'
ὦ θεοί καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἐπ-
νεῦσαι λιξιὰ, ὡς νῦν γε μάλ-
ιστα πλησίον τε καὶ ἐφ-
ανοῦ, καὶ ἑταίρου ἀνέμου δεό-
μεθα, ἵνα ἃ ἄξιοι φανοίμε-
θα, καὶ ἡμῖν τὸ Ὁμηρικὸν ἐ-
κεῖνο ἐπιφθέγξηταί τις,

Οἷλω ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδια φαίνει.

[e] neq; laborabit Hippoclides, imò nunc vel maximè tepestiuum fuerit facundia repubescere, florere, vigere, & quàm licet plurimos ab auribus ducere, ac sapiùs arcu ferire: quandoquidem periculum non est, ne quando quis præter spem pharetram inanem reperiat. Vides quibus modis ætatem meam, meamq; senectutem ipse consoler, animemq;, adeò vt non sim veritus nauim iam olim in terram subductam, denuò reuellere, suisq; instructam armis medium in pelagus demittere. Contingant autem à vobis, ô dij, afflatus secundi, quandò nunc vel maximè præsente bono atque amico vento nobis est opus: quo si digni modò videbimur, in nos quoq; dicat aliquis [f] Homericum illud:

Quos profert senior pannis è vilibus armos.

GILBER-

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a HERCVLEM.] *Celtæ Herculem, Ogmion ab illis dictũ, eloquentiæ ac prudentiæ Deum existimabant: itaque effictum colebant, senem penè decrepitum, caluum, paucis capillis, coloratum, fuscúmve & rugosum; quales videlicet seniores nautæ marini: leonina pelle indutum, rhopalon, id est, clauã dextra, sinistra arcum tenentem, pharetrã ex humeris dependente, catenulis verò ex auro & electro admodum tenuibus, linguæ suæ extremitate perforata insertis, maximam hominum multitudinem non inuitam, sed sponte sequentem, auribus alligatis trahentem. Huiusmodi verò Herculis statua, miro artificio sculpta Romæ conspicitur in turri quadam, quæ à templo D. Ludouici non procul distat. Atque eadem ferè est, quæ depicta cernitur statim in principio quorundam librorum, excusorum ab Andreæ Cratandro Basilienſi. Hæc nobis significat. Herculem virtute & consilio præstantem dissipatos Celtas vnum in locum congregasse, eosq; ex ferocitate quadam ad iustitiam atque mansuetudinem transtulisse, & inuento diuino, & humano iure mœnibus obsepsisse.* b Catenulæ.] *Herculem Ogmium eundem cum Mercurio existimauit religio Druydarum, & Aegyptiorum schola. Mercurij catenæ meminit Eunapius Sardianus: Herculis sua catena auribus hominum inserta, eos circumducebat. Vtæque inuictæ eloquentiæ fuerunt, & linguæ lenocinio auditores quoscunq; rapere & traducere potuerunt.* c Philosophus ex eo genere.] *Præter Druidas fuerunt etiam in Gallia Bardi, fuerunt & vates siue vaties, ita Strabo lib. 4. appellare videtur eos, qui à Marcellino libr. 15. Eubages, à Diogene Laërt. σεμνοθεοι, à Diodoro Saronidæ dicuntur. Ex quo genere philosophorum fuisse verisimile est eum quem Lucianus hic picturæ sibi ænigma explicasse fingit. Ex Ausonio colligimus, fuisse in Gallia diuersas Druidarum familias, eorumq; nomen etiam sub Christianis imperatoribus celebre admodum fuisse. Sanè Plinius scribit, Tiberij principatum sustulisse Druidas Gallorum, & id genus vatum medicorumq; Suetonius etiam, Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis & tantum ciuibus sub Augu-*

sub Augusto interdictam penitus Claudium abolevisse auctor est d Nestoris lingua melle profluit.] *Cic. de Senect. Videsne, vt apud Hom. sæpissimè Nestor de virtutibus suis prædicet? tertiam enim iam ætatem hominum vivebat: nec erat ei verendum ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens aut loquax. Etenim, vt ait Homerus, ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio, &c. de Nestore Hom. Iliad. α & β.* e Neque laborabat Hippocrides.] *Hoc adagio quoq; vsus est in apologia Pro mercede conducti.* f Homericum illud.] *Ex Odyssea σ. de Vlysse certaturo cum Iro. Id Lucianus torquet ad senem ingenio facundiaq; præcellentem.*

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚΤΡΟΥ ἢ τῶν κύκνων. DE ELECTRO, seu Cygnis.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

ET hæc superioribus consimilis præfatio est, in qua seipsum ac scripta sua extenuat, adhibita similitudine fabulæ eius quæ de electro & Phaëthonte, ac cygnis Eridani à poëtis traditur: quam vt fictam ac falsam præsens experientia ostendit, ita se vereri quoque ait, ne conceptam de se opinionem, auditorum præsentia imminuat, ac falsam coarguat. Commendat tamen interim eo nomine orationem suam, quòd simplex sit, & minimè cygnis illis Padanis ac fabulosis, quod ad canoritatem spectet, similis: neque etiam illorum fucatis scriptis, qui dum electrum atque aurum & speciosa omnia affectant, Eridanum istum ac cygnos poëticos vanitate ac fumo longè excedant.

Ηλέκτρου

Ἠλέκτρου περὶ καὶ ὑμᾶς δηλαδὴ ὁ μῦθος πέπεικεν, αἰγείρους ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ ποταμῷ δοκρύειν αὐτὸ, θρηνούσας τὸν Φαέθοντα. καὶ ἀδελφάς γε εἶναι τὰς αἰγείρους ἐκείνας τοῦ Φαέθοντος. εἶτα ὀδυρομένας τὸ μειράκιον, ἀλλαγῆναι ἐς τὰ δένδρα, καὶ ἀπρεπάζειν ἔτι αὐτῶν δάκρυον, δῆθεν τὺ ἤλεκτρον. τοιαῦτα γὰρ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ἀκούων τῶν ποιητῶν ᾀδόντων, ἤλπιζον· εἴ ποτε γενοίμην ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ὑπελθὼν μίαν τῶν αἰγείρων, ἐκπετάσας τὸ πεκόλπιον, ἐποδέξεσθαι τῶν δακρύων ὀλίγα, ὡς ἤλεκτρον ἔχοιμι. καὶ δὴ οὐ πρὸ πολλοῦ κατ' ἄλλο μὲν τοι χρέος, ἧκον δ' ὅμως ἐς τὰ χωρία ἐκεῖνα· καὶ ἔδει γὰρ ἀναπλεῖν κατὰ τὸν Ἠριδανὸν, οὔτ' αἰγείρους εἶδον, πάνυ πρισκοπῶν, οὔτε τὸ ἤλεκτρον. ἀλλ' οὐδὲ τοὔνομα τοῦ Φαέθοντος ᾔδεσαν οἱ ἐπιχώριοι. ἀναζητοῦντος γοῦν ἐμοῦ,

Quàm super electro poëtæ cõmenti sunt fabulã, ea & nobis planè persuasis fidẽ fecit, esse scilicet in ripis Eridani populos, quæ lachrymantes illud destillarẽt, Phaëthontẽ lugentes, easdemq; Phaëthõtis sorores fuisse populos: deinde iuuenis casum luctu prosequẽtes, in arbores fuisse commutatas, atq; etiamnum è lachrymis illarum electrũ defluere. Hæc inquã cũ poëtas canentes audîssem, in spẽ veniebã, vt siquando ad Eridani littora delatus essem, vnã accedens ex arboribus ac recluso sinu & cortice, nonnullas me suscepturũ lachrymas, vt ego quoq; electrũ possiderẽ. Et sanè nõ multà antè alterius negocij conficiendi gratia ea in loca iter habens deueni, & erat mihi commodùm traijciendus Eridanus: neq; tamen cùm diligenter omnia loca circumcircà oculis obissem atq; perlustrâssem, aut populos vidi, aut electrum conspexi, sed Phaëthontis nomen ne notum quidem erat incolis. Exquirente tandem me,

atq; inter-

καὶ ἀπωθανομένῳ, πότε δ' ἐπὶ τὰς ἀγέρας ἀφιξόμεθα, τὰς τὸ ἤλεκτρον ἐκδιδόασιν; ἐγέλων οἱ ναῦται, καὶ ἤξιον σαφέστερον λέγειν, ὅ, τι καὶ θέλοιμι. ἐγὼ τὸν μῦθον διηγεῖσθαι αὐτοῖς, Φαέθοντα γενέσθαι φασὶ παῖδα, τοῦ Ἡλίου τὴν ἡλικίαν ἐκβάντα, αἰτῆσαι παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐλάσαι τὸ ἅρμα, ὡς ποιήσειε καὶ αὐτὸς, μίαν ἡμέραν τῷ ἄρματι χρήσασθαι. τῷ δὲ ἀρκέσαι ἐκβάντα, καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ πρεσβύσας ἐνταῦθά που, ἔφην, παρ' ὑμῖν, ἵνα περ καὶ κατέπεσεν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἀγέρας γενέσθαι, καὶ δακρύειν ἐπ' αὐτῷ τὸ ἤλεκτρον. τις ταῦτά σοι, ἔφασκον, διηγήσατο ἀπατεὼν, καὶ ψευδόλογος ἄνθρωπος; ἡμᾶς δὲ οὔτε λιβιοχόν τινα ἐκπίπτοντα εἴδομεν, οὔτε τὰς ἀγέρας, ἃς φῂς, ἔχομεν. εἰ δὲ ὧν τι τοιοῦτον, οἷα ἡμᾶς ἀνοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα ἐρέσσειν ἂν, ἢ ἕλκειν τὰ πλοῖα πρὸς ἐναντίον τὸ

atque interrogante, Quando verò ad populos electrum de se præbentes deueniemus? riserunt nautæ, atq; manifestiùs si quid vellem iubebant proloqui. Et ego illis fabulam ordine percensui: Phaëthonta fuisse Solis filium, & hunc vbi iam adoleuisset, à patre postulasse, aurigandi copiam sibi faceret, vt vnius diei cursum & ipse conficeret. Cæterùm patrem filij precibus annuisse, ac postulata præstitisse, hūc aũt inter aurigandũ è curru delapsum & deiectũ periisse. Porrò illius sorores lugentes eo loco alicubi, inquã, apud vos, vbi delapsus est, apud Eridanũ in populos fuisse transformatas, & iam fratrẽ lugentes electrũ lachrymando emittere. Quicunq; inquiunt, hæc tibi dixit, vanũ eum hominẽ fuisse apparet: teq; dolis produxit, & mendacijs. Nos verò neq; aurigam vllũ delapsum nouimus, neq; eæ penes nos sunt, quas tu iactas, populi. Quòd si quid eiusmodi apud nos esset, num putas [b] duorum oborũ gratia nos ita laboriosè remigaturos, aut nauigia aduersus

fluminis

ὕδωρ, οἷς ἐξῆν πλουτεῖν, ἀναλίσκουσας τῶν ἀγλαΐρων τὰ ἄκρυα; τοῦτο μὲν ἐγὼ μετρίως μου ἐλαθόμην, ἡδέως δὲ ἐπαισχυνθείς, ὅτι παιδίου τινὸς ὡς ἀληθῶς ἔργον ἐπιπόνθειν, πεισθεὶς τοῖς ποιητὰς, ἀπίθανα ὅτῳ ψεύδονται νοις, ὡς μηδὲν ὑγιὲς ἀρίσκεσθαι αὐτοῖς. μιᾶς μὲν δὴ ταύτης ἐπιπλήττων οὐ μικρᾶς ἐψευσμένῳ, λυπούμην, καθάπερ ἐκ τῶν χειρῶν τὸ ἤλεκτρον ἀπολωλεκὼς, ὃς γε ἤδη ἀνέπλαττον, ὅσα καὶ οἷα χρήσοιμι αὐτῷ. ἐκεῖνο δὲ καὶ πάνυ ἀληθῶς ὤμην ὑπάρξειν παρ' αὐτοῖς, κύκνους πολλοὺς, ᾄδοντας ἐπὶ τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ. καὶ αὖθις ἐρωτῶν τοὺς ναύτας (ἀνεπλέομεν γὰρ ἔτι) ἀλλ' οἵ γε κύκνοι πολλοὶ ἅμα ὑμῖν τὸ κλυδώνιον ἐκεῖνο ᾄδουσιν, ἐφεστῶτες τῷ ποταμῷ ἔνθεν καὶ ἔνθεν; φασὶ γοῦν Ἀπόλλωνος παρὶ-

fluminis impetum tracturos: quibus promptum esset minori negotio & sudore diteſcere, populorum lachrymas colligẽtibus? Hæc cùm dixissent, non mediocriter sanè nautarum dictis sum pudore affectus. Confusus autem obticui, quòd reuera puerile quiddam passus fueram, habita fide Poëtis adeò monstrosa mentientibus: quippe quibus studio est nihil sani dicere, aut literis prodere. Vnica igitur hac spe, nec illa modica, turpiter deceptus, indolui, non secus atque si è manibus electrum deperdidissem: nimirum qui iam mecum deliberabam, quomodo illo potissimùm vti velim. Porrò autem illud planè pro certo apud illos inuentum iri opinabar, nempe cygnos complures in fluminis littoribus modulantes. Ac rursus nautas interrogo, adhuc enim nauigabamus: Atqui cygni quãdo tandem propter fluuium consistentes, dulcem illum concentum vobis absoluunt, ex vtraque parte littoris? Siquidem & illos Apollinis

ἀεὶ μείζους ἐλπίδου ἐνταῦθα καὶ οἱ φθόνοι χαλεπώτεροι, καὶ τὰ μίσῃ ἐπισφαλέστερα καὶ ζηλοτυπίαι κακοτεχνέστεραι. πάντες οὖν ἀλλήλους ὀξὺ διδόρκασι, καὶ ὥσπερ οἱ μονομαχοῦντες ἐπιτηροῦσιν, εἴ που τι γυμνωθὲν μέρος θεάσαντο τοῦ σώματος· καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος, παρωθεῖται, καὶ παραγκωνίζεται τὸν πλησίον, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, εἰ δύναιτο, ἐποσπᾷ, καὶ ἐποσκελίζει· ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς ἀτεχνῶς εὐθὺς ἀνάτετραπται, καὶ παρασέσυρται, καὶ τὸ τελευταῖον ἀτίμως ἐξέωσται. ὁ δὲ κολακευτικώτερος, καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας κακοηθείας πιθανώτερος, εὐδοκιμεῖ, καὶ ὅλως φθάσας κρατεῖ. τὰ γὰρ τοῦ Ὁμήρου πάνυ ἐπαληθεύουσιν, ὅτι Ζεὺς ἐννάλιος, καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα. τοιγαροῦν ὡς ὁ περὶ μικρῶν τοῦ ἀγῶνος ὄντος, ποικίλας κατ' ἀλλήλων ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν,

quò pluribus plura spes ostentat, eò necesse est maiore inuidia, sæuioribus odijs, æmulatione callidiore certari. Illic videas licet, quàm acres alter in alterum oculos defigat, quâ curâ obseruet, veluti singulari certamine congressus, si quid vspiam in alterius corpore fortè fortuna nudum aut malè munitum conspiciat, quod ferire feliciter possit. Ita studio cuique est, cùm ipse primus esse cupit, vt proximum deijciat, exturbet, conuellat, proculcet. Hic si quis est vir frugi, temerè euertitur, illuditur, denique ignominiosè exterminatur. L Contrà qui assentandi paulò peritior est, & habiliore ad mentiendum ingenio probatur, superat. Sanè omninò iuxta M Homeri carmen est huius certaminis alea:

Vndique communi sæuitur Marte, pariq́
Victusq́ victorq́ cadunt fato. ——

Alium subinde alius alia via aggreditur, vt ferè fieri solet, sicubi de magnis agitur commodis, sed per calumnias iter est

vt

ὧν ταχίστη καὶ ἐπισφαλεστάτη ἐστὶν ἡ τῆς διαβολῆς, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ φθόνου ἡμισενέλπιδος λαμβάνουσα, οἰκτρότερα δὲ καὶ τραγικὰ ἐπάγουσα τὰ τέλη, καὶ πολλῶν συμφορῶν ἀνάπλεα. οὐ μέν τοι μικρὸν, οὐδὲ ἁπλοῦν ἐστι τοῦτο, ὡς ἄν τις ἐπολάβοι, ἀλλὰ πολλοῦς καὶ τέχνης, οὐκ ὀλίγης δὲ ἀγχινοίας, ἀκριβοῦς δέ τινος ἐπιμελείας δεόμενον. οὐ γὰρ ἂν τοσαῦτα ἔβλαπτεν ἡ διαβολὴ, εἰ μὴ πιθανόν τινα τρόπον ἐγίγνετο, οὐδ' ἂν κατίσχυσε τὴν πάντων ἰσχυροτέραν ἀλήθειαν, εἰ μὴ πολὺ τὸ καὶ ἐπαγωγὸν πιθανὸν καὶ μυρία ἄλλα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν ἀκουόντων. διαβάλλεται μὲν οὖν ὡς τὸ πολὺ μάλιστα ὁ τιμώμενος, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐπολειπομένοις αὐτοῦ ἐπίφθονος· ἅπαντες γὰρ τοῦ δ' ἐπιτοξάζονται. καθάπερ τι κώλυμα καὶ ἐμπόδιον προρώμενοι. καὶ ἕκαστος οἴεται πρῶτος αὐτὸς ἔσεσθαι, τὴν κορυφαῖον ἐκεῖνον ἐκπο-

vt compendiarium, ita minimè securum. Principia inuidiæ debent, inter spémque metúmque fluctuanti: exitus nihil non miserabile, tragicum, calamitosum habet. N Cæterùm quadruplatoris ipsum quoque studium nequaquam facile est, simpléxve, quanquam ita fortasse videatur: sed arte multiplici, solertia peculiari, indefessa denique & accurata diligentia opus habet. Neque enim noxia fuerit calumnia, nisi in speciem similia vero narret: neque temerè O cunctarum alioqui rerum dominam Veritatem superauerit, nisi auditorem argumentosa & probabili actione, in summa P mille modis fallat. Q Porrò defertur is plerunque, qui honore quodam alios præstat, nempe ijs inuidiosus, qui spe illius frustrati sunt. Quò fit, vt omnium telis affectetur, ceu obex qui viam assequendæ dignitatis alijs intercluserit: seq; primos tum singuli fore confidunt, si sublimem istum

loco

ἐκπολιορκήσας, καὶ τῆς φιλίας ἀφεσκευασάμενος, οἷόν τι καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ἐπὶ τῶν δρομέων γίγνεται. μᾶλλον γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς, τῆς ὕσπληγος εὐθὺς καταπτήσους, μόνον τοῦ πρόσω ἐφίεται, καὶ τὴν διάνοιαν ἀρτείνας πρὸς τὸ τέρμα, μᾶλλον τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα φέρων ἔχων, ὧν πλησίον ἀδὲν μᾶλλον ἐργᾶται, δέλεαρ τι τῶν κατὰ τὸς ἀγωνιστὰς πολυπραγμονεῖ· ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος, καὶ ἄναλκος ἀνταγωνιστὴς, ἀφρενοῦς τὴν ἐκ τῶν τάχους ἐλπίδα, ἐπὶ τὴν κακοτεχνίαν ἐπάπτεται· καὶ τοῦτο μόνον εἰς ἅπαντος σκοπᾶ, ὅπως τὸν φέροντα ἐπισχὼν ἢ ἐμποδίσας ἐπισφαλῆ, ὡς ἂ τοῦτον δαμάσῃ. ἐκ ἄν ποτε νικῆσαι δυνάμενος. ὁμοίως δὲ τούτοις, μᾶλλον τῶν φιλίας τῶν εὐδαιμόνων γίγνεται· οἱ γὰρ πέφυκον αὐτίκα ἐπιβολάς ἔχειν, καὶ ἀφύλακτος ἐν μέσῳ πληφθεὶς τῶν δυσμενῶν ἀνηρπάσθη· οἱ δὲ ἀγαπῶνται, καὶ φίλοι δοκοῦσιν,

loco demoliti sint, ab amicis abalienârint. R Tale quiddam in gymnico cursu fieri consueuit, vbi si quis est cursor ingenuus, statim ruptis carceribus primas affectans, & animum ad stadij metas adijciens, spe victoriæ è robore suo concepta, S neque sequenti incommodat, neque omnino laboris huiusce socijs quicquam struit remoræ. Contrà qui malitiosus, imbellis, eneruis contendit cursu cum alijs, desperatis viribus in fraudem intentus agitur, atque in vniuersum hoc vnicum spectat, quâ currentem occupet, impediat, ac intercludat: & ni succedat actus, non est vt vllo alio modo vincere possit. Haud aliter in ambiendis magnatum amicitijs accidit, vbi si quis feliciter anteuertit, in medias continuò labitur insidias, & incautus ab æmulis captus discerpitur. T Hi deinde amari, coli, amici videri incipiũt

ἐς ὧν ἅπαντας βλάπτειν ἔδοξαν, τό, τι ἀξιόπιστον τῆς διαβολῆς οὐχ ὡς ἔτυχεν ἐπινοοῦσιν, ἀπ' ἐντούτῳ τὸ πᾶν αὐτοῖς δεῖν ἔργον, ἢν ἅλοιά πόσι τι πεσάψαι ἀφανὲς, μηδὲ ἀπόκριον. ὡς γοῦν ἐπὶ πολὺ τὰ προσόντα τῷ διαβαλλομένῳ πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλουσιν, οὐκ ἀπιθάνους ποιοῦνται τὰς λατομείας, οἷον τὸν μὲν ἰατρὸν διαβάλλουσιν, ὡς φαρμακέα, τὸν πλούσιον δὲ, ὡς τύραννον, τὸν τυραννικὸν δὲ, ὡς πρδοτικόν. ἐνίοτε μέν τοι καὶ ὁ ἀκροώμενος αὐτὸς ὑποβάλλεται τῆς διαβολῆς τὰς διαφορὰς, καὶ πρὸς τὸν ἐκάνου τρόπον οἱ κακοήθεις αὐτοὶ ἁρμοζόμενοι, εὐσχολοῦσιν. ἢν μὲν γὰρ ζηλότυπον αὐτὸν ὄντα ἴδωσι, λυπῶσι, φησὶ, τὴν γυναικί σου παρὰ τὸ δεῖπνον, καὶ ἀπιδὼν ἐς αὐτὴν ἀνεστέναξε. καὶ ἡ Σπαζονίκη πρὸς αὐτὸν οὐ μάλα ἀγαθῶς, καὶ ὅλως ἐρωτικὴ, καί τινος καὶ μοιχικὰ πρὸς αὐτὸν ἀδιαβολά.

vel ob id vnum, quòd bonis incõmodârint. Iam vti probabilem & dignam fide calumniam faciant, non quod fortuitò casus ostendit, prehensant: sed in hoc toti sunt, vt accurato delectu obseruent, ne quid absonum aut alienum à causæ fide incidat. V Adeò rationes eius quem criminantur, vniuersas in peiorem partem trahunt, suspectas reddunt, quò fidem addant accusationi. Medicum insimulant veneficij, magnificum ciuem affectatæ tyrannidis, tyrannum proditionis. Interdum auditoris affectus sua calumnijs discrimina suppeditat, cum quo si veteratores isti & nugiuendi suas technas comparent, apiè illuditur. Quòd si auditorem zelotypum norint: annuit, inquiũt, ille vxori tuæ inter epulas, & defixis in eam oculis alto suspiria pectore duxit, vxor vicissim suaue quiddam & amatorium, alia item quæ ad suspicionem adulterij

δαβολαί. ἢν δὲ ποιητικὸς ᾖ, καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῇ, μὰ Δί', ἐχλεύασέ σου Φιλόξενος τὰ ἔπη, καὶ διέσυρε, καὶ ἄμετρα εἶπεν αὐτὰ, καὶ κακοσύνθετα. πρὸς δὲ τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον, ἄθεος καὶ ἀνόσιος ὁ φίλος διαβάλλεται, καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωθούμενος, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀρνούμενος. ὁ δὲ ἀκούσας, εὐθὺς μύωπι διὰ τοῦ ὠτὸς τυπεὶς, διακέκαυται, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἀπέστραπται τὸν φίλον, οὐ περιμείνας τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον. ὅλως γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐπινοοῦσι καὶ λέγουσιν, ἃ μάλιστα ἴσασιν ἐς ὀργὴν διωάμενα προκαλέσασθαι τὸν ἀκροώμενον. καὶ ἔνθα πρῶτός ἐστιν ἕκαστος, ἐπιστάμενοι, ἐπ' ἐκείνων τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἐς αὐτὸν, ὥστε τῇ παραυτίκα ὀργῇ τεταραγμένον, μηκέτι σχολὴν ἄγειν τῇ ἐξετάσει τῆς ἀληθείας· ἀλλὰ καὶ θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ προσίεσθαι τῶν παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως, ὡς ἀληθεῖ προκατειλημμένον. ἀνυσιμώ-

adulterij faciunt. Sin poëticæ studiosus, ea sibi arte præter modũ placeat, X Philoxeno, aiunt, carmen tuum non probatur: hiulcum, lege solutum censetur. Ad religiosum: En ille de pietate, deq́ dijs malè sentit, sacra detestatur prouidentiam vniuersi gubernatricem pernegat. Tum auditor Y ceu œstro in auriculam immisso excandescit, vt pro re conijcere licet: & amicum ab se, impos animi, re ipsa nondum contentè cognita, missum facit. Z Talia ferè sunt quæ ab impuris istis confinguntur, videlicet ad irritandos audientium animos maximè accommoda. Tum qua parte singuli præstant, eam potissimùm iaculis suis obnoxiam ij faciunt, ne quod auditor subita interturbatus ira, vero cognoscendo collocet ocium: deinde sese purgaturo non fiat hominis copia, quem criminis admiratio speciesq́ veri occupârunt.

ἀνυσιμώτατον γὰρ ὂν τὸ εἶδος τῆς δαβολῆς, τὸ ὑπεναντίον τῆς ἀκούοντος ἐπιθυμίας, ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ, τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι, ἐγένετό τις, ὃς διέβαλε τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τε πίνει, καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις· καὶ εἴ γε μὴ κληθεὶς, ἔωθεν ἔπινέ τε, πάντων ὁρώντων, καὶ λαβὼν ταραντινίδιον, ἐκυμβάλισέ τε, καὶ προσωρχήσατο, ἀπολώλει ἄν, ὡς οὐχ ἡδόμενος τῷ βίῳ τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἀντισοφιστὴς ὤν, καὶ ἀντίτεχνος τῆς Πτολεμαίου τρυφῆς. παρὰ δὲ Αλεξάνδρῳ μεγίστη τότε ἂν ἁπασῶν δαβολὴ λέγοιτο, εἰ ἕλοιτό τις μὴ σέβειν, μηδὲ προσκυνεῖν τὴν Ηφαιστίωνα. ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ηφαιστίων. ὑπὸ τοῦ ἔρωτος Αλέξανδρος ἐβουλήθη προθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ, καὶ θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα. εὐθὺς οὖν νεώς τε ἀνέστησαν αἱ πόλεις,

Etenim dici nõ potest quàm instructa sit, quantũq; valeat calumniæ facies, si quando α cum cupiditatibus auditoris conflictatur. β Quondã apud Ptolemæum, cui Dionysio cognomẽ fuit, quispiã Demetriũ Platonicũ accusauerat, quòd in Bachanalibus aquã biberet, solusq; omniũ muliebribus non vestiretur: de quo, nisi accersitus ad regẽ manè palàm vino libasset, & γ instita muliebri amictus, ad numeros δ Dithyrambicos, cymbalorumq; modos saliisset, planè actũ erat, quòd & regium exemplũ nõ esset imitatus & aspernaretur Dionysiorũ mollitiem. Apud Alexandrum grauissimi criminis reus fiebat, qui colere & adorare Hephæstiona nollet: nam posteaquam is viuis excessit, amore victus Alexander, effuso animo ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit, vt mortuos inter deos Hephæstion haberetur. Continuò ei templa ciuitates

λεις, καὶ τεμένη καθιδρύετο, καὶ βωμοὶ, καὶ θυσίαι καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο. καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ηφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μειδιάσειε πρὸς τὰ γιγνόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ εὐσεβῶν, θάναθος ἐπέκειτο ἡ ζημία. ἐπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τὴν μειρακιώδη ταύτην τοῦ Αλεξάνδρου ἐπιθυμίαν, πρὸς εξέκαιον εὐθὺς, καὶ ἀνεζωπύρουν, ὀνείρατα διηγούμενοι τοῦ Ηφαιστίωνος, ἐπιφανείας τινὰς, καὶ ἰάματα προσάπτοντες αὐτῷ, καὶ μαντείας ἐπιφημίζοντες. καὶ τέλος, ἔθνον παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. ὁ δὲ Αλέξανδρος ἥδετό τε ἀκούων. καὶ τὰ τελευταῖα, ἐπίστευε, καὶ μέγα εὐφρόνει, ὡσανεὶ οὐ θεοῦ παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ποιεῖν δυνάμενος. πόσους τοίνυν οἰόμεθα τῶν Αλεξάνδρου φίλων παρὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπολαῦσαι τῆς Ηφαιστίωνος θειότητος, δεβληθέντας,

uitates pleræque dicârunt, delubra condiderunt, aras, sacra, ferias nouo Deo sanxerunt. Iusiurandum omnium religiosissimum Hephæstionis nomine fuit. Capitale erat, si quis hac parte vel contaretur, vel neglectim coleret. Hic euiratus affectus, hæc vesania, fuit assentatoribus occasioni accendendi inflammandiqúe regis. Narrabantur insomnia, visæ Hephæstionis vmbræ, prædicabantur illius responsa. Denique aræ & sacra dicata sunt familiari & malorum vindici Deo. Proinde cum his Alexander initiò mirè oblectaretur, tandem ita captus est, vt fidem quoque adhiberet, gloriareturqúe quòd non modò ε dijs genitus esset, sed deos quoque ipse faceret. Quo tempore quantum putamus amicorum Alexandri, afflixit Hephæstionis diuinitas?

ὡς οὐ τιμῶσι τὸν κοινὸν ἁπάντων θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξελαθέντας, καὶ τοῦ τοῦ βασιλέως εὐνοίας ἐκπεσόντας; τότε καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμιος, ταξιαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τιμώμενος παρ' αὐτοῦ, μικροῦ δεῖν συγκαθείρχθη λέοντι, διαβληθεὶς ὅτι δακρύσειε παριὼν τὸν Ἡφαιστίωνος τάφον. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν λέγεται βοηθῆσαι Περδίκκας, ἐπομοσάμενος κατὰ πάντων τῶν θεῶν, καὶ κατὰ Ἡφαιστίωνος, ὅτι δὴ κυνηγετοῦντί οἱ φανέντα ἐναργῆ τὸν θεὸν, ἐπισκῆψαι εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ φείσασθαι Ἀγαθοκλέους· οὐ γὰρ ὡς ἀπιστοῦντα, οὐδὲ ὡς ἐπὶ νεκρῷ δακρύσαι ἀλλὰ τῆς πάλαι συνηθείας μνημονεύοντα. ἡ γοῦν κολακεία, καὶ ἡ διαβολὴ τότε μάλιστα χώραν ἔσχε, πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρου πάθος συντιθεμένη. καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ οὐκ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ ἀπόκρημνα καὶ ἀσφαλῆ τοῦ τείχους προσίασιν οἱ πολέμιοι,

Si quibus non videretur cõmune numen venerari, accusabantur, deportabantur, gratia regia excidebãt. Tum Agathocles Samius, qui primos aliquãdiu ſordines ꝛ apud Alexandrum duxerat, magnis item ab rege honoribus auctus, parùm abfuit ꝺ quin cum leonibus committeretur, criminatus quòd illachrymaſſet præteriens Hephæſtionis ſepulchrum. Verùm Perdicca hominem ſeruauit, deos omneis, ipſumq́ Hephæſtiona iuratus, eum ſibi in venatione auguſta ſpecie Deum clarè viſum, mandaſſe vt Alexandro diceret, parcendum eſſe Agathocli, qui non hoc lachrymaſſet, quòd aut vana ſibi Hephæſtionis diuinitas videretur, aut mortem miſeratus eſſet communem: ſed priſtinæ conſuetudinis & mutui amoris memoria permotum eſſe. Sic igitur affecto Alexandro, locus aſſentationi & calumniæ aptiſsimus fuit. ı Nam perinde atque oppugnaturi vrbes, non quà probè munitæ ſunt alto, præcipiti ac ſolido mœnium opere, hoſtes inuadunt: ſed vbi

ἀλλ' ἐν ᾗ ἀφύλακτόν τι μέρος ἢ σαθρὸν αἴσθωνται, ἢ ταπεινὸν, ἐπὶ τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωροῦσιν, ὡς ῥᾷστα παρεισδῦναι, καὶ ἑλεῖν δυνάμενοι. οὕτω καὶ οἱ διαβάλλοντες, ὅ, τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς, καὶ ἐπόσαθρον καὶ εὐεπίβατον, τοῦτο προσβάλλουσι, καὶ προσάγουσι τὰς μηχανὰς, καὶ τέλος ἐκπολιορκοῦσι, μηδενὸς ἀντιτασσομένου, μηδὲ τὴν ἔφοδον αἰσθομένου. εἶτ' ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τειχῶν πένωνται, πυρπολοῦσι πάντα. καὶ παίουσι, καὶ σφάττουσι καὶ ἐξελαύνουσιν, οἷα εἰκὸς ἁλισκομένης ψυχῆς καὶ ἐξηνδραποδισμένης ἔργα εἶναι. μηχανόματα δὲ αὐτοῖς κατὰ τοῦ ἀπόντος ἥ τε ἀπάτη, καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ ἡ ἐπιορκία καὶ προσλιπάρησις καὶ ἀναισχυντία, καὶ ἄλλα μυρία ῥᾳδιουργήματα. ἡ δὲ μεγίστη πασῶν ἡ κολακεία δεῖ συγγενὴς, μᾶλλον δὲ ἀδελφή τις οὖσα τῆς διαβολῆς. οὐδεὶς γοῦν οὕτω γεννάδος ἐστί,

sed vbi sentiunt quamminimè defendi, muniri, muros accessu faciles, collapsos, hac omnibus viribus certatim contendunt, quò citra difficultatem irruere, ac potiri rebus queant: ita qui criminandis alijs desudant, quod in auditoris animos languidum, fragile, facile subactu vident, in eam partem traducunt coguntque machinas suas. Demum quando insultus hostileis nemo præsentit, nedum non obnititur, expugnant. Iam intra muros cuncta igni ferróque deuastant, excidunt, populantur: qualia vero simile est capto & in seruitutem redacto animo fieri. κ Arma sunt istis aduersum absentem, fallacia, mendacium, periurium, supplicium, impudentia: denique innumeræ imposturæ, ac maliciosæ cautiones. Omnium maximè præsens, & longè efficacissima Assentatio, Calumniæ cognata, imò soror. Quippe nemo hominum tam generoso est pectore,

ςὶ, καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς προβεβλημένος. ὃς οὐκ ἂν ἐνδοίη πρὸς τὰς τῆς κολακείας δαβολὰς, καὶ ταῦτα ἑπορυπτούσης, καὶ τοὺς θεμελίους ὑφαιρούσης τῆς δαβολῆς. καὶ τὰ μὲν ἐκτὸς ταῦτα, ἔνδοθεν δὲ πολλαὶ προδοσίαι συναγωνίζονται, τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι, καὶ τὰς πύλας ἀναπετῶσαι, καὶ πάντα τρόπον τῇ ἁλώσει τοῦ ἀκούοντος συμπροθυμούμεναι· πρῶτον μὲν, τὸ φιλόκαινον, ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπάρχει, καὶ τὸ ἀψίκορον· ἔπειτα δὲ, τὸ πρὸς τὰ παράδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἑπόμενον. οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες λαθρηδὰ, καὶ πρὸς τὰς λεγομένας, καὶ μεςὰς ἑπονοίας ἀκούοντες. οἶδα γοῦν τινας οὕτως ἡδέως γαργαλιζομένους τὰ ὦτα ἑπὸ τῶν δαβολῶν, ὥσπερ εἰ τοὺς πτεροῖς κνωμένους. ἐπειδὰν τοίνυν ἑπὸ τούτων ἁπάντων συμμαχούμενοι προσπέσωσι, κατὰ κράτος αἱροῦσιν, οἶμαι.

etiam λ adamantino septus muro, qui cùm calumniæ concedat, non idem assentatione vincatur. Hæc foris recti iudicij ceu fundamenta suffodit ac subruit. Intus coniurati cum hostibus proditores, irruentes adiuuant, manus porrigunt, portas aperiunt, & modis omnibus connituntur vt auscultatorem calumnia sibi seruum faciat. Sunt autem proditores, de quibus dico, μ nouandi cupido, natura humanis ingenijs consita, præsentium item fastidium, sequax eorum animus quorum admiratione capitur. Nescio enim qui fit, vt ν omnes amore sui immodico admiratio furtim rapiat, & suspicionibus illectet. Quosdam equidem comperi studio calumniæ adeò suauiter titillari auriculas, vt si pennis confrices. Proinde talibus adiuti socijs calumniatores cùm eruerint, cuncta pro viribus euertunt;

μαι. καὶ ὅδε δυσχερὴς ἡ νίκη γενοιτο, μηδενὸς ἀντιπαλαπλομαχοῦντος, μηδὲ ἀμυνομένου τὰς πρόσβολὰς, ἀλλὰ τὸν μὲν ἀκούοντος ἑκόντως ἑαυτὸν ἐνδιδόντος, τὸν δὲ λαθραιομένου δι' ἀπιθανίαν καὶ ἀγνοοῦντος. ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πόλεως ἁλούσης, καθεύδοντες οἱ λαθραιόμενοι φονεύονται. καὶ τὸ πάντων ἄπιστον, ὁ μὴ δεῖ ὡς ἀληθῆ τὰ γιγνόμενα, πρόσεισί τῳ φίλῳ φανῆναι, ἄτι μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ συνεπίσταμενος, μὴ τὰ συνήθη λέγει μὴ ποιεῖ, παντὶ πρόσωπῳ ὁ ἄθλιος ἐνυφαινόμενος. ὁ δ', ἂν μὲν ἔχῃ τι γενναῖον μὴ ἐπιτρόπου μὴ παρρησιαστικὸν, εὐθὺς ἐξερρύηκε τῷ ὀργῇ, μὴ τὸν θυμὸν ἐξήκεσε καὶ τέλος, τῇ ἀφνοϊᾳ παραδόμενος, ἔγνω μάτην κατὰ τοῦ φίλου πρωξυμούμενος. ἂν δ' ἀγχίνους καὶ παιδότροπος, πρόσεισι μὲν, μὴ πεμαλιᾶ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δὲ μὴ λάθρα τὸν ὀδόντας ἀκρίδι, μὴ ὡς ὁ ποιητὴς φησι,

Βυσσοδομεύει

euertunt: nec magno emitur victoria, vbi nemo repugnat, nemo vim tormentorum sustinet, aut iaculis iacula mutat: sed qui auscultat, ipse sese sponte sua in manus hostium dedit. Interim ignarus insidiarum est, qui accusatur. Nam haud aliter qui deferuntur, atque qui captis vrbibus pereunt, dormientes trucidantur. Et quod est in primis mirabile, & nescius se reum haberi, neque cuiusquam sibi sceleris conscius, amico candidè congreditur, familiariter compellat, facitque pro more, iam antè vndique circunuentus insidijs miser. o Tum ille, si homo ingenuus est, & liber, confidénsque, frangit iram, & effundit animum, defensionem recipit, agnoscítque se frustra aduersus amicum exacerbatum fuisse. Sin autem est indole seruili, & malè masculà, audit quidem, & summis arridet labris: verùm odit, & clancu'um dentibus frendit, ac (vt inquit poëta)

Βυσσοδομάσα τὴν ὀργήν· οὗ δὴ ἐγὼ οὐδὲν οἶμαι ἀδικώτερον, οὐδὲ δολοπρεπέστερον, ἐνδακόντα τὸ χεῖλος, ἐπορέξασθαι τῆς χολῆς, καὶ τὸ μῖσος ἐν αὐτῷ διατάκτεσον αὔξειν, ἕτερα μὲν λύοντα ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγοντα, καὶ ἐπικοινόμενον ἐπῳδῇ καὶ ἀμυθήτῳ πόσῳ μᾶλλον ἀβασανίστως τινὰ καὶ ἐκμισεῖν παραφλίαν. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ἐπὰν ἅπαξ φίλος ὁ ἐνδιαβάλλων δοκῶν ᾖ· ὃν ἐνδιαβαλοῦντα, ποιήσει ὁμοίως. τότε γὰρ οὔτε φωνὴν ἀκούειν ἔτι θέλουσι τῶν διαβαλλομένων ἢ τῶν ἀπολογουμένων, τὸ ἀξιόπιστον τῆς κατηγορίας ἐκ τῆς πάλαι δοκούσης φιλίας πεφληκότος· οὐδὲ τοῦτο λογίζόμενοι, ὅτι πολλὰ ἐπιπολάζει ἐν τοῖς φιλτάτοις μίσους παραπίπτουσιν αἰτίαι, ζοῦς ἄλλους λανθάνουσι. καίνιόν τι οἷς αὐτός τις ἔνοχός ὢν, ταῦτα φθάσας κατηγορῆσαι τῶν πλησίον, ἐκφυγεῖν ὅτῳ πρόφασις τοῦ

Extruit iræ fundamenta. Quo ergo homine profectò nihil iniustius, nihil tetrius existimo, q̃ qui admorso labro bilem intus alit, odiumque intra se conceptum auget, & aliud in pectore clausum, aliud in lingua expromptum habet, agitq̃ læta & comica facie tragœdiam meram, & nihil non triste patientem. Id ille maximè patitur, quum simili delator vecordia apud eum, cui parat insidias, odium mussando dissimulauit, effecitq̃ vt amicus ei videretur. Tum enim ne vox quidem delati, nedum non defensio audiri solet. Tantum fidei calumniæ facit, concepta de illorum amicitia opinio. Hic quantò satius erat perpendere inter amicissimos non rarò clam aliis gravcis simultatũ causas intercedere. Sæpenumerò item, quorum sese reum calumniator fieri metuit, socium insimulat: vt quum antecuerterit accusando, suspicione culpæ ac crimine elabatur.

σὺ διαβολῇ. καὶ ὅλως, ἐκ-
θρὸν μὲν ἁπλῶς ἂν ζημίσαι
διαβολαῖς. ἅπις δ' γὰρ αὐ-
τόθι ἡ κατηγορία, πρόλογον
ἔχουσα τὴν αἰτίαν. τοῖς δοκοῦ-
σι δὲ μάλιστα φίλοις ἐπιχα-
ροῦσι, τὴν πρὸς τοὺς ἀκούον-
τας ἔννοιαν ἐμφῦσαι προαιρού-
μενοι, ὅτι ἐπὶ τοιούτοις συμ-
φέροντι οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων
ἀπέχονται. ἆρ' εἴ τινες,
οἷς μὲν μάθωσιν ὕστερον ἀδί-
κως διαβεβλημένους παρ' αὐ-
τοῖς τοὺς φίλους, ὅμως ὑπ'
αἰσχύνης, ὧν ἐπίστανται, οὐ
δεῖ τι προσίεσθαι, οὐδὲ ζημιοῦ-
σι προσδώσειν αὐτούς, ὥσπερ
ἀδικουμένους ὅτι μηδὲν ἀδί-
κουντας ἐπέγνωσαν. διαφε-
ρουσι πολλῶν καλῶν ὁ βίος
ἐπλήσθη ὑπὸ τῶν οὕτω ῥᾳδίως
καὶ ἀνεξετάστως πιστευ-
μένων διαβολῶν. ἃ μὲν γὰρ
Αντία.

Τεθνάμης, φησὶν, ὦ Προῖτε,
ἢ λάκτιζε βιπτροφόντου,

Ος μ' ἔθελε φιλότητι μιγὴ
μηδ' ἐθέλουσαν.

αὐτὴ

elabatur. Atque ideo fere fit, vt quibus nos putent amicos, tantum, inimicos nunquam calumniemur. Nam actioni quæ ipsa sese præ se ferens actoris odium prodit, fidei nihil esse potest. Verùm quos vulgo amicos æstimãt, aggredimur, ceu auscultatori specimen fidei nostræ daturi, vbi sua ipsius causa cõmoda salutemq; familiariũ amicorum neglexisse videmur. Est & genus aliorum, quibus tametsi comperitur falsò criminatum apud se amicum, tamen cũm credidisse pudet, neq; aspicere illum neque in gratiam redire audent: perinde ac ipsi iniuria sint affecti, quòd alienam iniuriam non prospexerint. † Proinde multa sunt humanæ vitæ mala ex eo quòd promiscuè ac sine discrimine calumnijs creditur, quale est quod apud poëtã ait Antia:

Bellerophontem occide, aut Prœte pibibis, Qui mihi conatus præsigne auferre pudoris Fœminei decus—.

¶ Cùm

αὐτὴ πέτρα ἐπιχαρήσας, καὶ ὑπροφθᾶς· καὶ μικροῦ ὁ νανίας ἐν τῇ πρὸς χίμαιραν συμπλοκῇ διεφθάρη, ἐπιτίμιον σωφροσύνης ὑποσχὼν, καὶ τῆς πρὸς τῶν ξένων ἀλλοῦς ὑπὸ μαχλου γυναικὸς ἐπιβουλαμένου. ἡ δὲ Φαίδρα διαπεύσα τὰ ὅμοια διατανοῦσα τοῦ προγόνου, ἐπάραζον ἐποίησε τὸν ἱππόλυτον γνώσει ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὀλίγου, ὦ θεοί, ὀλίγου ἀνόσιον ἀργασμένου. καὶ, φασί τις, ἀπ' ἀξιόπιστός τις ἐνίοτε ὁ διαβεβλημένος ἀνὴρ, τά τι ἄμεινον λέγειν, καὶ σωφρονεῖν δοκῶν. καὶ ἰχθῦν προσίχεται αὐτῷ, ἄτε μικρὸν ἂν ζημιοῦσθαι διακυβεύσαντι. ἆρ' οὖν ἔστι Αἰσχίνης ἔπι τις δικαιότερος; ἀπ' ὀλίγου ἰσχνὸν ὄμως διαπεφευγὼς σφυρίσιν ἐπὶ τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ συμπρόξενον τὸν δῆμον, ὡς φασιν, ἐκ πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκινησμένος· δίκαιος μὲν γὰρ, ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους, Αἰσχίνης, ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ὢν, καὶ

Cùm ipsa prior adolescentem ad concubitum solicitasset, & contempta, in hoc periculum induxit, vt cum Chimæra pugna congressus, parùm abfuerit quin victrice bestia occumberet. Tanta pœna luenda fuit castitas pudorque iuuenilis, quem hospiti coniunx adultera suspectum fecerat. ¶ Simile quiddam Phædra priuignum calumniata effecit, vt filij caput pater Theseus execratum beluis marinis deuoueret: quanquam, ô superi, nihil prorsum deliquisset. ω At, inquiet quispiam, annon dignus est fide nonnunquam vir, cæterùm bonis moribus & recto ciuilique iudicio præditus, qui alter alterum accusat? non licet tali auscultemus, modo reliquis sibi malis artibus temperârit? A Age, inquam, & estne alius Aristide iustior? ille tamen aduersatus Themistocli, cõtra eum populi animos exacuit, inuidia gloriæ popularis, vt aiunt, vellicatus. Aliàs vir bonus Aristides, verùm homo erat, nec

καὶ χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα τινὰς, καὶ ἐμίσει, καὶ εἴ γε ἀληθὴς ἐστὶν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους λόγος, ὁ συνετώτατος τῶν Ἀχαιῶν, κἂν τοῖς ἄλλοις ἄριστος, τὴν ἐπιβουλὴν καὶ ἐνέδραν ὑπὸ φθόνου φαίνεται συντεθεικὼς κατὰ ἀνδρὸς ὁμαίμου καὶ φίλου, καὶ ἐπὶ τὸν αὐτὸν κίνδυνον ἐκπεπλευκότος. οὕτως ἔμφυτον ἅπασιν ἀνθρώποις ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτία. τί γὰρ ἄν τις, ἢ τὸν Σωκράτην λέγοι, τὸν ἀδίκως πρὸς τοὺς Ἀθηναίους διαβεβλημένον, ὡς ἀσεβῆ καὶ ἐπίβουλον, ἢ τὸν Θεμιστοκλέα, ἢ τὸν Μιλτιάδην, τοὺς μετὰ τηλικαύτας νίκας ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς Ἑλλάδος ὑπόπτους γενομένους; μυρία γὰρ τὰ παραδείγματα, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα ἤδη γνώριμα. τί οὖν χρῆναι ποιεῖν τόν γε νοῦν ἔχοντα, ἢ ἀρετῆς ἢ ἀληθείας ἀμφισφητοῦντα; ὅπερ, οἶμαι, καὶ Ὁμηρὸς ἐν τῷ περὶ Σειρήνων μύθῳ ἠνίξατο, παραπλέειν κελεύσας τὰς ὀλεθρίους

nec felle caruit, solebātque amare alios, alios odisse. Iam si verum est quod de Γ Palamede ferunt, sapientissimus qnidam Achiuorum, ac ad res alias gerendas accommodus, inuidia flagrans, insidias parasse fertur cognato, amico, ad hæc eiusdem belli socio. Adeò naturæ hominum familiare est, hoc errore labi. Porrò quorsum attinebat & Δ Socratem recensere, insimulatum apud populum Atheniensem seditionis & impietatis? Β Quid Themistoclem, Ζ aut Miltiadē, tot partis victorijs suspicione proditionis notatos? Sunt enim exempla innumera, & vulgo iam pleraque non ignota. Quid igitur faciet vir prudens in re ambigua? Η sanè opinor Θ quòd Homerus in Sirenū fabula docet, perniciosas taliū sermonū delicias nauigio prætereat, obturet aures, nec passim aperiat

πάντας τῶν ἀκουσμάτων ἡδονὰς, καὶ ἀποφράττειν τὰ ὦτα, καὶ μὴ ἀνέδην

ἀνέδην αὐτὰ ἀναπεταννύ-
ειν τοῖς παθεῖ προειλημμέ-
νοις, ἀλλ' ἐπιστήσαντα ἀκρι-
βῆ θυρωρὸν τὸν λογισμὸν ἅ-
πασι τοῖς λεγομένοις, τὰ μὲν
ἄξια προσίεσθαι καὶ παρα-
βάλλεσθαι, τὰ φαῦλα δὲ ἀπο-
κλείειν καὶ ἀπωθεῖν. καὶ γὰρ
ἂν εἴη γελοῖον, τῆς μὲν οἰκίας
θυρωρὸς καθιστάναι, τὰ ὦτα
δὲ καὶ τὴν διάνοιαν, ἀνεῳγ-
μένα ἐᾶν. ἐπειδὰν τοίνυν τοι-
αῦτα πεσίῃ τις λέγων, αὐτὸ
ἐφ' αὑτοῦ χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξε-
τάζειν, μήτε ἡλικίαν τοῦ λέ-
γοντος ὁρῶντα, μήτε τὸν ἄλ-
λον βίον, μήτε τὴν ἐν τοῖς λό-
γοις ἀγχίνοιαν. ὅσῳ γὰρ τις
πιθανώτερος, τοσούτῳ ἐπι-
μελεστέρας δεῖται τῆς ἐξετά-
σεως. οὐ δεῖ τοίνυν πιστεύειν
ἀλλοτρίᾳ κρίσει, μᾶλλον δὲ μί-
σει τοῦ κατηγοροῦντος· ἀλλ'
ἑαυτοῦ τὴν ἐξέτασιν φυλακτέ-
ον, τῆς ἀληθείας ἀπρόλοντα
καὶ τοῦ δαβάλλοντι τὸν φθό-
νον, καὶ ἐν φανερῷ ποιησάμε-
νον τὸν ἔλεγχον τῆς ἑκατέρου
δανοίας, καὶ μισεῖν οὕτω,
καὶ

aperiat affectui cuipiam obnoxijs: sed ianitore sedulo ac fido adhibito, ratione videlicet ac iudicio animi, recta dicentes reclusis foribus excipiat, inutiles nugas obdito pessulo arceat. Nempe ridiculum fuerit, datum ædibus ianitorem officio suo defungi, aures mētémque vulgo patêre. Posteaquàm ergo tale quiddam calumniatum audieris, tute apud animum tuum rem ipsam perpende. Nihil attinet qualis sit qui accusat, nihil ad rem faciunt alieni mores, nihil accusationis acrimonia: quin eo maiore cura rem discute, quo instructior venit delator: neque item credere conuenit iudicio & existimationi alterius, imò accusantis odio: sed suum veri examen apud nos accuratè seruandum est, suæ item calumniatoris inuidentiæ partes dandæ: denique quod vtrinq; argumenta suaserint, statuendum. Tum vel odisse

vel

καὶ ἀγαπᾶν τὸν δεδοκιμασμένον. πρὶν δὲ τοῦτο ποιῆσαι, ἐκ τῆς πρώτης διαβολῆς μεκινημένον, Ηράκλεις, ὡς μεγρακιῶδες, καὶ ταπεινὸν, καὶ παντων οὐκ ἥκιστα ἄδικον. ἀλλὰ τούτων ἁπάντων αἴτιον, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔφημεν, ἡ ἄγνοια, καὶ τὸ ἐν σκότῳ πυ εἶναι τὸν ἑκαστου τρόπον· ὡς εἴ γε θεῶν τις ἀπεκαλύψειεν ἡμῶν τοὺς βίους, οἴχοιτο ἂν φεύγουσα ἐς τὸ βαράθρον ἡ διαβολὺ, χώραν οὐκ ἔχουσα, ὡς ἂν περωτισμένων τῶν πραγματων ὑπὸ τῆς ἀληθείας.

vel amare quem diligenter explorauimus, licet. Priusquam id factum sit, calumniæ concedere in primo statim congressu, hercle nimis quàm puerile est, ac indignũ viro, longeq́ à iustitia semotum. At verò horum omniũ causa vna est ignorantia, tenebræq́ illæ quibus suæ cuiusque hominis rationes moresq́ obuoluuntur. 1 Iam si deorum quispiam vitæ nostræ K lumen afferat, futurum est vt euanescat calumnia, fugiatq́ in altum barathrum, vel vsquam in humanis locum inueniat, reddita nobis luce omnium vitæ studiorum, veritatis beneficio.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

CAlumniam olim ab Apelle pictorum coriphæo ita depictam insinuat Lucianus, vt ornatu sit pulchro, forma egregia, adspectu ardente, læuâ ardentem tædam præferens, dextrâ supplicem adolescentem per capillos trahens.

a PERNICIOSA res ignorantia est.] *Exordium à loco communi. Ignorantia multorum malorum hominibus est causa: quorum bonam partem perstringunt, Augustinus, De vnico baptismo contra Petilianum, cap. 16. & D. Hieronymus in calce epistolæ ad Rusticum monachum, De viuendi forma. D. Erasmus in epistola quam præfixit Enchiridio militis Christiani. Rursus cap. 8. eiusdem Enchiridij. Terentius in Adelphis:*

Homi-

Homine imperito nihil quicquam iniustius.

b Perinde atque qui in tenebris errant.] *Lucretius lib. 2.*

Nam veluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quàm
Quæ pueri in tenebris pauitant, fugiuntq; futura.

c Et ante pedes.] *Ante pedes esse dicitur, quod obuium, quodq; vel præsens adest, vel imminet. Idem in Pseudologista:* καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, id est: *Et quòd hæc communia, quodque hæc passim obuia ignores.* *d* Labdacidarum.] *Labdacus rex Thebarum, Laium genuit Oedipi patrem, ex Iocasta Creontis Thebani filia.* *e* Pelopidum.] *Pelops Tantali potentissimi Phrygum regis filius, habuit liberos Atreum, Thyestem, Lysidicem & Phylisthenem.* *f* Illa verò cùm aliás.] *Descendit ad hypothesin. Locus est à genere ad speciem, amplificandi gratia adiunctam.* *g* In calumnias familiares.] *Quanta pestis humanæ vitæ sit lingua calumniatrix, hoc est, verè diabolica (quod enim Latini calumniam dicunt, Græci vocant* διαβολὴν*) Erasmus scitissimè in Lingua sua ostendit. Thearidas quum gladium cote acueret, rogatus à quopiam, num esset acutus? Acutior, inquit, calumnia: grauiter innuens, rem omnium rerum nocentissimam esse calumniam. Medius ex Alexandri parasitis vnus, solebat alios adhortari, ne metuerent quoduis crimen in quemuis intendere. Adiecit scelerato præcepto causam appositam: Vt maximè, inquit, sanet vulnus qui delatus est, manet tamen cicatrix. Non arbitror quenquam esse diabolum tam impium, qui rem magis nephariam possit suggerere. Et quò fœdius est crimen, hoc tenacius hæret apud multos criminis suspicio, vel in innocentissimum.*

h Amicus item ab amico.] *Demosthenes:* ἡ μάχαιρα μὲν τέμνει, ἡ διαβολὴ χωρίζει φίλους. *i* Itaque quo pacto.] *Propositio.* *k* Porrò quàm eius imaginem.] *Narratio de Apelle & Ptolemæo.* *l* Apelli Ephesio.] *Apellis pictoris Ephesij pictura, qua eleganter calumniam, hoc est, suum periculum vltus est.* *m* Quæ in Tyro auctore.] *Tyrus Phœniciæ peninsula, vsu purpuræ notissima. Ouid. 15. Metamorph.*

Flucti-

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa Pharosque,
Et Phœnissa Tyros—.

Hanc Alexander continenti coniunxit.

n Antiphilus quidam artis Apelleæ.] *Qui in eadem arte versantur, inter hos artificij similitudo magis æmulationē conciliat quàm beneuolentiam. Quorum mutuam inter ipsos inuidiam Hesiodus, in Opere, cui titulus Opera & Dies, comp. uribus metaphoris indicauit.* *o* Secretò item & in auriculam.] *Modus loquendi vulgo receptus. vnde est illud apud Homerum aliquoties:*

Αγχι χὼν κεφαλὴν, ἵνα μὴ σπευδοίατο ἄλλοις. id est,
Admoto capite, reliqui ne audire valerent,
In aurem ——. *Idem Lucianus in Gallo: Ad aurem eum Syracusanis quibusdam communicans. Christus: Et quæ in aurē audistis, prædicate super tecta:* id est, *quæ secretis colloquijs accepistis, palàm prædicate.* *p* Non satis animi cōpos,] *Ab adiacentibus.* *q* Vt coniecturis.] *Docet id artificij Aristot. libro Rhetorices tertio, in locis ad dissoluendum calumniam.* *r* Tali est imagine calumniam vltus.] *Icon calumniæ.* *s* Liuorem.] *Græci inuidiam deam, hominum pestem acerrimam & acerbissimam, masculam effingunt: quippe qui hominis effigie malè habiti, & ex morbo nondum conualescentis effingunt, vt hîc videmus. Nostri verò fœminæ forma formarunt, vt pulcherrimè Ouidius in 11. Metamorphoseon ostendit, vbi & Inuidiæ domum describit his versibus:*

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno:
Risus abest, nisi quem visi fecêre dolores.
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis:
Sed videt in gratos, intabescitq; videndo,
Successus hominum, capitq; & carpitur vná.
Suppliciumque suum est. *Sanè antiqui inuidiam anguilla designabant: quando ea natura esse fertur anguilla, vt omnib. piscibus inuideat.* *t* Principiò nobis effigianda.] *Illud vide lector optime, vt sese ostendit artificem. Cic. 1. Offic. Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet*

à definitione proficisci, vt intelligatur, quid sit de quo disputetur. u Est enim calumnia.] *Nos sic: Calumnia est accusatio, quæ reo absente & ignorante facta, & altera tantùm parte audita, contradicente nemine, creditur. Sed natura verbi* διαβάλλειν *videtur esse amplior, quàm vt huius definitionis angustijs contineatur. Significat enim in genere criminari, siue id verè, siue falsò, clàm palámve fiat, maledicere, obtrectare, in odium atque inuidiam studere adducere.* Συκοφαντίαν *Suidas exponit,* ψευδὴ τινὸς κατηγορίαν: id est, *falsam alicuius accusationem seu calumniam. A Cicer. libr. 1. Off. definitur, vt sit callida & malitiosa iuris interpretatio, vnde calumniatores dicti falsi accusatores, & calumniari falsa crimina intendere. Dicta est autem à caluendo. i. decipiendo, vt Priscian. att. Vide Vallã lib. Elegant. 6. c. 50.* x Quæ definitio.] *A diuisione.* y Omnium, si lubet.] *Calumniatoris descriptio.* z Is quidem.] *Ab efficiente.* A Neque enim quisquam.] *Ab actibus.* B Nam quis est cui non.] *Argumentum ab efficiente.* C Ea sanè extrema.] *Ab autoritate & lege.* D Qui iureiurando.] *Demosthenes in ipso protinus exordio aduersus Aeschinem.* E Longè optimi poëtæ.] *A testimonio.* F Nec nisi librato.] *Hoc carmen est Phocylidis, admonens non temerè pronunciandum de quopiam, nisi re vltrò citroq; diligenter cognita. Citatur & à Cicer. libro Epist. ad Atticum 7. Hunc locum copiosè iuxtà & luculenter explicat Erasmus noster adagio, Ne de lite pronuncies.* G Adeò enim hoc hominum.] *Minoris amplificatio, à modo.* H Quod profectó.] *Epilogus.* I At hoc genus homines.] *Vbi potissimùm versetur calumniator.* K Siquidem ibi.] *Argumenta à causa.* L Contrà qui assentandi.] *Amplificatio.* M Homeri carmen.] *Hoc carmẽ ex Homericæ Ilia. e sumptũ est, incertum & varium belli euentũ notans.* ἐνυάλιος *enim Mars dicitur, ab* ἐνυὼ, *quam belli fortunam esse putant. Nos de ea re plura annotauimus in dialogo Philopatris.* N Cęterùm quadruplatoris.] *Qualibus studeat & intentus sit.* O Cunctarum alio qui rerum.] *Esdræ tertio capite, item tertiò: Fortè est vinũ, fortior est rex, fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas.* P Mille modis fallat.] *Hactenus*

ctenus de calumniatore. Q Porrò defertur is plerunque.] *Hactenus de delatore: nunc ad delatum. Cic. 2. de Oratore: Inuident aũt homines maximè paribus, aut inferioribus: cùm se relictos sentiunt, illos aũt dolent euolasse. Sed etiam superiorib. inuidetur sæpè vehementer, & eò magis, si intolerantius se iactant, & æqualitatẽ communis iuris, præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt.* R Tale quiddã in gymnico.] *Amplificatio à simili.* S Neq; sequenti incommodat.] *Cic. 3. Offic. Scitè Chrysippus, vt multa: Qui stadiũ, inquit, cucurrerit, eniti & contendere debet, quàm maximè possit, vt vincat: supplantare eum qui cùm certet, aut manu depellere, nullo modo debet. Sic in vita sibi quenque petere quod pertineat ad vsum, non iniquum est: alteri surripere, ius non est.* T Hi deindè amari.] *Redit ad studia calumniatoris.* V Adeò rationes eius.] *Distributio.* X Philoxeno.] *Philoxenus poëta, quẽadmodum diximus. De mercede conductis, vsque adeò non potuit carmina Dionysij probare, vt maluerit reduci ad fodinas lapidarias. Historia refertur ab Erasmo, adagio In lapidicinas.* T Ceu œstro in auriculam immisso.] *Oestrum insecti genus est, horrendo strepitu: vnde & nomen inditum apud Græcos. nam Latini asylum appellant. Hoc addito, Iuno vaccam Iò in furorem egit: vnde prouerbium natum est, Oestro perciti siue concitati, pro ingenti animi cupiditate commotis, ac veluti attonitis. Poëtæ diuino correpti furore, œstro conciti dicuntur: vnde οἰστροπλῆγος dictione composita, pro insano: & οἰστρεῖν & οἰστρηλατεῖν pro insanire.* Z Talia ferè sunt.] *Epilogus distributionis.* α Cum cupiditatibus.] *Efficacissimum delationis genus est, cùm id in calumniam vocetur, quod auditoris studio planè repugnat.* β Quondam apud Ptolemæum.] *Probat exemplis quæ ad faciendam fidem non vulgariter adiuuant: præsertim cùm per inductionem, quam Græci vocant ἐπαγωγὴν adhibentur. Quo in genere plurimus est Socrates Platonicus.* γ Instita muliebri.] *Inter vestimenta, quib. vir sine reprehensione vti non potest, annumeratur stola, quæ demissa erat ad imos vsq; pedes: & cuius extremam partem ambibat instita assuta, quæ erat fasciola quædam siue limbus: Cùm Dionysius in conuiuio iussisset, vt singuli veste muliebri saltarent;*

tarent, id Plato facere recusauit his trimetris è Fabula quædam:

Muliebri ego haudquaquam indui queam stola,
Vir natus ipse, & ex virili germine.

Deuteron.22: Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea. δ Dithyrambicos.] *Dithyrambi canebantur in honorem Bacchi, qui & ipse διθύραμβος dictus est: quòd bis natus, velut è duabus ianuis prodierit.* ε Dijs genitus.] *Alexander in Ammonis templo, quum à vate dictus esset Iouis filius: Nihil, inquit, mirum: nam Iupiter omnium naturà pater est, sed ex his optimos quosque peculiariter suos facit.* ζ Ordines.] *Dictu mirum, quàm appositè transtulit* ταξιαρχὸν, *quem non parum multi vocant centurionem. Ordinem verò dicuntur ducere apud Latinos, qui cohortibus turmitve præsunt.* η Apud Alexandrum.] *Alexander inter amicos, quos habebat præcipuos ac potentissimos, omnium maximè videbatur honorare Craterum: sed omnium maximè diligere Hephæstionem. Craterus enim, inquit, amat regem, Hephæstion Alexandrum. Id verò Græcè iucundius dicitur:* φιλοβασιλεὺς & φιλαλέξανδρος. *sentiens, Craterum in his quæ ad regiam dignitatem attinebant, præstare fidum amicum: Hephæstionem priuato quodam affectu diligere Alexandrum. Pariter itaque, licet dissimiliter amantibus, diuersa ratione persoluit præmium: Craterum enim ornauit dignitate, Hephæstionem ad intimam admisit familiaritatem.* θ Quin cum leonibus committeretur.] *Imperatores Romani leones in viuarijs alebant, voluptatis causa: quibus & sæpè noxios obijciebant.* ι Nam perinde.] *Amplificatio à simili.* κ Arma sunt istis.] *Arma calumniatorum.* λ Adamantino septus muro.] *Quicquid inuictum atque inexpugnabile, id adamantinum vocamus. nam adamantis lapidis duricies incredibilis est.* μ Nouandi cupido.] *Fastidium enim est humani ingenij, in his quæ nobis ad manum sunt. Id quod eleganter notauit Alexis apud Athenæum libro tertio:* ἐρῶμεν ἀλλοτρίων παρῶμεν συγγενεῖς: id est, *Alienum amamus, proximum contemnimus.* ν Omnes amore sui.] *Horatius:* Cœcus, *inquit,* amor sui. *Id vitij Plato malorum omnium fontē autumat.*

ξ Ne-

ξ Nescius se reum haberi.] *Calumniæ morsus non solùm perniciosissimus est, verùm etiam ineuitabilis: quòd clancularius plerunq;. Vide prouerbium: Aduersus morsum sycophantæ non est remedium.* ο Tum ille, si homo ingenuus.] *Persona eius, apud quem quis defertur.* π Et summis arridet labris.] *Græci vsurpant, cùm quis verbis duntaxat simulat quippiam: non autem ex animo facit. Idem in Apologia:* ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν: id est, *A' summis labijs philosophum agens. Idem in dialogis Amatorijs:* ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὄρκους ἔχουσι: id est, *summis in labijs iusiurandum habentibus.* ρ Qui admorso labro.] *Mordere labra dicitur, qui stomachatur, animoq; ringitur, sumptum ab indignantium gestu.* σ Aliud in pectore clausum.] *Homerus Iliad.2:*

ἐχθρὸς γὰρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς αἴδαο πύλησιν,
ὃς ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. *id est,*
Haud secus atq; Orci portas hominē execror illū,
Quisquis corde aliud celans, aliud sonat ore.

τ Proinde multa.] *Exaggeratio calumniæ ab effectu, & eius exemplis.* υ Apud Poëtam.] *Homerus Iliad.2. Bellerophontis historia recensetur ab Erasmo in Chiliadibus. Neque dissimilis narratur historia Geneseos 39. cap.* φ Cùm ipsa prior.] *Eadem planè historia narratur & Geneseos 39. cap.*

χ Contempta in hoc.] *Hoc est pœnam pro pudicitia, suaque in hostem reuerentia referens.* ψ Simile quiddā Phædra.] *Quum Phædræ libidini consentire nollet Hippolitus, furore incensa redeunti Theseo accusauit, quòd illi vim voluisset inferre.* ω At inquiet.] *Obiectio.* A Age inquā.] *Dilutio ab exemplis* B Est'ne alius Aristide iustior.] *A' comparatis Aristides cognomento Iustus, semper suo vnius præsidio fretus Remp. administrabat, à sodalitatib. abhorrebat, velut ab amicorū potentia, quæ ad iniuriā alijs inferendam adderet animū. Erat illi simultas cū Themistocle. Huic cùm delectus esset collega ad peragendā legationem: Vis, inquit Themistocles, vt in his montib. simultatē deponamus? Nam si videbitur, reuersi illā resumemus. Vide Plutarch. in eiusdē Aristidis vita, & in apophthegmatibus. Aemylium Probum: item Plutarch. in Politicis.*

Γ De Palamede.] *A' Virg. li. 2. Aen. & Plin. li. Naturalis*

historiæ 7, Δ Socratem recensere.] *Xenophon in apologia pro Socrate.* Ε Quid Themistoclem.] *Postquam navali pugna Xerxem vicit, & patriam atq; vniuersam Græciam à barbarorum imperio liberauit, decennali exilio primum Athenis, mox tota Græcia depulsus, ad Persarum regem confugit, & inuidiæ cessit. Atheniensis nihil causæ prætexuerunt, quàm ne gloria fieret elatior. Vide Aemylium Probum in eius vita & in Cimone. Thucydides lib. 1. proditionis vnà cum Pausania inuæ, accusatum dicit. Itidem Plutarch. in eius vita, & in libello de Vitiuate capienda ab inimico.* Ζ Aut Miltiadem.] *Quum is pro parta victoria contra Persas ad Marathonem coronam in Senatu peteret, obstitit Sothares, & palàm exclamauit: O Miltiades, quum solus vicieris, solus coronaberis. Passus est quoque se accusari & damnari à Zantippo Ariphronis filio, author Herodotus. Vide Aemil. Probum in eius vita tandem in carcere interijt. Lege Platonis Axiochum.* Η Sanè opinor.] *Consilium de non admittenda calumnia.* Θ Quòd Homerus in Sirenum.] *Sirenes, Parthenopem, Leucosiam & Ligram, maris monstra fuisse fabulatur Homerus, in parte virgines, in parte volucres, Achelois fluuij & Calliopes Musæ filiæ. Harum vna voce, altera tibijs, tertia lyra canebat: & primò iuxta Pelorum, pòst in Capreis insula habitauerunt. Quæ voce canora, atque tanta carminis dulcedine transeuntes demulcebant, at alto somno premerentur: & cùm sopitos persentirent, submergebant, atque deuorabant. Quare cùm iuxta illas transiturus esset prudens Vlysses, cera sociorum aures obturauit, & ipse se ad nauis malum alligari iussit, vt ea ratione saluus euaderet. De illis etiam Lucianus in oratione De domo.* Ι Iam si deorum.] *Concluditur eodem loco communi quo à principio vtitur.* Κ Lumen afferat.] *Aut, vt inquit ille:*

Aspice namq; omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi & humida circum
Caligat, nubem eripiam—.

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩμιον.

PATRIAE ENCOmium.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

ARgumentum & genus orationis, ipse titulus exponit. Est autem propositio & summa negocij, patriam omnium rerum esse dignissimam & venerabilissimam, vt quam & homines & dij reliquis rebus omnibus anteponant. Argumenta pleraq; à signis & consequentibus sumuntur. Ostendit enim, quæcunq; homines faciunt, ea ad patriæ vel ornamentum vel defensionem comparare: & quantumuis humili & sterili solo aliquis natus sit, nihil ominus patriam suam splendidissimis ciuitatib. ac regnis anteponere: quemadmodum parentũ quoq; & liberorum inter se affectus eiusmodi est, vt qualescunq; ipsi sint, tamen sese omnib. alijs plus ament & colant. Proinde & legislatores cùm grauissimè punire homines vellent, patriæ priuationem, atq; exilium, tanquam acerbissimam pœnam, instituisse.

Ετι μὲν οὐδὲν γλυκιον ἧς πατρίδος φθάνει προτεθρυλλημένον, ἆρ' οὖν ἥδιον ἢ οὐδὲν, σεμνότερον δέ τι, καὶ θειότερον ἄλλο; καὶ μὴν ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν ἄνθρωποι, τούτων πατρὶς αἰτία καὶ διδάσκαλος,

Iam olim vulgi sermone detritum est, a nihil esse patria dulcius: proinde neque iucũdius quicquam. Est verò hac aliquid venerabilius aut diuinius? Siquidẽ quæcũque diuina, quæcũq; veneratione digna homines esse existimãt, horũ causa atq; magistra est

λον, γλυκυτέρη καὶ ἀναθρεπτικωτέρη καὶ παλαιοτέρη. πόλεων μὲν οὖν μεγέθει, καὶ λαμπρότητας καὶ πολυτελείας διασκευῶν θαυμάζουσι πολλοί, πατρίδας δὲ σέβουσι πάντες. καὶ ζῷόν τι ἥδιον ἐξημερωθὲν καὶ παῦλαν λιπαρουμένων ὑπὸ τῆς τῶν θεατῶν ἡδονῆς, ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς τῶν παρ' ἄλλοις θαυμαζομένων, λήθην ποιοῦσθαι τῆς πατρίδος. ὅσπερ μὲν οὖν κινυνεύεται πολίτης ὢν εὐδαίμονος πόλεως, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ, τίνα χρὴ τιμὴν ἀπονέμειν τῇ πατρίδι. καὶ ὁ ζηλωτὸς ἄλλος ὅτῳ ἀχθόμενος ἄν, εἰ μητρωτέρας ἔλαχε τῆς πατρίδος. ἐμοὶ δὲ ἥδιον, αὐτὸ τιμᾶν τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα πόλεις μὲν γὰρ παραβαλεῖν πρεπομένῳ προσήκει. μεγέθει ἐξισάζειν καὶ κάλλος, καὶ τὴν τῶν ἀνίων ἀφθονίαν. ὅπου δ' ἀριστοις ὅτι πόλεων, ἥδιον

stra est patria, quæ nos genuit, aluit [b] atq; instituit. Enimuerò vrbium magnitudinem atq; splendorem, sumptuosus prætereà variorum instrumentorum apparatus admirantur multi, [c] patriam verò pio amoris affectu prosequuntur omnes: neq; quisquam quamlibet potens, ita deceptus est alienarum rerum amœno & voluptuoso spectaculo, vt propter immodicam apud alios rerum cùm visendarum tum admirandarum excellentiam, obliuiscatur patriæ. Itaq; quicunq; felicis & splendidæ ciuitatis se ciuem esse iactat, ignorare mihi videtur quam gloriam aut honorem patriæ tribuere oporteat. Neq; occultè fert talis, se dolore affectum iri, si mediocrē patriā sortitus esset. Mihi verò iucundū est ipsum nomē patriæ reuerenter atq; religiosè colere. Etenim ei qui ciuitates inter se collaturus est, peropus esse video, singularum amplitudinem accuratè expendere, earundémque elegantiam obseruare, neq; non commerciorum ac rerum venalium copiam considerare. Cæterùm vbi de vrbium electione agitur,

neme

οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὴν λαμπρο-
τέραν, ἐάσας τὴν πατρίδα.
ἀλλ' εὔξαιτο μὲν ἂν εἶναι καὶ τὴν
πατρίδα ταῖς εὐδαίμοσι πα-
ραπλησίαν, ἕλοιτο δ' ἂν τὴν
ὁποιανοῦν. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ
δίκαιοι παίδων πράττουσι, καὶ
οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων. οὔτε γὰρ
νέος καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἄλλον
ἂν πεπτιμήσαι τοῦ πατρὸς, οὔτε
πατὴρ καταμελήσας τοῦ παι-
δὸς, ἕτερον ἂν στέρξαι νέον.
ἀλλὰ τοσοῦτόν γε οἱ πατέρες νι-
κῶμεν, πεσνέμουσι τοῖς παι-
σὶν, ὥστε καὶ κάλλιστοι καὶ μέγιστοι,
καὶ τοῖς πᾶσιν ἄριστα φαίνονται
κεκοσμημένοι οἱ παῖδες αὐ-
τοῖς. ὅστις δὲ μὴ τοιοῦτός ἐστι δίκα-
ιος πρὸς τὴν ἡόν, οὐ δοκεῖ μοι πα-
τρὸς ὀφθαλμοὺς ἔχειν. πατρί-
δος τοίνυν τὸ ὄνομα, πρῶτον
καὶ οἰκειότατον πάντων. οὐδὲν
γὰρ ὅ, τι τοῦ πατρὸς οἰκειότερον.
εἰ δέ τις ἀρνέμει τῶν πατρὶ
τὴν δικαίαν τιμὴν, ὥσπερ
καὶ ὁ νόμος καὶ ἡ φύσις κε-
λεύει, πεσηκόντως ἂν τὴν πα-

nemo vtiq; posthabita patria
splendidiorē electur9 est: ve-
rū in optatis habebit, patriā
quoq; suā quāmaximè cōfor-
mem esse vrbibus copiosis &
felicibus: ipsam tamē, qualis-
cunq; tandem fuerit, delectu
habito cæteris hauddubiè
præpositurus est. Isthuc verò
ipsum liberi quoq; faciunt
probi & legitimi, neq; nō pa-
tres, qui quidē fuerint nō ma-
li. Neq; enim spectatæ hone-
statis et probitatis adolescēs,
aliū patri suo honorib9 præ-
feret: neq; pater neglecto fi-
lio alium paterno affectu iu-
uenem cōplexurus est. At qui
his inferiores sunt patres, tā-
tum tamen filijs ex se genitis
nō grauatim tribuunt, vt sint
& vita honestissimi, & di-
gnitate amplissimi, appa-
reantq; omnibus sua opera
quamoptimè educati atq; ex-
ornati. Porrò qui tali erga fi-
lium suū non vtitur iudicio,
ille patris oculos habere mihi videtur minimè. Proinde nomē
patriæ primū est, & omnium familiarissimū. Etenim nihil est
quod patre nobis sit familiarius. Si quis verò [d] iustū habebit
honorē patri, [e] quemadmodū & lex et natura imperat, ille pa-

